


1198 / 1



BIBLIOTECA DELLA R. CASA
IN NAPOLI

N.° d'inventario 956
Sala Grande
Scansia 13 Palchetto 3
N.° d'ord. 6

Digitized by Google

Tab. — XIII

Digitized by Google

Digitized by Google

ORIGINES

ET

ANTIQUITATES CHRISTIANAE

Digitized by Google

Digitized by Google

569726

ORIGINES
ET
ANTIQUITATES CHRISTIANAE

AUCTORE

F.THOMA M.MAMACHIO

ORDINIS PRAEDICATORUM THEOLOGO CASANATENSI

DEINDE SACRI PALATII APOSTOLICI MAGISTRO

EDITIO ALTERA

AUCTORUM EXEMPLARIBUS COLLATA AC RECENSITA

CURANTE

PETRO MATRANGA PRESBYTERO.

TOM. VI.



ROMAE

EX TYPOGRAPHIA SALVIUCCI

MDCCCLI.

Digitized by Google

Digitized by Google

INDEX

CAPITUM ET PARAGRAPHORUM.

LIBER QUARTUS

DE ROMANO PONTIFICE SUCCESSORE BEATI PETRI.

LIBRI IV. PARS SECUNDA

CAPUT VI.



Digitized by Google

ORIGINUM

ET ANTIQUITATUM CHRISTIANARUM



LIBRI IV. PARS II.

CAPUT VI.

DE ROMANO PONTIFICE SUCCESSORE BEATI PETRI.



Satis me multa dixisse video parte huius tomi superiore de episcopatu romano, deque summo in christiana re publica principatu Petri. Sequitur ut doceam, in neutro ne ei honore, ac munere pontifex romanus, sententia quidem maiorum, successerit? an in uno? an in utroque? Atque lutherani, calviniani, protestantesque ceteri fere omnes, ei in neutro successum (1) vellent. Sed angli, quos episcopales vocant, in unius episcopatus locum successionem negandam (2), non arbitrantur. Contra Iohannes Harduinus successisse in Petri summum principatum romanum episcopum verum esse successorem Petri, obtinereque in christiane re publica, quam idem apostolus tenuisse dicitur, potestatem.

(1) Longum est de omnibus dicere. Hoc dico perbreve, eos, quos commemoravi *tom. huius par.* I. *pag.* 173. *not.* 2. *et p.* 193. *seq.*, in primisque Lutherum, Calvinum, Chemnicium, Tilenum, Danaeum, Spanhemium, Salmasium, Basnagium, in hoc tam gravi errore versari. His accedunt Ioh. Gerardus *tom.* II. *confess. cath. l.* II. *art.* III. *c.* II. *pag.* 463. *seqq. edit. an.* 1660., Salomon Vantilius *dissert. de Petro Romae martyre non pontifice edit. Lugd. batavor. an.* 1710., Iohannes Hulsemannus *diaq. hist. theolog. de ecclesia papistica non habente successiom. episcopor. continuam edit. Wittemberg. an.* 1640., et Salomon Deylingius *exercit. de novitate regim. monarch. in ecclesia observ.* I. §. IV. *pag.* 424. *tom.* IV. *observ. sacrar. edit. lips. an.* 1747. Is vero, ostensum, ait, ab catholicis fuisse numquam, romanum episcopum verum esse successorem Petri, obtinereque in christiane re publica, quam idem apostolus tenuisse dicitur, potestatem.

(2) Iohannes Pearsonius in eo libro, qui inscribitur: *de serie, et successione primorum Romae episcoporum dissertationes duae, edit. londin. an.* 1687. *cap.* VI. §. II. *seqq. pag.* 28. *seqq. cap.* IX. §. III. *seqq. pag.* 72. *seqq.* Fatetur praeterea Dodwellus *in dissert. singulari de pontificum romanorum primaeva successione cap.* III. *pag.* 13., quae *dissertationibus* modo indicatis Pearsonii adiecta est, veteres habuisse *sanctum Petrum pro ordinario Romae episcopo.* Iacobus Usserius in eo libro, quem *de papatu romano scripsit, cap.* I., romanos olim pontifices, ut episcopos reliquos apostolorum esse successores pugnat *p.* 1. *seq. edit. londin. an.* 1617. Confer etiam, si licet, Henricum Hamondum *dissert.* V. *de iur. episc. cap.* I. *pag.* 255. *seqq. edit. londin. an.* 1651.

manos antistites concedit; in episcopatum autem (1), nullo modo; catholici (quod ubique, quod semper, quod ab omnibus traditum, creditumque est) in utrumque (2) successum statuunt.

§. I.

Romanus pontifex, qua episcopus, verus est, maiorum sententia, successor Petri.

Quum enim patres episcopum romanum fuisse revera Petrum tradiderint (3), pontifices certe maximos (quos item veros esse episcopos romanos scripserunt (4)) veros esse, episcopatus ratione, Petri successores, iudicarint necesse est.

(1) Vide Harduini locum *tom. v. huius operis par. i. pag.* 99. not. 2. Petrum enim, ait, ab iudaeis Hierosolymis fuisse affixum cruci. Nam dictum a Christo fuisse Matth. *cap.* xxiii. v. 34. prophetarum, quos ipse mitteret, alios esse iudaeorum scelere occidendos, alios afficiendos crucis supplicio. Crucis autem supplicio moriendum fuisse Petro, eumdem praedixisse Christum, *Ioh. cap.* xxi. v. 18. 19. Ab iudaeis porro cruci, praeter Petrum, fuisse affixum, legi, neminem. Petrum proinde, qui neque Romae obierit, neque Romam venerit, episcopum non fuisse Romae, adeoque pontifices non esse, episcopatus ratione, successores Petri. Sed nos Petrum Romam venisse, ibique episcopum fuisse, extremumque obiisse diem ostendimus volumine superiore. Quod si non movetur Harduinus auctoritate maiorum, propterea quod eorum libros, contra criticae regulas, non ab illis perscriptos, sed ab impostoribus confictos putet; moveatur saltem traditione ecclesiae universae, decretisque pontificum maximorum necesse est. Sed, ut erat homo absurdo ingenio, modo pontificibus standum, modo repugnandum putabat. Quin etiam libros novi testamenti graece scriptos suspectos habebat, quod romani pontificis constitutioni *Unigenitus* eos adversari falso sibi persuasisset, cum tamen tot constitutionibus, in quibus diserte episcopatus romani Petri, et supplicii, quo Romae est affectus, fit mentio, impudenter resisteret: quamobrem quibus modis sit contra illum pugnandum nescio. Hoc agam. Negabo, et iure quidem, dictum unquam a Christo: *Petrum fuisse ab iudaeis Hierosolymis affigendum cruci.* Quod autem Christus ait, aliquos eorum, quos ipse mitteret, esse ab iudaeis crucifigendos, de aliis esse, non de Petro intelligendum, aut si de Petro, non Hierosolymis, sed Romae, ut Hieronymus scribit, crucifigendo. At praeter Petrum neminem legimus fuisse ab iudaeis affixum cruci. Quasi vero is unquam legerit, fuisse ab *iudaeis* eum apostolum crucifixum. Veteres quidem plurimis in locis actum eum fuisse in crucem dixerunt, at Hierosolymis, atque ab iudaeis nusquam dixerunt. Deinde omnia, quae olim contigerunt Hierosolymis, memoriae fuisse tradita, ut legi ab Harduino possent, quis credat? Quod si tradita fuissent, tamen ille, qui pyrrhonismum induxerat in historiam, credenda non putasset.

(2) Catholicos omnes in ea versari sententia, ut pontifices romanos veros esse, et episcopatus, et primatus ratione, successores Petri, tam clarum est, ut ne oratione quidem egeat.

(3) Vide *pag.* 497. *voluminis* v. *huius operis not.* 1. *seqq., pag.* 328. *seqq.*

(4) Confer *pag.* 497. *eiusd. vol. not.* 1. *seqq.* et *pag.* 328. *not.* 2. *seqq.* Ac si episcopatus ratione successores Lini sunt romani episcopi, non video, cur non item episcopatus causa dici debeant successores Petri. Nam in monumentis ecclesiae ut Linus, ita etiam Petrus poni in episcoporum romanorum serie consuevit. *Euseb. lib.* iii. *hist. eccl. cap.* v. *pag.* 82. *edit. taurin. an.* 1746., Linus, inquit, πρῶτος μετὰ Πέτρον τῆς Ῥωμαίων ἐκκλησίας τὴν ἐπισκοπὴν *primus post Petrum romanorum ecclesiae episcopatum* tenuit. Consule Caii presbyteri testimonium *vol.* v. *huius operis pag.* 497. *seq. not.* 1. Auctor sane vetus carminum *contra Marcionem lib.* iii. *pag.* 635. *operum Tertull. edit. venetae an.* 1748., Hyginum Petri successorem vocat.

Constabat pietate vigens ecclesia Romae
Composita a Petro, cuius successor et ipse
Iamque loco nono cathedram suscepit Hyginus.

Consule catalogos romanorum episcoporum, quos numeravi *pag.* 328. *not.* 5. *volum. superior.* S. Cyprianus saeculi iii. illustris scriptor Cornelium pontificem locum occupasse Petri, adeoque Petri successorem epis-

Digitized by Google

§. II.

Neque vero qua episcopus solum, verum etiam, qua princeps, seu primas ecclesiae universae.

Nulla enim est caussa, quamobrem eam administrandae christianae rei publicae rationem, quam initio Servator generis humani constituit, post Petri martyrium sublatam putem. Nam eum, cui primordia, progressusque ecclesiae perspecti erant; tolli deinceps voluisse, quod primum sanxerat, nisi mihi sacrorum bibliorum auctoritate, testimoniisque maiorum demonstretur, non credam. Testimonia autem eiusmodi extare scio omnino nulla. Contra extant permulta, eaque satis certa, atque perspicua, ex quibus voluisse Christum efficiatur, ut perpetuo, quam ipse induxit, vigeat regendae christianae rei publicae ratio.

Atque si minus ovilis sui (1) princeps ipse pastorum (2) Christus ascensurus in caelum, mortaliumque se oculis subtracturus, unum esse pastorem, qui sub *aspectum caderet*, voluit Petrum (3); cur non etiam voluerit, *ovili uno* manente, Petro vita functo *pastorem unum* succedere, qui *videri* item *ab ovibus posset*, nullo modo prorsus intelligo.

Id quod auctoritate maiorum cuique persuaderi ad veritatem plane potest. Atque patrum quidem in oecumenicis synodis constans fuit, et firma sententia, pontifices maximos, quod Petro principi apostolorum successerint, principatum in re christiana pu-

copatus ratione fuisse testatus est. *Ep.* LIV. *al.* LII. *ad Antonianum*, quae est v. *inter epistolas Cornelii in collection. epistolar. romanor. pontif. edit. Constantii tom.* I. *num.* VIII. *pag.* 164. *seq. Cum Petri locus*, inquit, *vacaret.* Epiphanius quoque haeresi XXVII. *num.* VI. *p.* 107. *tom.* I. *opp. edit. paris. an.* 1622. Ἡ τῶν ἐν Ῥώμῃ ἐπισκόπων, inquit, διαδοχὴ ταύτην ἔχει τὴν ἀκολουθίαν· Πέτρος, καὶ Παῦλος, Λίνος, καὶ Κλῆτος, Κλήμης, Εὐάρεστος etc. *In urbe Roma episcoporum successio hanc habet seriem: Petrus, et Paulus, Linus, et Cletus, Clemens, Evarestus.* Viden, ut in catalogo priore loco Petrum numeret? Quod si Pauli deinde meminit, eo certe consilio meminit, ut indicaret, eum adiutorem fuisse; non in episcopatu unius, eiusdemque urbis collegam Petri. Confer, quae *p.* 335. *superioris voluminis not.* 1. disputata sunt. Ac veteres quidem Petrum, non Paulum cathedram romanam occupasse, ac tenuisse scripserunt. Vide *vol.* v. *huius operis pag.* 328. *not.* 3. *et pag.* 337. *not.* 4. *et p.* 116. *not.* 3. *et* 4. Unius utar, ne sim longior, Optati loco e II. *libro de schism. donatist. cap.* III. *pag.* 31 *edit. antuerp. an.* 1702. *Cathedram unicam*, inquit, *quae est una de dotibus, in qua sedit prior Petrus, cui successit Linus, Lino successit Clemens etc.*

(1) *Ioh. evang. cap.* VIII. *v.* 16.

(2) *Epist. Petri* I. *cap.* V. *v.* 4.

(3) Confer *vol.* V. *huius operis pag.* 74. *seqq. et pag.* 110. *seqq.*

blica obtinere: ut in nicaena (1) prima anno 325., ut in ephesina anno quadringentesimo trigesimo primo (2), ut in chalcedonensi maximo episcoporum numero illustri anno quadringentesimo quinquagesimo primo (3), ut in constantinopolitana secunda, quae quinta oecumenica fuit, anno quingentesimo quin-

(1) In synodo nicaena priore loco sederunt Hosius cordubensis, Vito, seu Victor, et Vincentius presbyteri, qui Silvestri pontificis tenebant locum. Confer Socratem *lib. I. hist. eccl. cap. XIII. pag. 36. edit. taurin. an.* 1747., Gelasium cyzicenum *lib. II. actor. concilii nicaeni I. tom. I. concilior. edit. Hard. pag.* 375. *Ipse etiam Hosius ex Hispaniis*, inquit, *nominis, et famae celebritate insignis* ἐπέχων καὶ τὸν τόπον τοῦ τῆς μεγίστης Ῥώμης ἐπισκόπου Συλβέστρου σὺν πρεσβυτέροις Ῥώμης Βίτωνι, καὶ Βικεντίῳ, *locum obtinebat Silvestri maximae Romae episcopi una cum presbyteris Vitone, et Vincentio.* Vide etiam libri eiusdem *cap. XII. pag.* 387. et *cap. XXVII. pag.* 423. Quin etiam Photius ipse romanae ecclesiae infensissimus hostis *in biblioth. cod.* LXXXVIII. *pag.* 207. *edit. rothom. an.* 1653., priore loco legatos apostolicae sedis numerans: τὸν μὲν Ὅσιον τὸν τοῦ Κουδρούβης, καὶ Βίτωνα, καὶ Βικέντιον Ῥωμαϊκοὺς ἱερέας ἐκ προσώπου Σιλβέστρου τοῦ Ῥώμης παρεῖναι. *Hosium quidem Cordubae, Vitonem, et Vincentium romanos sacerdotes ex persona Silvestri Romae* (episcopi) *adfuisse* scribit. Quemadmodum autem passi patres fuissent, ut non solum pontifex, sed etiam eius legati episcopis ceteris primarum sedium in consessu, praesiderent, nisi vetere ecclesiae traditione constare iudicassent, ei, qui successor sit Petri, principatumque proinde obtineat in ecclesia, principem locum concedi oportere? Atque Petri quidem caussa, qui centrum fuerat unitatis ecclesiasticae constitutus, maiores nostri formatarum communione catholicos omnes esse cum romanis pontificibus eius successoribus coniungendos credebant. Confer Optatum milevitanum *lib. II. de schism. donatist. cap. III. pag. 32. edit. antverp. an.* 1702. *Ex formatis* autem ipsis litteris intelligi facile poterat, quae esse omnium deberet cum apostolica sede coniunctio. Nam praeter litteras quatuor graecas Π. Υ. Π. Α. quibus trinitas, πατήρ pater, υἱός filius, πνεῦμα ἅγιον Spiritus sanctus significabatur, aliud etiam legebatur, quod indicat, inductam hanc ab graecis ipsis fuisse consuetudinem, addebaturque Π. littera apostolum Πέτρον indicans, a cuius sede nemini esse seiungere liceret. Vide Mabillonii *tom. I. musaei italici pag.* 242. *edit. paris. an.* 1724. Quid? si ab synodo nicaena hanc formatarum regulam fuisse praescriptam vetera monumenta ecclesiae graecae ferent? Sed de his alias. Confer interea *tom. II. concilior. edit. paris. Hard. p.* 1454.

(2) *Actione* 1. *tom.* 1. *concilior. edit. paris. Harduini pag.* 1354. satis declarat, quam insignis auctoritas romani pontificis in ecclesia universa esset, cum Cyrillo alexandrino honoris caussa a Caelestino potestatem suo loco eidem concilio praesidendi factam ostendit. Vide *act.* 1. *pag.* 1354. *tom.* 1. *concil. edit. Hard.* et *act. II. p.* 1466. Id vero factum eo fuit, quod successor Petri Caelestinus, et proinde ecclesiae universae caput esset. *Ibid pag.* 1474. *seq.* Ἀναγινωσκομένων ὑμῖν τῶν γραμμάτων τοῦ ἁγίου, καὶ μακαρίου πάπα ἡμῶν, τὰ ἅγια μέλη ταῖς ἁγίαις ὑμῶν φωναῖς, τῇ ἁγίᾳ κεφαλῇ, καὶ ταῖς ἁγίαις ὑμῶν ἐκβοήσεσιν ἐνηνόχατε· οὐ γὰρ ἀγνοεῖ ὑμῶν ἡ μακαριότης, ὅτι ἡ κεφαλὴ ὅλης τῆς πίστεως, ἢ καὶ τῶν ἀποστόλων ὁ μακάριος Πέτρος ὁ ἀπόστολος. *Cum recitatae vobis fuerint litterae sancti, et beati papae nostri, sancta membra vestris sanctis vocibus, sancto capiti vestris acclamationibus coniunxistis. Non enim ignorat vestra beatitudo, quod caput totius fidei, et apostolorum est beatus Petrus apostolus.* Et *act. III. pag.* 1478. Quo loco ubi ea de Petro dixit, quae *tom. V. huius operis pag. 116. not.* 2. descripsimus: Ἕως τοῦ νῦν, καὶ ἀεὶ ἐν τοῖς αὐτοῦ διαδόχοις καὶ ζῇ, καὶ δικάζει· τούτου τοιγαροῦν κατὰ τάξιν ὁ διάδοχος, καὶ τοποτηρητὴς ὁ ἅγιος, καὶ μακαριώτατος πάπας ἡμῶν Κελεστῖνος ὁ ἐπίσκοπος etc. *Usque nunc, et semper in suis successoribus, et vivit, et iudicium exercet. Huius igitur secundum ordinem successor, locumque tenens sanctus, et beatissimus papa noster Caelestinus episcopus etc.* Confer etiam *p.* 1482. et *act. IV. p.* 1486. et *act. VI. pag.* 1510.

(3) *Tom. II. concilior. edit. Hard. paris. pag.* 67. *caput omnium ecclesiarum* Leonem pontificem vocat. Vide *pag.* 306. et *pag.* 334. et 381. et *par. III. cap. II. pag.* 655. Synodus ad Leonem scribens, *Quam* (agnitionem fidei) *veluti auro textam seriem*, inquit, *ex veste Christi, et praecepto legislatoris venientem usque ad nos servasti, vocis beati Petri omnibus constitutus interpres.* Et paullo post: *Si enim ubi sunt duo, aut tres congregati in nomine eius, ibi se in medio eorum fore perhibuit; quantam circa quingentos viginti sacerdotes peculiaritatem potuit demonstrare, qui et patriae, et labori suae confessionis notitiam praetulerunt?* Ὧν σὺ μὲν ὡς κεφαλὴ μελῶν ἡγεμόνευες ἐν τοῖς τὴν σὴν τάξιν ἐπέχουσι, τὴν εὔνοιαν ἐπιδεικνύμενος. *Quibus tu quidem* UT CAPUT MEMBRIS *praeeras in his, qui tuum ordinem tenebant, benevolentiam praeferens.*

Digitized by Google

quagesimo tertio (1), ut in constantinopolitana tertia, quae sextum in generalibus locum tenet, anno sexcentesimo octuagesimo (2) seq., ut in nicaena secunda, quae sexto in oecumenicis numeratur loco, anno septingentesimo octuagesimo septimo (3): ut in constantinopolitana quarta, quae octava est generalis, annoque octingentesimo sexagesimo nono celebrata est (4). Neque

(1) *Collat.* VII. *conciliorum edit. venetae an.* 1729. *pag.* 197. Iustiniani imperatoris epistolae, in qua erat hoc modo, *unitatem vero ad apostolicam sedem et nos servamus, et certum est, quod et vos custodictis*, acclamans sit: *ea, quae nunc piissimo imperatori visa sunt, congrua sunt laboribus, quos pro unitate sanctarum ecclesiarum pertulit.* SERVAMUS *itaque unitatem ad apostolicam sacrosanctae ecclesiae sedem antiquioris Romae etc.* Quam recte autem se tueri unitatem cum apostolica sede putaverit (eius episcopo, et primate ecclesiae universae neglecto, atque vexato) viderint sapientes. Nectarius hierosolymitanus patriarcha in opere περὶ τῆς ἀρχῆς τοῦ πάπα, *de primatu papae pag.* 13. *centuria* VI. *edit. Giasii Moldaviae* 1662., τὸν ςηθαῖον, *pectoratum* Nicetam sequutus, Vigilium ad V. synodum accedere recusasse scribit, propterea quod vereretur, ne non primas in ea obtinere partes posset. At quam impudenter ὁ ςηθαῖος mentiatur, ex actis synodi plane liquet. Collatione I. *pag.* 59. *tom.* III. *edit. paris. Harduini*, Eutychii constantinopolitani patriarchae litterae recitatae sunt, quibus in litteris erat scriptum; *Ideo festinantes* τὴν ἕνωσιν φυλάξαι πρὸς τὴν καθολικὴν καθέδραν τῆς ὑμετέρας μακαριότητος *unitatem servare cum catholica cathedra vestrae beatitudinis*..... *pag.* 60. αἰτοῦμεν προκαθημένης ἡμῶν τῆς ὑμετέρας μακαριότητος *petimus* PRAESIDENTE NOBIS VESTRA BEATITUDINE etc. .... communi tractatu eadem „ capitula in medio proponenda quaeri, et conferri „. Quid hoc testimonio clarius? Atque ex nunciis ad Vigilium missis, qui illum ad synodum evocarent, plane perspicitur, quem esset occupaturus locum, si advenisset. *Cum accessissent* (sic enim legitur in *actis collat.* I. *pag.* 63) *ex petitione sanctae synodi sanctissimi patriarchae Eutychius constantinopolitanus, Apollinarius alexandrinus, dominus theopolitanus* (hoc est antiochenus), *Benignus Heracleae etc. religiosissimi episcopi ex nomine totius concilii ad sanctissimum papam Vigilium, aliis episcopis in venerabili episcopio relictis.* Nam patriarchis, praecipuisque episcopis ad eum legatis missis, satis indicavit synodus, eum, si advenisset, praesidere synodo debuisse. Nunquam enim qui synodo praeerat, legati synodi munere functus apud aliquem patriarcham fuit. Quare si facta alicui patriarcharum praesidendi synodo potestas fuerat, is ad Vigilium legatus non venisset. Restat igitur, ut honos praesidendi reservatus Vigilio fuerit.

(2) Primus in hac fuit semper legatis Agathonis pontificis concessus locus. Deinde cum lectae fuissent Agathonis epistolae, in quibus erat scriptum hoc modo: *Credimus quia, quod paucis, raroque concessum est a Deo coronato vestro imperio divinitus concedetur, ut per ipsum catholicae, atque apostolicae verae nostrae fidei splendidissimum in omnium mentibus emicet lumen, quod ex veri luminis fonte tamquam de radio vivifici fulgoris per ministros beatum Petrum, et Paulum apostolorum principes, eorumque discipulos*, καὶ διαδόχους τοὺς ἀποςολικοὺς κατὰ βαθμὸν μέχρι τῆς ἡμετέρας οὐθενότητος „ *et apostolicos successores gradatim usque ad* „ *nostram parvitatem* „, *Dei opitulatione servatum est, nulla haeretici erroris atra caligine tenebratum, nec falsitatis nebulis confoedatum etc. Actione* IV. *p.* 1115 *tom.* III. *concilior edit. paris. Harduini.* Vide etiam *pag.* 1082., cum inquam lectae Agathonis epistolae fuissent, patres in *sermone prosphonetico act.* XVIII. *pag.* 1422. „ Summus, *dixerunt*, autem nobiscum certabat apostolorum „ princeps: illius enim imitatorem, et sedis successorem habuimus fautorem, et divini sacramenti mysterium illustrantem per litteras.... Per Agathonem Petrus loquebatur „. Quinetiam in *litteris ad Agathonem ibid. pag.* 1438. „ Itaque, tibi ὡς πρωτοθρόνῳ τῆς „ οἰκουμενικῆς ἐκκλησίας, *ut primae sedis antistiti* „ *universalis ecclesiae* quid agendum sit relinquimus, „ ἐπὶ τὴν ςερεὰν πέτραν ἑςῶτι τῆς πίςεως, *stanti* „ *supra firmam petram fidei*, libenter acquiescentes vestrae confessionis litteris a vestra paterna beatitudine „ ad imperatorem missis, quas ut a summo apostolorum vertice divine perscriptas agnoscimus etc. „ Confer epistolam Constantini imperatoris ad Leonem papam. *Ib. p.* 1461.

(3) Confer epistolam Tarasii constantinopolitani patriarchae, quae extat *actione* VIII. *nicaenae secundae habitae an.* 787., *tom.* IV. *concilior edit. Hard. pag.* 510., quo loco factos episcopos, qui ad synodum convenerant ὁμωνύμους τῷ πρωτάρχῳ τῶν ἀποςόλων Πέτρῳ *cognomines principi apostolorum Petro* ab Hadriano pontifice scribit.

(4) *Actione* III. *pag.* 1039. *seq. tom.* V. *concilior. edit. paris. Harduini*, lecta, atque probata Ignatii constantinopolitani patriarchae ad Nicolaum I. pontificem epistola fuit, in qua erat hoc modo: Christus „ Petro „ supremo, sanctissimoque apostolorum vertici dixit: „ *Tu es Petrus etc.* Huiuscemodi enim beatas voces non „ soli apostolorum principi privata quadam sorte tran-

vero in his solum, sed etiam in *plenariis*, *nationalibus*, provincialibusque conciliis: quemadmodum in arelatensi primo, cui variarum gentium episcopi interfuerunt (1), in sardicensi, quod anno trecentesimo quadragesimo septimo habitum ab episcopis non occidentis modo, sed etiam orientis fuit (2), in carthaginiensi, ut fert epistola, quam anno quadringentesimo sexto, ac decimo ad Innocentium I. pontificem maximum scripsit: in milevitano, in tarraconensi, in arausicano secundo, in constantinopolitano sub Menna (3), inque aliis plurimis, quorum hac de re pronunciata producere opus certe plenum molestiae, ac laboris esset.

Praeclara quoque eadem de re sunt testimonia scriptorum illustrium, qui tribus prioribus ecclesiae saeculis claruerunt. Ac mitto equidem de Ignatio martyre dicere, cuius est a me volumine quinto (4) descriptus locus. Irenaeus (5) autem lugdunen-

„ scripsit, et assignavit, sed per ipsum πρὸς πάντας „ τοὺς κατ' ἐκεῖνον ἱεράρχας πρεσβυτέρας 'Ρώ„ μης παρέπεμψε, *ad omnes post illum pontifices ve„ teris Romae transmisit* „. Mitto reliqua, ne sim longus. De ceteris oecumenicis synodis, quae post celebratae sunt, ne adversarii quidem dubitant, quin summum in ecclesia principatum pontifici romano divinitus esse datum confirmaverint. Itaque non est opus, quae ab iisdem sunt hac de re declarata, describere.

(1) Concilium arelatensium 1. habitum an. 314. in *epistola ad* Silvestrum papam, *tom.* 1. *concilior p.* 262. *edit. Hard.* „ Sed quoniam, *inquit*, recedere e parti„ bus illis minime potuisti, in quibus et apostoli „ quotidie sedent, et cruor ipsorum sine intermis„ sione Dei gloriam testatur etc. ...... placuit etiam „ a te, qui maiores dioeceses tenes per te potissi„ mum omnibus insinuari etc. „.

(2) Epistola ad Iulium papam, *tomo eodem* 1. *concilior. pag.* 653. „ Hoc, *inquit*, optimum, et valde „ congruentissimum esse videtur, si ad CAPUT, id est „ AD PETRI APOSTOLI SEDEM, de singulis quibusque pro„ vinciis Domini referant sacerdotes „. Confer concilii romani an. 370. habiti *acta pag.* 774., et synodi aquileiensis an. 381. habitae ad imperatores epistolam, *tom. eod. pag.* 837., quo loco Patres, *tamen*, inquiunt, *totius orbis romani caput romanam ecclesiam, atque illam sacrosanctam fidem apostolorum ne turbari sineret, obsecranda fuit clementia vestra.* Et epist. concilii romani an. 378. *ad Gratianum, et Valentinianum* scriptam, apud Sirmondum *tom.* 1. *opp. p.* 750. *edit. paris. ann.* 1696., *imperatores* Damasum romanae ecclesiae episcopum *sacerdotale caput* appellant, *praerogativaque apostolicae sedis episcopis ceteris praecellentem.*

(3) Synodi provinciales, carthaginiensis an. 416. habita, *epist. ad Innoc.* I. pontificem maximum *tom.* 1. *concilior. edit. paris. Harduini pag.* 1214., milevitana an. eodem celebrata, *epist. ad Innocentium ipsum tom. eod concilior. pag.* 1222., synodus tarraconensis in Hispania an. 465., *tom.* II. *concilior. edit. eiusd. pag.* 801., romana *ibid. pag.* 826. *et pag.* 827., arausicana secunda an. 521. *ibid. pag.* 1097., constantinopolitana sub Menna an. 536. *ibid. pag.* 1205. *seqq. et p.* 1227. *et actione* IV. *pag.* 1258., *et actione* V. *pag.* 1271. Vide quae tomo superiore *pag.* 124. *seqq. et pag.* 247. *seqq.* diximus.

(4) Vide *tom.* V. *huius operis pag.* 242.

(5) *Lib.* III. *cap.* III. *p.* 175. *edit. venetae an.* 1734. Confer quae disputavimus *tom.* V. *huius operis pag.* 60., quo quidem ex loco facile intelliges, quam inepte Nectarius patriarcha hierosolymitanus in opere περὶ τῆς ἀρχῆς τοῦ πάπα *de primatu papae pag.* 118. *edit. anglic.*, Irenaei locum *de conventione uniuscuiusque ecclesiae ad romanam propter huius potiorem principalitatem* sic interpretatur, ut *in congregatione universali ecclesiae romana praeponi debeat, atque convenire ad eam* oporteat reliquas ecclesias, *non necessitate subiectionis* ἀλλὰ τάξεως, καὶ ἑνώσεως νόμῳ, *sed lege ordinis et unionis.* Idem rursum Nectarius eam *principalitatem* intelligi ait de iure praesidendi synodis oecumenicis. Sed harum interpretationum altera ecclesiae orientis convincit schismatis, quod Nectarius nollet; altera ridicula est. Nam *si unionis lege, atque ordinis* quamque ecclesiam ad *romanam convenire* necesse est; qui demum sine nota schismatis, orientis ecclesiae *scindere* eam *unionem* non dubitarunt? Altera interpretatio quam sit inanis ex se plane perspicitur, quod satis, Irenaei, sequentibusque temporibus ac saeculum usque IV. de oecumenicis synodis actum numquam fuisse liquest.

Digitized by Google

sis antistes, quem saeculo secundo libros adversus haereticos perscripsisse constat, *sed quoniam*, inquit, *valde longum est in hoc tali volumine omnium ecclesiarum enumerare successiones, maximae, et antiquissimae* (1), *et omnibus cognitae a gloriosissimis duobus apostolis Petro, et Paulo fundatae, et constitutae ecclesiae, eam quam habet ab apostolis traditionem, et annunciantem hominibus fidem per successionem episcoporum* (2) *pervenientem usque ad nos indicantes, confundimus omnes eos, qui quoquomodo, vel per sibi placentia, vel vanam gloriam, vel per caecitatem, et malam sententiam, praeterquam oportet, colligunt. Ad hanc enim ecclesiam* (3) *propter potiorem principalitatem necesse est omnem convenire ecclesiam* (4), *hoc est omnes, qui*

(1) Erunt, qui non ANTIQUISSIMAE, sed EXIMIAE seu *in primis praecipuae*, seu *potissimae* debuisse interpretem antiquum dicere arbitrentur. Ἀρχαιοτάτης namque ab Irenaeo fuisse scriptum iudico, quae vox graeca ut in *antiquissimae*, ita in *principis* seu *in primis praecipuae*, seu *potissimae* verti potest. Esse autem constat ecclesias quasdam romana antiquiores. Quamobrem cum illis comparata romana *antiquissima* dici non potuisse videtur ab Irenaeo. Quamobrem id restat, ut *princeps*, seu *in primis praecipua* dicta fuerit. Iohannes clericus ad an. 180, *num.* 14. *pag.* 764. romanam ecclesiam ab Irenaeo *antiquissimam* dici putat, quod *antiquior occidentalibus reliquis sit.* At id causa esse non poterat, quamobrem Irenaeus *ad hanc ecclesiam necesse esse convenire omnem ecclesiam, hoc est eos, qui sunt undique fideles* scriberet. Nam τὸ *omnes undique fideles* ad solos occidentales redigere, hominum est, non bona fide, sed studio implicandae veritatis agentium. Quare idem mox Clericus sibi minime constans *pag.* 765. τὸ *qui sunt undique fideles*, de totius orbis terrarum christianis fatetur intelligi oportere.

(2) Multa excogitarunt protestantes, quibus noctem obducere huic Irenaei loco possent. Longum est ea, quae Chamierus panstratiae catholicae *lib.* XIII *de oecum. pontif. c.* XIII. *num.* 32. *seqq. pag.* 546. *tom.* II. *edit. genev. an.* 1626., Salmasius *de primatu papae. c.* V. *pag.* 65. *edit. Lugd. batav. an.* 1645., David Blondellus *de la primauté en l'église c.* XXIV. *pag.* 16. *edit. genev. ann.* 1641., Ernestus Grabius *in adnotat.* in III. *Irenaei librum cap.* III. *pag.* 201. *seqq. edit. oxon. an.* 1702. tuchent, describere. Mitto Iohannem Gerardum, Smidelinum, Gelasium, aliosque paene innumerabiles, qui similibus nugis delectati sunt.

(3) Petrus Allixius, in *adnotat. in Nectarii patriarchae de primatu papae librum edit. londin. an.* 1702. *pag.* 117., *potiorem principalitatem* urbi, non ecclesiae romanae ab Irenaeo attributam iactat. In eadem permulti alii protestantes versantur sententia. At Irenaeus de *ecclesia* non de *urbe* loquitur. *Ad hanc*, inquit, *ecclesiam propter potiorem principalitatem necesse est omnem convenire ecclesiam etc.* Sed ita protestantes solent. Negant a patribus dici, quod a patribus satis explicate dicitur, aiuntque dici, quod patres aut non dicunt, aut vehementer negant. Neque enim usquam est facta ab Irenaeo *urbis* mentio. Immo vero, ut quae ratio esset, quare *potior* romana ecclesia appelletur, intenderet, animadvertendum ante esse indicavit, fundatam eam fuisse a principe apostolorum Petro, qui adiutore Paulo usus esset.

(4) Grabius loco supra indicato, ea ratione dictum ab Irenaeo τὸ *convenire ad ecclesiam romanam* scribit, quo dictum ab Gregorio nazianzeno de Constantinopoli est, *orat.* XXXII. *pag.* 517. *edit. colon. an.* 1690. Εἰ γὰρ τὴν πόλιν τῆς οἰκουμένης ὀφθαλμὸν, γῆς, καὶ θαλάσσης ὅτι κράτιστον ἑῴας τε καὶ ἑσπερίου λήξεως οἷον συνδεσμὸν, εἰς ἣν τὰ πανταχόθεν ἄκρα συντρέχει, καὶ ὅθεν ἄρχεται ὡς ἐμπορίου κοινοῦ τῆς πίστεως: *etenim si civitatem orbis oculum terra marique potentissimam orientales, atque occiduae orae veluti nodum, et vinculum, ad quam extremi totius terrae fines concurrunt, et a qua velut a communi fidei emporio incipiunt etc.* Allixius idem ut efficiat Caelestini loco abutitur, quem mox describam. Sed Irenaeus de *ecclesia rom.*, non de *urbe Roma* adversus haereticos disputans loquitur; contra Gregorius de *urbe Constantinopoli*, eiusque amplitudine oratorum more disserit. Atque Irenaeus quidem *necesse esse omnem ecclesiam ad romanam ecclesiam convenire propter potiorem principalitatem, ut quae a Petro fundata esset, successioneque episcoporum* perpetua fidei depositum servaret, statuit: Gregorius vero *concurrere* dixit, *omnes fines terrae Constantinopolim*, idque tum dixit, cum ea in urbe episcoporum synodus haberetur. Tunc enim cum

Digitized by Google

sunt undique fideles; in qua semper ab his, qui sunt undique, conservata est ea, quae est ab apostolis, traditio. Victor praeterea pontifex, ad quem extat Irenaei epistola, quantum sibi in universam christianam rem publicam inesset auctoritatis, ostendit (1). Quin etiam martyres lugdunenses, cum ad pontificem

ab ea synodo universam ecclesiam exhiberi arbitraretur, fidei illam emporium esse affirmavit, *a quo omnes inciperent. Nodum autem, vinculumque orientalis, atque occidentalis orae* urbem Constantinopolim esse ait, non aliter quidem certe, quam Caelestinus I. statuerit *epist. ad Ioh. antiochen.* cavendum esse, ne in *amplissima urbe* Constantinopoli furere pergat Nestorius, εἰς ἣν διὰ τὴν τιμὴν τοῦ ἐνοικοῦντος Βασιλέως ἀπὸ παντὸς τοῦ κόσμου συντρέχει τὸ πλῆθος, *ad quam propter honorem inhabitantis imperatoris concurrit multitudo.* Claudius Salmasius, *loco supra indicato*, τὸ *convenire* explicat hoc modo: *necesse esse convenire, et concordare in rebus fidei cum ecclesia romana.* Itaque ingratiis extorsit ab eo Irenaei loco, ut quod res erat confiteretur. Magdeburgenses vitiatum eumdem esse locum suspicantur. *centuria II. cap. IV. pag. 63. edit. basileensis an.* 1560. Qua ex re cognoscitur, ita haereticos testimonio Irenaei implicari, ut cum nihil habeant, quod opponant, illud esse corruptum, nullo freti vetere monumento, nullaque ratione ducti, clamitant. Sed modum faciam. Consule Perronium *réplique a la réponse du roy de la grand Brétagne cap.* XXV. *pag.* 83. *edit. paris. an.* 1622., Renatum Massuetium *dissert. III. praevia in Irenaei libros art.* IV. *num.* XXX. *seqq. pag.* CXX. *seqq. edit. paris. an.* 1716., Iosephum Augustinum Orsium *de irreform. rom. pont. iudicio l.* III. *cap.* I. *art.* II. *pag.* 5. *seqq. et lib.* IV. *cap.* VI. *art.* I. *pag.* 385. *seqq., et hist. eccl. lib.* V. *num.* XLVII. *p.* 292. *edit. rom. in* 4.

(1) Victor pont. max. litteras synodicas ad Palaestinae, Ponti, Osrhoenae, Asiae, Corinthi ecclesiae dedit, quibus synodum haberi de paschate eodem, quo ab rom. ecclesia, non quo ab iudaeis peragitur die celebrando iussit, recusantibusque sacris sese interdictorum minatus est. Victoris autem auctoritate permotos earum provinciarum antistites fuisse, ut synodos cogerent, deque ea re omni constituerent intelligitur ex Eusebii *hist. eccl. lib.* V. *c.* XXIII. *seq. pag.* 209. *seqq.* (Confer Constantium *in Victor* §. I. *tom.* I. *collect. epistolar. romanorum pontificum p.* 93. *seqq. edit. paris.*), et ex Bedae *tract. de aequinoct. vern. t.* II. *app. p.* 346. *edit. an.* 1563. In actis enim *Palaestinae synodi* haberi hoc modo scribit: „ papa Victor *romanae urbis episcopus direxit auctoritatem ad Theophilum caesariensem, Palaestinaeque antistitem, ut quemadmodo pascha recto iure a cunctis catholicis celebraretur inibi fieret ordinatio, ubi Dominus, et Salvator mundi fuerat in carne versatus. Perceptа igitur auctoritate, praedictus episcopus non solum de sua provincia, sed etiam de diversis regionibus omnes episcopos evocavit. Ubi cum illa multitudo convenit, tunc Theophilus episcopus protulit auctoritatem ad se missam papae Victoris, et quid sibi operis fuisset iniunctum ostendit.* Fuisse id quoque episcopo ephesiorum Polycrati in mandatis datum, ex eiusdem Polycratis epistola ad Victorem liquet. *Possem*, inquit, *etiam episcoporum, qui mecum sunt, facere mentionem* οὓς ὑμεῖς ἠξιώσατε μετακληθῆναι ὑπ' ἐμοῦ, καὶ μετεκαλεσάμην, *quos a vobis indicastis convocari a me, sicut et feci.* Epistolae romanorum pontificum *auctoritates* appellabantur, quod est *ibidem* a Constantio animadversum. Polycrates quoque ephesius ad Victorem scribens episcopos, inquit, οὓς ὑμεῖς ἠξιώσατε μετακληθῆναι ὑπ' ἐμοῦ, καὶ μετεκαλεσάμην, *quos a vobis censuistis convocari a me, quod et feci.* Scripsisse autem Victorem, eos qui die dominico etc. celebrare pascha recusarent, mallentque retinere iudaeorum consuetudinem, sese ecclesiastica communione prohibiturum, idem est testis Polycrates, ut qui *apud Eusebium ibid. cap.* XXIV. *pag.* 212. dicat: οὐ πτύρομαι ἐπὶ τοῖς καταπλησσομένοις *non moveor terriculis*; hoc est minis, quae fictae ipsi ab Victore viderentur, iniiciendi terroris caussa. Ceterum quod iis minis hisce perturbatum negaverit, nihil officit auctoritati pontificum romanorum, quam ceterae ecclesiae parendo sequendam demonstraverunt. Nam acceptis, ut Bedae testimonio demonstratum est, a Victore litteris „ synodi, „ (ut Eusebius *lib. indicat. cap.* XXIII. *pag.* 210. „ scribit) coetusque episcoporum convenere. Atque „ omnes uno consensu ecclesiasticam regulam univer„ sis fidelibus per epistolas tradiderunt: ne videlicet „ ullo alio, quam Dominica die mysterium resur„ rectionis Domini umquam celebretur, atque eo „ dumtaxat die paschalium ieiuniorum terminum ob„ servemus. Extat etiamnum epistola sacerdotum, qui „ tunc in Palaestina congregati sunt, quibus prae„ debant Theophilus Caesareae Palaestinae, et Narcissus „ Hierosolymorum episcopus. Alia item extat epistola „ synodi romanae, cui Victoris episcopi nomen prae„ fixum est. Habentur praeterea litterae episcoporum „ Ponti, quibus Palmas, utpote antiquissimus, praefuit. „ Epistola quoque ecclesiarum Galliae extat, quibus „ praeerat Irenaeus. Ecclesiarum quoque in Osrhoene „ provincia, et in urbibus regionis illius constitutarum „ litterae visuntur. Seorsum vero Bacchyli corinthiorum

Digitized by Google

Eleutherium, quasi legatione fungentes, de pace scripserunt ecclesiarum, quem demum, nisi praecipuum ab eo in christiana re

„ episcopi, aliorumque complurium epistolae extant, „ qui omnes eamdem fidem, eamdemque doctrinam „ proferentes, unam edidere sententiam „. Ecclesiis autem omnibus, quanti auctoritatem sententiamque pontificis facerent, demonstrantibus, quid est, quod nos contumax agendi ratio antistitum paucarum provinciarum deterreat? An quidquam est umquam de oecumenicarum synodorum auctoritate dereptum, propterea quod episcopis plerisque omnibus concilio v. adhaerentibus, et tria capitula damnantibus, afri nonnulli, italique aquileienses resistendum potaverint, patresque francofordienses, quod non satis, quae de imaginibus constituta essent, perspexerant, synodum oecumenicam septimam reiecerint, postque auctoritate permoti pontificum romanorum, probaverint? Vide can. ii. *synodi francoford. tom. iv. concilior edit. Hard. pag.* 904. *et epist. Hadriani papae ad Carolum magnum tom. eodem pag.* 773. In hoc enim genere non quid unius provinciae, regionisve antistitum, sed quid pars ecclesiae maxime agat attendendum est. At asiani pontifici restiterunt, nicaenae autem contra synodo non item. Est id nobis obiectum a patriarcha Hierosolymorum Nectario in eo libro, quem contra Petrum hispanum ord. minorum, quocum in Palaestina egerat, inscripsit, *περὶ τῆς ἀρχῆς τοῦ πάπα ἀντίῤῥησιν, de primatu papae contradictionem. Thesi iv. centur.* ii. *pag.* 6. *edit. Giasii moldav. an.* 1682. Quasi vero Polycrates sociique, qui secundo saeculo Victori restiterunt, ad saeculum usque quartum, quo synodus nicaena est celebrata, vitam produxerint, ac non Victori quidem, sed synodo consentiendum putaverint. Atque illi profecto, qui de rito, et disciplina, non de dogmate agi, quique traditione se niti Iohannis arbitrabantur, ac proinde consentiendum non uni solum pontifici, sed etiam ecclesiae reliquae non putabant; ne synodo quidem paruissent, invenissentque, qui ipsos ob oeconomiam quamdam communione sacrorum prohibendos non esse dicerent. Non enim minus auctoritatis ecclesiae universum per orbem diffusae, quam in synodum congregatae inest. Si autem asianis contra ecclesiam per orbem terrarum diffusam de paschate sentientibus, sacris esse interdicendum Irenaeus, nonnullique alii patres negarunt, cur non item negassent, si iidem asiani contra ecclesiam in synodum congregatam sensissent? Rursum si asianorum dissensio nihil de ecclesiae per orbem terrarum diffusae auctoritate detraxit, quid causae esse poterit, quamobrem quidquam deripuisse de pontificis potestate, existimationeque putemus? Quod si quis forte quaerat quid asianos permoverit, ut multo post Polycratis tempora nicaenae synodo assentirentur, is sic habeat: defervescere sensim remittique studium tuendarum privatarum nostrarum consuetudinum, quas ceteris omnibus minime probari videamus. Quare afri, qui, Cypriano episcopatum gerente, Stephano restiterant, minus post agerent pugnacitus, cesserunt deinde, romanorumque praesulum auctoritate ducti, eorum de non rebaptizandis haereticis doctrinam, atque instituta sequuti sunt. Quod idem factum postmodum ab aquileiensibus fuit, qui tria capitula, quae ante defenderant, romanis demum pontificibus obsequuti, reprobaverunt. Quo etiam pacto cum Polycrates, symmystaeque decessissent, aliique deinceps episcopatum in Asia administrare coepissent, qui aut non tam studiosi veteris consuetudinis asianorum, aut assueti aliarum ecclesiarum moribus, atque institutis essent, hi tandem eo progressi sunt, ut fas non esse suos tantum coetus in celebrando paschate ab ceteris omnibus discrepare, synodo praesertim oecumenica repugnante, arbitrarentur. Sed redeo ad Victorem. Is manentibus in sententia asianis sacris interdixit. Scribit enim Eusebius hoc modo *lib.* v. *hist. eccl. cap.* xxiv *pag.* 212., *Victor στηλιτεύει γε διὰ γραμμάτων ἀκοινωνήτους ἄρδην πάντας τοὺς ἐκεῖσε ἀνακηρύττων ἀδελφούς, datis litteris universos, qui illic erant, fratres alienos esse a communione pronunciat.* Confer Coustantium *loco supra indicato*, Baronium *ad an.* 198. *num.* x., Tillemontium *tom.* iii. *monum. hist. ecc. tit. saint Victor. art.* ii. iii. iv. &c., Massuetium *dissert.* ii. *in Iren. num.* 22. *pag.* 74. *seqq. edit. venet. an.* 1734. *tom.* ii. Scio Valesium *in not. ad lib.* v. *hist. eccl. Eusebii cap.* xxiv. *p.* 212. *edit. taurin.* et Natalem Alexandrum *hist. eccl. saec.* ii. *dissert.* v. *art.* viii. §. 1. *pag.* 378. *edit. lucens. an.* 1749. *tom.* iii. prohibitos communione fuisse a Victore asianos negare. Nam minis sese illum continuisse putant: interdixisse autem sacris Polycrati, sociisque nullo modo. Sic enim Eusebium scribere *ibid. Victor omnes Asiae, vicinarumque provinciarum ecclesias ἀποτέμνειν, ὡς ἑτεροδοξούσας τῆς κοινῆς ἑνώσεως πειρᾶται, tamquam contraria rectae fidei sentientes a communione abscindere conatur.* Ita quidem Valesius vertit. Sed Eusebii verborum haec est vera, atque germana sententia; *abscindere ut aliena sentientes a communi unitate tentat.* Scilicet cum ipse eos communione prohibuisset, tentavit etiam, ut ceteri idem episcopi facerent, atque contumaces a *communi unitate* abscinderentur. Quamobrem litteras, ut addit Eusebius, dedit, quibus significavit, asianos esse *excommunicatos ἀκοινωνήτους*. Sed opponunt haeretici, restitisse alios antistites Victori, eumque acriter reprehendisse, quod tot ecclesias recidere ab unitate conatus esset. Φέρονται δὲ καὶ αἱ τούτων φωναὶ πληκτικώτερον καθαπτομένων τοῦ Βίκτορος. *Euseb. ibid pag.* 213. Sed errant longe. Non enim episcopi carere ea potestate Victorem, sed committendum

publica teneri putarunt honoris, atque auctoritatis (1) locum? Inde montanistae, quum nullum in orbe terrarum universo episcopum esse potestate romano parem cognossent; hunc sibi dolis, artibusque conciliandum curarunt, rati futurum neminem, qui eos, qui coniuncti societate communionis Petri successori essent, respuendos, damnandosque (2) arbitraretur. Tantum autem haec sententia, atque hoc de pontificis summa in ecclesia dignitate, diiudicandarumque controversiarum religionis auctoritate dogma apud veteres christianos valuit, ut hi serie pontificum romanorum proposita, reprimi facile haereticorum audaciam posse iudi-

non esse putarent, at tot ecclesiae illius unius rei caussa, quam superiores pontifices toleraverant, communicatione sacrorum prohiberentur. Praeterea nego acrius episcopos invectos in Victorem fuisse. Nam Irenaei, quem Eusebius exempli loco producit, locus, plenus est moderationis, et erga sedem apostolicam pietatis. Assentitur ille principio Victori, die dominico pascha esse celebrandum constituenti: eum tamen nacavtaa admonet, *ne integras Dei ecclesias, a communione abscissas* manere patiatur. Ostendit praeterea fuisse ecclesias, quae de tempore solvendi ieiunii ab aliis discreparent. Denique animadvertit, pontifices superiores nihil tale in Polycarpum, aliosque xiv. luna pascha celebrari oportere existimantes admisisse. Ceterum Irenaeus, ut supra vidimus, neque negavit id auctoritatis Victori datum; et ad ecclesiam romanam *propter potiorem eius principalitatem* omni ecclesiae conveniendum esse confessus est. Quamobrem errat vehementer Grabius, qui loco indicato exemplo est usus aliorum, ut Irenaei testimonium de *principalitate romanae sedis* involverat. Videndi Epiphanius *haeresi* LXX. num. IX. tom. I. *opp. pag.* 821. *edit. paris. Petavii*, Socrates *lib.* v. *hist. eccl. cap.* XXII. *p.* 247. *edit. taurin. an.* 1747. ceterique, quos numerat loco indicato Tillemontius. Firmiliani episcopi ad Cyprianum locus, quo Natalis Alexander abutitur, non est ad rem. Is enim in epist. ad Cyprianum, quae est inter cyprianicas LXXV. *p.* 220. *edit. oxon. an.* 1682. discessum umquam ab unitate, controversiae de paschate caussa, fuisse negat, propterea quod quas dedit Victor de excommunicatis asianis litteras, non multo post hortatu, ac precibus Irenaei revocavit, quod est e Petro de Marca *lib.* III. *de concord. sacerd. et imperii cap.* IX. *pag.* 253. *edit. francoford. an.* 1708. non repugnante Samuele Basnagio ad an. CXC. n. XIII. animadversum. Mitto Photii cod. CCX. *pag.* 302. *edit. rotomag. an.* 1653. testimonium. Is enim monitum ab Irenaeo Victorem fuisse scribit, asianos μὴ ἀποκηρύττειν *ne separatos praedicare*, subintelligitur, *pergeret*.

(1) Eusebius *lib.* v. *cap.* III. *hist. eccl. pag.* 184. *edit. taurin. an.* 1746. de martyribus gallis loquens, litteras, inquit, *dum adhuc in vinculis essent, partim ad fratres in Asia, et Phrygia degentes, partim ad Eleutherium tunc romanae urbis episcopum scripserant* τῆς τῶν ἐκκλησιῶν εἰρήνης ἕνεκα πρεσβεύοντες *pro pace ecclesiarum quasi legatione fungentes.* Cur autem, cum de Asiae, Phrygiaeque ecclesiis ageretur, ad Eleutherium scripsissent, nisi ubique praecipuam illius esse auctoritatem cognossent? Atque Irenaeum quidem ea de re Romam legatum miserant, quem ad ecclesiam romanam convenire necesse esse omnem, qui sunt undique fideles, propter potiorem eius ecclesiae principalitatem affirmare, paullo ante vidimus. Euseb. *ibid. cap.* IV. *pag.* 184. *seq.* Vide quae scribunt Valesius *ibid. in not. ad cap.* III. *pag.* 184., Massuetius *dissert.* II. *in Irenaei libros num.* 6. *seqq. pag.* 67. *seq. tom.* II. *opp. s. Iren. edit. venetae*, Tillemontius *tom.* II. *mon. hist. eccl. not.* IV. *in Montan. pag.* 325. *edit. bruxel. in fol. an.* 1732., et Constantius *tom.* I. *collect. epistolar. rom. pontif. in Eleuther.* §. 1. *pag.* 67. *edit. paris. an.* 1721.

(2) Tertull. *lib. contra Praxeam cap.* 1. *pag.* 501. *edit. opp. venetae ann.* 1744. *Praxeas*, inquit, *tunc episcopum romanum agnoscentem iam prophetias Montani, Priscae, Maximillae, et ex ea agnitione pacem ecclesiis Asiae, et Phrygiae inferentem, falsa de ipsis prophetis, et ecclesiis eorum adseverando, et praecessorum eius auctoritates defendendo, coegit et litteras pacis revocare iam emissas, et a proposito recipiendorum charismatum concessare.* Consulantur Baronius *ad an.* CLXXIII. *num.* IV. *seqq.* Valesius, Tillemontius, Massuetius, Constantius locis indicatis notatione superiore, Rigaltius *adnot. in locum modo descriptum Tertulliani*, Orsius *lib.* IV. *hist. eccl. num.* XXIII. *pag.* 196. *seq. tom.* II. *edit. rom. in* 4. *et lib.* v. *num.* XIII. *pag.* 323. et quae ipse adnotavi *tom.* v. *huius op. p.* I. *pag.* 56. *seq.*

carent (1). Iam extremo secundo, tertioque ineunte saeculo, fatentibus christianis orthodoxis omnibus, Petri successor antistes romanus *episcopus* vocabatur *episcoporum*, in quem auctoritas, quae data Petro divinitus ligandi, solvendique fuerat, permanasset (2). De Egesippo, Dionysio corinthio, auctore carminum adversus Marcionem, deque Caio romanae ecclesiae presbytero cum volumine superiore dixerim, nihil est caussae, quamobrem esse hoc item loco disserendum putem (3). Origenes porro, qui III. saeculo claruit, nisi quod Petro pontifices romani successerint, romanam ecclesiam omnium (4) principem iudicarit esse, quam ob aliam caussam iudicaverit, ne suspicari quidem possumus. Quod ipsum est de Dionysio alexandrinorum episcopo affirmandum. Nam is principatum pontificis romani in christiana re publica summum non verbis modo, sed re etiam ipsa testatus est (5).

(1) Egesippus apud Eusebium *lib.* IV. *hist. eccl. cap.* XXII. *pag.* 185., Irenaeus *lib.* III. *contra haeres. cap.* III. *pag.* 176. *edit. venetae an.* 1734., auctor carminum *adv. Marcion. inter opp. Tertull. lib.* III. *p.* 635. *edit. venetae an.* 1744.

(2) Tertullianus *lib. de pudic. cap.* I. *pag.* 555. Confer omnino quae scripsi *tom.* V. *part.* I. *huius operis pag.* 42. *seqq. et* 55. *et tom.* IV. *pag.* 260.

(3) Vide *tom.* V. *part.* I. *huius oper. pag.* 243. *et pag.* 350.

(4) Eusebius *lib.* VI. *hist. eccl. cap.* XIV. *pag.* 239. „ Adamantius vero, *inquit*, (id enim etiam Origeni „ nomen fuit) Zephyrino per haec tempora romanam „ ecclesiam gubernante, se in urbem Romam adve„ nisse scribit, cum sibi in votis fuisset, sicut ipsemet „ alicubi dicit, τὴν ἀρχαιοτάτην Ῥωμαίων ἐκκλη„ σίαν ἰδεῖν. „ *Antiquissimam* (vel potius *praecipuam*) *romanorum ecclesiam videre*. Cur enim antiquissimam dixisset, optassetque videre, cum hierosolymitanam, antiochenam, caesareensem fuisse antiquiores sciret? Atque Origenes quidem principatm ecclesiae romanae memor, Φαβιανῷ τοῦ κατὰ Ῥώμην ἐπισκόπῳ *Fabiano Romae episcopo* priore loco περὶ τῆς κατ' αὐτὸν ὀρθοδοξίας *de recta suae fidei ratione* scripsit. *Euseb. ibid. cap.* XXXVI. *pag.* 260.

(5) Dionysius alexandrinus episcopus quanti ecclesiam romanam faceret, ostendit in sua ad *Novatum epistola apud Eusebium lib.* VI. *cap.* XLV *pag.* 278. et in aliis quae sunt ad *fratres Romae constitutos*, *ibid. cap.* XLVI, *pag.* 279. et in iis, quae sunt *ad Stephanum datae ibid. lib.* VII. *cap.* IV. *et* V. *pag.* 283. *seq.*, *et ad Xystum, ibid. pag.* 284., et ad Dionysium *ibid. cap.* VII. *seq. pag.* 287. Rursumque ad Xystum *ibid. cap.* IX *pag.* 288. *seq.*, qua quidem epistola doceri se a pontifice maiorem in modum flagitat, num baptizare rursum deberet eum, qui fuisset impio baptismo ab haereticis initiatus, quique diu *pro fideli* habitus fuisset. Postremo Dionysius, quem aliqui in erroris suspicionem vocaverant, Dionysio se romano antistiti, ad quem, scilicet ut ad praecipuum auctoritate, et dignitate praesulem accusatores confugerant, purgavit; quod non fecisset, ni primas eum in ecclesia obtinere partes putasset. Librorum, quos romano eidem Dionysio inscripsit, meminit Eusebius *lib.* VII. *hist. eccl. cap.* XXVI. *p.* 312. Confer Athanasium *lib. de sent. Dionys. alex. tom.* I. *opp. pag.* 252. *num.* XIII. *par.* I. *seqq. edit. paris. Montf.*, *et lib. de synod. pag.* 757. *tom. eod. par.* II. Adeundi Tillemontius *de Dionys. alexandr. art.* XV. *pag.* 116. *tom.* IV. *mem. hist. eccl. edit. supra indicatae*, Valesius *in not. ad lib.* VII. *hist. eccl. Eusebii cap.* XXVI. *pag.* 312., Coustantius *in Dionys. rom. p.* 261 *et in monit. ad fragm.* Dionysii *librorum p.* 278. *seqq. tom.* I. *collect. epistolar. romanor. pontific. edit. paris.* Est illud praeterea animadvertendum, Dionysium in litteris ad Novatum (apud Euseb. *lib.* VI. *cap.* XLV. *pag.* 278.) discissam ab eo non ecclesiam romanam, sed τὴν ἐκκλησίαν τοῦ Θεοῦ *ecclesiam Dei*, sine adiuncto, scripsisse. Immo vero *cap.* V. *lib.* VII. *eiusd. ap. ap. Euseb. pag.* 283., Dionysius universas orientis ecclesias commotas schismatis illius causa demonstrat; id quod factum numquam fuisset ob privatum quempiam christianorum coetum. Quae res etiam litteris Cornelii ad Fabium antiochenum confirmari potest. Eas describit Eusebius *lib.* VI. *hist. eccl. cap.* XLIII. *pag.* 269. *seqq.*

Digitized by Google

Iam vero Cyprianus carthaginiensis Petri locum occupari a romano episcopo, eiusdemque apostoli cathedram centrum esse unitatis, primatumque ab eodem pontifice teneri statuens; Stephanumque I. obsecrans ad episcopos Galliarum ut plenissimas litteras de Marciano arelatensi reprimendo mittat (1), nonne osten-

(1) Scripsi equidem hac de re *tom. v. p. i. huius op. p. 59. seqq. et 61. seq.* copiose. At restitit Cyprianus Stephano. Quare concessus a Cypriano principatus ecclesiae numquam fuit. Sic haeretici disputant, qui dici vix potest, quam eo Cypriani facto abutantur. Mitto Blondelium, Basnagios, Felum, Deylingium, ceterosque lutheranos, calvinianos, zuinglianos etc. Hoc dico, eorum ad graecos etiam pervasisse ungendi rationem. Nectarius enim patriarcha Hierosolymorum, qui saeculo superiore περὶ τῆς ἀρχῆς τοῦ πάπα *de primatu papae* magnum volumen in Petrum minoritam hispanum scripsit, *contur. III. p. 6.* de Cypriano loquens: Ἀντέλεγε τοῖς τότε πάπαις Στεφάνῳ, καὶ Κορνηλίῳ περὶ τῶν ἀναβαπτιζομένων, ὡς ἐν τῇ ὑπ' αὐτῶν συνόδῳ φέρεται. *Contradicebat iis, qui papae tunc erant, Stephano, et Cornelio de rebaptizandis, ut in ea, quae sub ipsis est celebrata, synodo fertur.* Videat lector hominis imperitiam. Principio restitisse Cornelio Cyprianum scribit, cum ex Cypriani litteris, coniunctum hunc semper cum Cornelio pacem, constet. Deinde ortam Cornelii tempore controversiam de *rebaptizandis* haereticis arbitratur, quod falsum est. Tertio post Stephanum nominat Cornelium, cum hic ante Stephanum pontificatu functus sit. Quarto, quasi uno eodemque tempore episcopatum romanum Cornelius, Stephanusque gesserint, synodum sub ipsis celebratam commemorat. Quinto in synodo romana, quae de non rebaptizandis haereticis habita Stephani tempore fuerit, haec omnia ferri confirmat; cum nulla eius synodi acta usquam reperiantur. Qui autem tam imperite, tamque inscienter loquitur, is ne dignus erit, cui contra latinos disputanti respondeatur? Respondebo tamen homini si minus, ut ipsi, et saltem ut iis, quos imprudentes deceperit, satisfaciam. Nego Cyprianum, qui rebaptizandorum haereticorum causa Stephano restiterit, quidquam ab se de pontificis principatu dereptum esse, putasse. Non enim item inconstans fuit, ut quam (ad Cornelium an 252. scribens *epist. LIX. al. LV. p. 135. edit. oxon.*) *Petri cathedram, ecclesiam* PRINCIPALEM, *unde unitas sacerdotalis exorta est,* dixit, eamdem post principatu carere defenderet. Quinetiam quum idem, *eos esse romanos ibid.* constituisset (*quorum fides apostolo praedicante laudata est*) *ad quos perfidia habere non possit accessum*, qui tandem ita commoveri potuisset, ut *perfidiam ad eos habuisse accessum*, cecidisseque primatu episcopum eorum arbitraretur? Quid? si tum etiam, cum de baptismo exorta esset contentio, quae de Petri cathedra olim Cyprianus statuerat *epistola LXXIII. ad Iubaianum pag. 201.* confirmavit? *Petro*, inquit, *Dominus, super quem fundavit ecclesiam, et unde unitatis originem instituit, et ostendit, potestatem istam dedit etc. Et epist. LXXI. ad Quintum p. 194.* Stephanum indicans, qui traditionem obiecerat, *non est autem*, inquit, *de consuetudine praescribendum, sed ratione vincendum. Nam nec Petrus, quem primum Dominus elegit, et super quem aedificavit ecclesiam suam, cum secum Paulus de circumcisione postmodum disceptaret, vindicavit sibi aliquid insolenter, aut arroganter assumsit, ut diceret, se primatum tenere, et obtemperari a novellis, et posteris sibi potius oportere. Nec despexit Paulum, quod ecclesiae prius persecutor fuisset, sed consilium veritatis admisit, et rationi legitimae, quam Paulus vindicabat, facile consensit, documentum scilicet nobis, et concordiae, et patientiae tribuens, ut non pertinaciter nostra amemus, sed quae aliquando a fratribus, et collegis nostris utiliter, et salubriter suggeruntur, si sint vera, et legitima, ipsa potius nostra ducamus.* Mirum, quam multa Blondellus, Rigaltius, Fellus, aliique protestantium turbent, ut vim huius superiorumque Cypriani locorum extenuent. Sed ipse per se lector, si omnia conferet, facile perspiciet, concessisse Cyprianum pontificibus principatum. Quod autem ad hunc locum attinet, recte est animadversum a Constantio *praefat. in tom. 1. collect. epist. rom. pontif. n. VII. p. V.* Petrum enim, ait, fuisse Cypriano teste, ecclesiae primatem. *Quem enim Cyprianus primum electum, ac super quem ecclesiam fundatam praedicat, hunc sine controversia primatus dignitate ornatum esse pro certo posuit. Sed ex eo, quod praeclare ille primatis apostolorum nomine abusus non est Petrus, hinc velut occasione data, Petri successores ..... admonet, eos ab ipsius exemplo recessuros, si qua vere insigniti sunt, primatis titulo efferantur, fastidiantque sana ceterorum episcoporum consilia, ac sibi demum praeter rationem obtemperari velint.* Quamquam Cyprianus vehementer errabat, qui consilium se suum pontifici dedisse vociferabatur, atque eo errabat vehementius, quo non de dogmate sibi cum Stephano, ad quem Petri successorem *perfidiam accessum habere non posse dixerat*, sed de disciplina contentionem esse pugnaret. *Ep. LXXII.* ad Stephanum *pag. 197. seq. et ep. LXXIII. ad Iubaian. pag. 209. seq.* Nemo enim est christianorum orthodoxorum, qui nesciat, id quaestionis genus ad dogma, non ad disciplinam ecclesiae pertinere. Quod mox addit Nectarius, Augustinum *in III. de bapt. libro* fin fuisse, dicere, Cypriano a romano pontifice dissidere, quoad οἰκουμενικῇ oecumenica synodus congregata fuisset, falsum est. Non enim satis est

Digitized by Google

dit, antistitibus romanae ecclesiae principatum in christiana re publica fuisse datum non honoris modo, sed etiam potestatis? Id autem ita christianis universis persuasum erat, ut ne ipsos quidem ethnicos fugeret. Quare Aurelianus imperator, cum episcopos orientis maxime eniti, ac laborare animadvertisset, ut Paulum samosatensem haeresiarcham de sede antiochena deturbarent, id

clarum, synodum ne *oecumenicam*, an *nationum variarum* Augustinus intellexerit *plenariae synodi* nomine. Iohannes Launoius sequutus Petrum de Marca, Albaspinaeum, Sirmondum non oecumenicam ullam synodum, sed arelatensem eo in loco ab Augustino commemorari censet. *Dissert. de vera notione plenarii apud Augustinum concilii in causa rebaptizantium edit. paris. an.* 1669. *Et confirmat dissert. de vera plenarii apud Augustinum concilii notione, edit. paris. an.* 1667. Huic assentitur Raymondus Missorius *dissert. critica in epistolam ad Pompeium, edit. venet. an.* 1733. *num.* XXIII. *seqq. p.* 50. *seqq.* Sunt item, qui id probent, alii. Quamquam esse video permultos, qui concilii plenarii nomine nicaenum intelligi oportere sentiant, in iisque Balduinum, Lovaniensem, Iohannem Nicolaium ord. praed. *dissert. de concilio plenar. etc. edit. paris. an.* 1667., *et de plenarii concilii etc. assertione ibid. an.* 1668., Henricum Norisium *part.* V. *hist. donatistar. p.* 175. *seqq. tom.* IV. *edit. opp. veronensis an.* 1732., Natalem Alexandrum *dissert.* XXIV. *in hist. saec.* III. *p.* 187. *seqq. edit. lucensis ann.* 1750., Iosephum Augustinum Orsium *part.* II. *dissert. de baptismo in nomine Iesu p.* 88. *edit. mediolan. an.* 1733. Quamquam in *l.* III. *de auctorit. rom. pontif. tom.* II. *cap.* IX. *pag.* 81. *edit. rom. ann.* 1739. veretur, ne cadere, quae ei synodo Augustinus attribuit, neque in arelatensem possint. Confer Tillemontium *not.* XLIV. *artic.* I. *et* II. *in s. Cypriani vitam tom.* IV. *monum. hist. eccl. pag.* 27. *edit. bruxell. an.* 1732. *in fol.* Sed sive nicaena, sive arelatensis ea fuerit, quam Augustinus commemorat, synodus, parvi refert. Certe nec Cyprianus respicere ad synodum oecumenicam potuit (cum eius temporibus ne notio quidem haberetur synodorum oecumenicarum, cum nulla superiore, eiusque etiam aetate habita fuisset), nec si respexisset, officere id quidquam potuit pontificis maximi auctoritati, quam toties ipse et agnoverat, et celebrarat; ut nihil obsistit synodo nicaenae eorum temeritas, qui ab ea ad alia concilia provocandum existimarunt. Eoque miror tarditatem, atque inscitiam Nectarii, quod cum tam peritus christianae antiquitatis videri vellet, tam ignorarit, concilii *generalis*, seu oecumenici ne nomen quidem Cyprianum unquam audisse. Confer Lequienium, seu Stephanum de Altimura *panoplias contra graecos contu*ria III. *cap.* I. *pag.* 16. *edit. paris. an.* 1718. Quam autem recte m Stephanus gesserit, quamque iniuria ei Cyprianus restiterit, cum ex synodorum, omniumque ecclesiarum consensione summa, tum ex Augustini sententiis, de quibus paullo post videro, atque testimonio Vincentii lirinensis quinti saeculi scriptoris illustris certe, atque excellentis constat. Is enim *in commonitorio pag.* 285. *edit. bremensis ann.* 1688. „Exemplis talibus, *inquit*, plena sunt omnia. Sed ne longum fiat, unum aliquod, et hoc ab apostolica sede potissimum sumemus; ut omnes luce clarius videant beatorum apostolorum BEATA successio quanta vi semper, quanto studio, quanta contentione defenderit susceptae semel religionis integritatem. Quondam igitur venerabilis memoriae Agrippinus carthaginensis episcopus primus omnium mortalium contra divinum canonem, contra universalis ecclesiae regulam, contra sensum omnium consacerdotum, contra morem, atque instituta maiorum, rebaptizandum esse censebat. Quae praesumptio tantum mali invexit, ut non solum haereticis omnibus formam sacrilegii, sed etiam quibusdam catholicis occasionem praebuerit erroris. Cum ergo undique ad novitatem rei cuncti reclamarent, atque omnes quaquaversum sacerdotes, pro suo quisque studio, reniterentur, tunc beatae memoriae papa Stephanus apostolicae sedis antistes, cum ceteris quidem collegis suis, sed tamen prae ceteris restitit; dignum, ut opinor, existimans, si reliquos omnes tantum fidei devotione vinceret, quantum LOCI AUCTORITATE SUPERABAT. Denique in epistola, quae tunc ad Africam missa est, his verbis sanxit: Nihil novandum, nisi quod traditum est .... Retenta est antiquitas, explosa novitas. Sed forte tunc ipsi novitiae adinventioni patrocinia defuerunt? Immo vero tanta vis ingenii adfuit .... tantum assertorum numerus .... ut mihi omnis illa conspiratio nullo modo destrui potuisse videretur, nisi sola tanti moliminis causa ipsa illa suscepta, ipsa defensa, ipsa laudata novitatis professio destituisset. Quid postremo ipsius africani concilii, sive decreti vires? Donante Deo nullae etc." Atque de Cypriano et Stephano satis dictum est.

demum se ratum habiturum dixit, quod ea de re omni episcopus romanus constituisset (1).

Idque iam dogma, ut in sequentem aetatem manaverit, non pontificum modo, qui quarto saeculo ecclesiae clavum tenuerunt, ut Melchiadis (2), Silvestri (3), Iulii (4), Liberii (5), Damasi (6), Syricii (7), Innocentii I. (8) auctoritate constat; sed testimoniis etiam patrum, scriptorumque ecclesiasticorum, Athanasii (9), Eusebii (10), Hilarii pictaviensis episcopi (11), s. Gregorii

(1) Eusebius *lib.* vii. *cap.* xxx. *hist. eccl. pag.* 319. *edit. taurin.* narrat Aurelianum imperatorem rogatum, ut e domo ecclesiae Paulum samosatensem haeresiarcham de episcopatu ab ecclesia deiectum excedere, eamque Domno antiocheno antistiti recens creato tradi iuberet, αἰσιώτατα *rectissime*, vel *decentissime* rem diiudicasse, ut qui domum *iis tradi praeceperit, quibus italici antistites, et romanus antistes scripsissent.* Quo ex re intelligitur, ne ethnicos quidem principes ignorasse, quantum auctoritatis a christianis beati Petri successoribus tribueretur.

(2) Optatus milevitanus *lib.* i. *num.* xxiv. *p.* 23. *edit. antuerp. an.* 1702. cum synodi romanae contra Donatum (cui synodo Melchiadem praefuisse scribit) meminisset; tam *sufficit*, inquit, *Donatum tot sententiis esse percussum.* Immo vero appellationem Donati asseclarum ab ea synodo ad imperatorem culpa non vacasse, et quidem gravi, ostendit. Duos praeterea in Africam a Melchiade (ut ostendit Albaspineus *in notis ad Opt.* i. *lib. num.* xxvi. *pag.* 25.) missos affirmat, qui ostenderent, apud quos, donatistasne, an alios, esset *catholica.* Id declarare Melchiadi ius fuisse, ut qui Petri successor esset, *Optat. lib.* ii. *num.* iii. *pag.* 31. innuit. Confer Orsium *de rom. pontif. auct. lib.* iii. *cap.* v. *art.* i. *pag.* 83. *edit. rom. an.* 1739.

(3) Quod spectat ad Silvestrum pontificem, vide, quae paullo ante de syn. i. nic. scripsi.

(4) De Iulio vide quae scripsi *tomi huius* v. *part.* i. *pag.* 244. *not.* 7.

(5) Confer, quae de Liberio scripsi *ibid. not.* 2. *pag.* 245.

(6) De Damaso lege, quae dixi *ibid. pag.* 69. *in not.* Consule *coll. opuscular.* i. *Damasi*, et quae *epistolar.* eius pontificis illustrandar. causa adnotavit vir clarissimus Antonius Maria Merenda *pag.* 218. *edit. rom. ann.* 1754.

(7) Vide *tom.* v. *part.* i. *huius operis p.* 245. *not.* 11.

(8) Confer *not.* 4. *p.* 117. *tom.* v. *part.* i. *huius oper.*

(9) S. Athanasius ἀποστολικὸν θρόνον *apostolicum thronum* sedem romanam vocans, *lib. de histor. arianor. ad monach. num.* xxv. *pag.* 364. *tom.* i. *opp. edit. paris. Montfauc*, succedere pontifices romanos Petro demonstrat. Id quod synodo sardicensi assensum, confirmarit, necesse est. Vide quae supra ex synodi eiusdem actis *pag.* 8. *huius vol. not.* 2. descripsimus.

(10) Confer notationem i. *huius paginae* quo loco Eusebius caesariensis *decentissime* Aurelianum statuisse tradit, ei esse episcopo domum ecclesiae antiochenae tradendam, ad quem antistes romanus scripsisset. Cur autem *decentissime* dixerit, ex *lib.* iii. *cap.* iv. *pag.* 82. historiae liquet, ubi Linum post Petrum constitutum episcopum romanorum dicens, eius apostoli successores romanos esse antistites demonstrat, qui principatum, ut Petrus (vide *tom.* v. *huius op. antiquit. christian. par.* i. *p.* 129. *in not.*) obtineant in ecclesia. Itaque Eusebius in successionibus episcoporum primo semper loco romanum numerat, nisi forte aliter interdum ratio temporum postulet, ut *lib.* iii. *cap.* xxxiv. *pag.* 113., *et lib.* iv. *cap.* iv. *p.* 123., *et cap.* x. *p.* 132., *et cap.* xix. *pag.* 134., *lib.* v. *cap.* vi. *pag.* 187., *et cap.* xxii. *pag.* 209., *lib.* vi. *cap.* xxi. *p.* 248. *et cap.* xxix. *pag.* 253., *et lib.* vii. *cap.* xiv. *pag.* 296., *cap.* xvii. *pag.* 313., *cap.* xxxii. *pag.* 320. Quin etiam describit, probatque ea, quae Irenaeus de successione romanorum pontificum, deque servata in ecclesia romana *traditione* memoriae commendaverat; *lib.* v. *cap.* vi. *pag.* 187. Verum quidem est, scriptum alicubi ab Eusebio fuisse, post Petrum, ac Paulum tertium episcopum fuisse Clementem *lib.* iii. *cap.* xxi. *pag.* 98., quintumque Alexandrum *lib.* iv. *cap.* ii. *pag.* 121. Sed haec non indicant Paulum vere fuisse episcopatu potitum Romae. Alioqui ut solius Petri meminit interdum, dum successionum seriem persequitur, ita interdum saltem Pauli solius meminisset. Quod tamen neque ipse, neque alius quisquam veterum auctorum fecit.

(11) Vide *pag.* 114. *seqq. tom.* v. *par.* i. *huius operis in not.*, quo loco insignem Hilarii de primatu Petri locum descripsimus. Idem Hilarius in opere historico *fragm.* ii. *num.* 9. *p.* 494. *edit. venet. an.* 1750. *tom.* ii. epistolam synodi sardicensis ad Iulium pontificem, probans certe, recitat, in qua est scriptum hoc modo: „ Hoc optimum, et valde congruentissimum „ esse videbitur, *si* ad caput, id est ad Petri apostoli „ sedem de singulis quibusque provinciis Domini referant sacerdotes. „

nazianzeni (1), s. Basilii magni (2), s. Ambrosii (3), s. Hieronymi (4), Optati milevitani (5), s. Epiphanii (6), s. Iohannis

(1) Qui de principatu in ecclesia Petri loquutus est iis in locis, quae *tom. huius v. par. 1. pag.* 115. produximus. Idem *in carmine de vita sua tom. 11. opp. edit. ann.* 1690. *pag.* 9. ad Petri quidem, eiusque successorum primatum, auctoritatemque spectans, de Roma vetere in hanc sententiam scribit:

„ Fidem vetustae recte erat iam antiquitus,
„ Et recte perstat nunc item nexu pio
„ Quodcumque labens sol videt, devinciens.
„ Καθῶς δίκαιον τὴν πρόεδρον τῶν ὅλων
„ Ὅλην σέβουσαν τὴν Θεοῦ συμφωνίαν,
„ UT UNIVERSI PRAESIDEM MUNDI DECET
„ TOTAM COLENTEM NUMINIS CONCORDIAM.

(2) Is item de primato Petri egregie disserit, ut *tom. huius v. par.* 1. vidimus *pag.* 115. *not.* 2. Idem nisi subventum a pontifice romano fuerit, rem catholicam in oriente funditus eversum iri confirmat, *epist.* LXX. *pag.* 164. *seq. tom.* III. *edit. paris. ann.* 1730. Adeundi Fleurius *hist. eccl. lib.* XVII. §. XXXI. et Antonius Merenda in opere inscripto *s. Damasi papae opusc. et gesta num.* II. *pag.* 28. *seq. edit. rom. an.* 1754.

(3) Is episcopos, qui cum romana ecclesia non convenirent, cum ecclesia catholica minime convenire statuit. *De Satyri enim fratris excessu agens lib.* 1. *num.* XLVII. *tom.* II. *opp. edit. paris. monach. s. Mauri pag.* 1127., evasisse eum naufragium scribit, appulisseque ad Africae oram, evocasseque episcopum, quod baptismi sacris initiari cuperet: sed ne quid non cautissime ageret, *percunctatum ex eodem utrumnam cum episcopis catholicis, hoc est cum romana ecclesia conveniret.* Idem Ambrosius *lib. seu class.* 1. *epist.* VI. *ex synodo aquileiensi ad imperatores pag.* 850. *num.* 4. *tom.* III. *opp. edit. venet. an.* 1751. „ Totius, „ *inquit*, orbis romani caput romanam ecclesiam, at„ que illam sacrosanctam apostolorum fidem, ne tur„ bari sineret obsecranda fuit clementia vestra; INDE „ ENIM IN OMNES VENERANDAE COMMUNIONIS IURA DIMA„ NANT „. Cur autem fidem apostolorum in ecclesia romana servari, eamque esse caput orbis romani, ex qua in omnes venerandae communionis iura dimanent, dixisset, nisi id iuris successione quadam ex Petro apostolo in reliquos romanos episcopos permeasse putasset? Consule praeterea *epist.* XIII. *pag.* 856. *n.* IV.

(4) Epistola ad Damasum *pag.* 803. *tom.* IV. *par.* II. *operum edit. paris. Martian.* „ A pastore, *inquit*, prae„ sidium ovis peto .... Beatitudini tuae, idest cathe„ drae Petri communione consocior; super illam pe„ tram aedificatam ecclesiam scio. Quicumque extra „ hanc domum agnum comederit, profanus est. Si „ quis in arca Noe non fuerit, peribit regnante dilu„ vio .... Non novi Vitalem, Meletium respuo, ignoro „ Paulinum: quicumque tecum non colligit, spargit.„ Quid hoc testimonio clarius? Et Lutherus tamen, *tom.* 1. *opp. edit. ien. pag.* 233. eiusque asseclae obiicere nobis audent illum Hieronymi ex epistola ad Evangelum, seu Evagrium tritum de episcoporum ordine, atque charactere locum: *tom.* II. *opp. edit. paris. Martianaei par.* II. *pag.* 803. „ Ubicumque fuerit episcopus „ sive Romae, sive Eugubii, sive Constantinopoli etc. „ eius est meriti, eius est sacerdotii. „ Quae certe de iure consecrandi presbyteros, imponendique manus, non de potestate maiore, aut minore pontificum in ecclesia intelligenda sunt. Alioqui non ita, et vidimus, scripsisset ad Damasum, cathedram ipsum Petri tenere, quare eos, qui cum eo non colligant, spergere, profanosque esse.

(5) Confer quae scripsimus *tom.* v. *par.* 1. *huius operis pagin.* 117. *not.* 5. Addit ei loco, quem *ibid. indic.* Optatus hoc modo: „ Ergo in cathedram unicam, „ quae est prima de dotibus, sedit prior Petrus, cui „ successit Linus, Lino successit Clemens, Clementi „ Anacletus, Anacleto Evaristus, Evaristo Alexander, „ Alexandro Sixtus, Sixto Telesphorus etc. „ ad Siricium usque. Mox, „ Siricius hodie, qui noster est „ socius (*hoc est quorum communionis societate coniuncti „ sumus*) cum quo nobiscum totius orbis commercio „ formatarum in una communionis societate concor„ dat. Vestrae cathedrae vos (*donatistae*) originem „ reddite, qui vobis vultis sanctam ecclesiam vindi„ care. Sed et habere vos in urbe Roma partem ali„ quam dicitis. Ramus est vestri erroris protentus de „ mendacio, NON DE RADICE VERITATIS. Denique si a „ Macrobio dicatur, ubi illic sedeat, numquid potest „ dicere in cathedram Petri? quam nescio si vel oculis „ novit; et ad cuius memoriam non accedit, quasi „ schismaticus contra apostolum, qui ait, *memoriis „ sanctorum communicantes.* „ Est ergo pontifex Petri *successor*, et proinde *radix veritatis*.

(6) Vide *tom.* v. *huius operis part.* 1. *pag.* 80. *seq.* et *pag.* 116. *not.* 1. Idem Epiphanius *haeresi* XXVII., quae est carpocratianorum *num.* VI. *pag.* 107. *edit. paris. Petavii*, Petrum episcopum Romae, atque ei alios deinceps fuisse subrogatos scribit, quos nominat „ Roma„ norum, *inquit*, episcoporum successio hanc habet se„ riem: Petrus, et Paulus (Paulum memorat, non „ quo vere episcopus romanus, sed quo, ut alias di„ ximus, adiutor apostoli Petri esset) Linus, et Cletus, „ Clemens, Evaristus, Alexander etc. „ Erat autem Epiphanius, ne cui mirum videatur, quod tam diligenter seriem sit persequutus antistitum romanorum. Διὰ γὰρ τούτων ἀεὶ τὸ σαφὲς δείκνυται: *per haec enim*, inquit, *semper manifesta veritas ostenditur.* Confer

Digitized by Google

chrysostomi, et Rufini presbyteri aquileiensis (1), Augustini magni ecclesiae luminis, doctrinaeque orthodoxae acerrimi defensoris, ac vindicis (2).

Quinto autem saeculo Palladius episcopus heliopolitanus (3), Cyrillus alexandrinus (4), Theodoritus Cyri antistes (5), Cassia-

nius *tract. de haeresi sardicensium, quae est xli. n. 1. pag.* 300. Cum autem Petri successor sit pontifex romanus, ac centrum unitatis ecclesiasticae, factum hinc est, ut Epiphanius *haeresi lxviii., quae est meletianorum num. viii. pag.* 724., animadverteret, Ursacium, et Valentem episcopos haereticos, Alexandriam, atque in Mareotidem ab arianis vexandi Athanasii caussa missos, facti poenitentes Iulio romano pontifici libellos obtulisse supplices, quibus *errorem suum deprecabantur*, petebantque, ut εἰς κοινωνίαν, καὶ μετάνοιαν *in communionem, et poenitentiam* admitterentur.

(1) Cognosce Iohannem chrysostomum summam successoris beati Petri in christiana re publica auctoritatem, ex eius ad Innocentium pontificem epistola constat, in qua est scriptum hoc modo: „ Rogo, ut „ per epistolam denuncietis, ea quae tam inique acta „ sunt ab una parte, nobis absentibus, nec iudicium „ detrectantibus μηδεμίαν ἔχειν ἰσχὺν *nullam ha-* „ *bere robur*, ... et ut ii, qui talia contra leges moliti sunt, legum ecclesiasticarum poena subiician- „ tur. „ *Epist. iv. inter innocentianas num. vii. pag.* 786. *edit. epistolar. romanor. pontific. paris. Coustantii tom.* i. Etsi harum similes litteras ad episcopos mediolanensem, et aquileiensem Chrysostomus misit, eo tamen misit, quod supremam Innocentio potestatem concedens, hosce duos socios suae defensionis adiungi vellet. Ceterum rem omnem ipse per se perfecit, nemine ei potestatem negante, Innocentius, ἀθετήσας τὴν δόξασαν γεγενῆσθαι κρίσιν παρὰ Θεοφίλου, εἰπὼν δεῖν ἑτέραν ἀνεπίληπτον συγκατιθῆναι σύνοδον, *improbans iudicium, quod a Theophilo factum videbatur, dicens debere aliam cogi synodum irreprehensibilem* occidentalium, et orientalium. Palladius in *vita Chrysostomi, tom. xiii. opp. s. eiusdem Chrysostomi pag.* 9. *edit. paris. Montfauc.* Vide quae in hanc rem disputant Thomassinus *de conciliis dissert. de synodo ad Quercum, et tota caussa Chrysostomi*, et Iosephus Augustinus Orsius *lib. iii. de auctor. rom. pont. tom. ii. edit. rom. a.* 1739. *pag.* 93. *seqq.* De Rufino nihil est, cur pluribus esse agendum putem. Confer eius *apolog. adversus Hieronymum p.* 446. *tom. iv. opp. Hieron. edit. paris. Mart.*

(2) Vide *huius op. tom. v. part. i. pag.* 139. *not.* 1., quo loco ostendimus et successores beati Petri esse, illius quidem sententia, romanos pontifices; et romanam sedem ipsam *esse petram, quam non vincunt inferorum portae.*

(3) Vide, quae is scribit in vita Chrysostomi *p.* 10. 12. *et seq. et pag.* 56. *tom. xiii. opp. s. Ioh. chrysost. edit. paris. Montfauc.*, ex quibus locis cognosces, quantum ille in Innocentio pontifice agnosceret auctoritatis, cum ius ei fuisse innuat, quae contra Iohannem constantinopolitanum acta fuerant, funditus tollere, quamquam opem ferre oppresso nequiverit, *eo quod ad malum potentes quidam obstarent.* Confer Iosephum Augustinum Orsium S. P. A. magistrum virum summum *tom. ii. de auct. rom. pont. lib. iii. cap. ii. art. i. pag.* 95. *seqq.*

(4) Confer eius epistolam ad Caelestinum pontificem *tom. i. collect. epistolar. romanor. pont. num. i. pag.* 1087. Τὰ μακρὰ, inquit, τῶν ἐκκλησιῶν ἔθη πείθουσιν ἀνακοινοῦσθαι τῇ σῇ ὁσιότητι· γράφω πάλιν ἀναγκαίως etc. „ Longa consuetudo ecclesia- „ siarum suadet, ut huiusmodi res cum sanctitate tua „ communicetur: scribo rursum necessitate adactus. „ *Et num. vii. pag.* 1094. „ Διὸ καταξίωσον τυπῶ- „ σαι τὸ δοκοῦν, καὶ πότερόν ποτε χρὴ κοι- „ νωνεῖν αὐτῷ, ἢ λοιπὸν ἀπειπεῖν μετὰ παῤ- „ ῥησίας, ὅτι τοιαῦτα φρονοῦντι, καὶ διδάσ- „ κοντι οὐδεὶς κοινωνεῖ „. *Digneris nobis declarare, quid tibi videatur, et utrum aliquando cum illo communicare oporteat, an libere denunciare, neminem cum eo, qui talia sentit, ac docet communicare.* Id vero auctoritatis pontifex maximus obtinebat, propterea quod Petri occuparet sedem. Quae res synodi ephesinae litteris, quas certe Cyrillus ad Caelestinum mitti curarat, confirmari potest. *Num.* enim vi. *pag.* 1175. *tom. i. epist. rom. pontif. edit. paris. Coustantii*, sic a patribus synodi scriptum legimus: *Consederunt nobiscum, qui a tua sanctitate destinati sunt reverendissimi episcopi Arcadius, et Proiectus, et cum eis sanctissimus presbyter Philippus tuam nobis praesentiam per se donantes, et apostolicae sedis locum implentes etc.*

(5) Epistola ad Leonem papam *tom. ii. oper. s. Leonis pag.* 312. *seq. edit. rom. an.* 1755. „ Si Paulus „ praeco veritatis, tuba Spiritus sancti πρὸς τὸν μέγαν „ ἔδραμε Πέτρον *ad magnum se contulit Petrum* .... „ multo magis nos humiles πρὸς τὸν ἀποστολικὸν „ ὑμῶν τρέχομεν θρόνον *ad apostolicum vestrum curv- „ rimus thronum*, ὥστε παῤ ὑμῶν λαβεῖν τοῖς τῶν „ ἐκκλησιῶν ἕλκεσι θεραπείαν, *ut per vos recipia- „ mus ecclesiarum ulceribus curationem.* Διὰ πάντα

nus (1), Vincentius lirinensis (2), Victor vitensis (3), Bachiarius (4), Socrates (5), Sozomenus (6), Avitus viennensis (7), Prosper aquitanus (8), aliique prope innumerabiles, pontificesque maximi Zosimus (9), Bonifacius I. (10), Caelesti-

„ γάρ ὑμῶν τὸ πρωτεύειν ἁρμόττει. *Per omnia* „ *enim vobis principatum tenere convenit* „. Lege quae sequuntur, quaeque ibidem ipse Theodoritus *epistola ad Renatum presbyterum rom. eccl. ibid. pag.* 218. *seqq.* persequutus est.

(1) *Lib.* III. *de incarnat. cap.* XII. *pag.* 721. *seq. edit. rom. an.* 1611. „ Summum illum, *inquit*, et inter „ discipulos discipulum, et inter magistros magistrum, „ qui COMPAGE ECCLESIAE CONNEXUM GUBERNAT, sicut „ fidei habuit, ita et sacerdotii PRINCIPATUM. Dic nobis „ ergo, dic nobis quaesumus, princeps apostolorum Pe- „ tre, dic quemadmodum credere ecclesiae Deum de- „ beant etc. „ Confer etiam eius ad Leonem magnum *praefat. ibid. pag.* 689.

(2) Commonitorii *p.* 353. *edit. bremensis an.* 1688. „ Exemplis talibus plena sunt omnia. Sed ne longum „ fiat, unum aliquod, et hoc ab apostolica potissimum „ sede sumemus, ut omnes luce clarius videant BEATO- „ RUM APOSTOLORUM BEATA SUCCESSIO quanta vi semper, „ quanto studio, quanta contentione defenderit su- „ sceptae semel religionis integritatem. Quondam igi- „ tur venerabilis memoriae Agrippinus carthaginiensis „ episcopus, primus omnium mortalium contra divi- „ num canonem, contra universalis ecclesiae regulam .. „ rebaptizandum esse censebat ... Cum ergo undique „ ad novitatem rei cuncti reclamarent .... tunc b. mem. „ papa Stephanus apostolicae sedis antistes cum ce- „ teris quidem collegis suis, sed tamen prae ceteris „ restitit; dignum ut opinor existimans, si reliquos „ omnes tantum fidei devotione vinceret, quantum „ loci auctoritate superabat „.

(3) *Lib.* II. *de persecutione vandalica pag.* 29. *edit. divionensis an.* 1664. Eugenium episcopum carthaginiensem Obaudo praeposito regni Hunnerici regis wandalorum respondisse ait: „ Scribam et ego fratribus „ meis, ut veniant coepiscopi mei, qui vobis nobiscum „ fidem nostram valeant demonstrare, et praecipue „ ecclesia romana, quae CAPUT est omnium ecclesia- „ rum „.

(4) In libello inscripto Bachiarii fides *pag.* 7. *edit. rom. an.* 1748. „ Cathedra Petri, hoc est sedes fidei, „ Roma „.

(5) *Lib.* II. *hist. cap.* XV. *pag.* 80. *edit. taurin.* „ Cum (Athanasius alexandrinus, Paulus constantino- „ politanus, Asclepas Gazae, atque Marcellus ancyranus „ episcopi Romam venissent, et) Iulio romanae orbis „ episcopo causam suam exposuissent, ille, quae EST „ ROMANAE ECCLESIAE PRAEROGATIVA, liberioribus litteris „ eos communitos in orientem remisit, singulis sedem „ suam restituens „. Confer etiam *l.* VI. *cap.* XII. *p.* 494.

(6) Sozomenus *lib.* III. *cap.* III. *pag.* 95. *sinad edit.* „ Athanasius Alexandria profugus Romam venit. Eodem „ tempore Paulus quoque constantinopolitanus episco- „ pus, et Marcellus Ancyrae, et Asclepas Gazae .... „ episcopus igitur romanus cum singulorum causas „ cognovisset .... eos in communionem recepit. Οἷα δὲ „ τῶν πάντων κηδεμονίας αὐτῷ προσηκούσης „ διὰ ἀξίαν τοῦ θρόνου ἑκάστῳ τὴν ἰδίαν ἐκ- „ κλησίαν ἀπέδωκε: *Et quoniam propter throni digni-* „ *tatem omnium cura ad ipsum spectabat, suam cuique se-* „ *dem restituit* „. Cur autem throno pontificis tantam dignitatem inesse Sozomenus putarit, ex decretis synodi sardicensis plane intelligitur, quae successionem episcoporum romanorum a Petro demonstrant.

(7) Vide quae scripsi *tom.* V. *par.* I. *huius operis pag.* 121. *seq. notat.* 8.

(8) Confer *tom.* V. *huius operis par.* I. *pag.* 118. not. 9. Vide praeterea libellum Paulini diaconi Zosimo pontifici oblatum *tom.* I. *collect. epistolar. rom. pontif. pag.* 936. *seqq. edit. paris. Coustantii*, et Sulpicium Severum *lib.* II. *hist. pag.* 468. *edit. lugd. batavor.*, provinciae tarraconensis episcoporum epistolam *ad Hilarum papam tom.* II. *concil. edit. paris. Hard. pag.* 767.

(9) Adi eius *epist.* I. *tom.* I. *collect. epistolar. rom. pontif. pag.* 935. *seqq.*, *et epist.* II. *pag.* 943., at *p.* 948. *et epistola* XII. in qua est scriptum hoc modo, *pag.* 974. „ Quamvis patrum traditio apostolicae sedi auctorita- „ tem tantam tribuerit, ut de eius iudicio disceptare „ nullus auderet, idque per canones semper regulasque „ servaverit, et currens adhuc suis legibus ecclesiastica „ disciplina Petri nomini, a quo ipsa quoque descen- „ dit, reverentiam quam debet, exsolvat; tantam enim „ huic apostolo canonica antiquitas per sententias „ omnium voluit esse potentiam, ex ipsa quoque Chri- „ sti Dei nostri promissione, ut et ligata solveret, et „ soluta vinciret; PAR POTESTATIS DATA CONDITIO IN EOS, „ QUI SEDIS HAEREDITATEM, IPSO ANNUENTE MERUISSENT. „ Habet enim ipse cum omnium ecclesiarum, tum „ huius maxime, ubi sederat, curam; nec patitur ali- „ quid privilegii, aut aliqua titubare aura sententiae .... „ Cum ergo tantae auctoritatis Petrus caput sit etc. „

(10) *Epistola* IV. *tom.* I. *collect. epistol. rom. pontif. pag.* 1091. „ Beatus apostolus Petrus, *inquit*, cui ora „ sacerdotii dominica voce concessa est, in immensum „ gratulationis extollitur, quoties pervidet concessi sibi „ honoris a Domino intemeratas se pacis filios habere „ custodes „. Vide praeterea ep. XIII. *pag.* 1034., XIV. *pag.* 1037., XV. *pag.* 1039. *seqq.*

nus I. (1), Sixtus (2), Leo magnus (3), Hilarus (4), Simplicius (5), Felix III. (6), Gelasius, imperatoresque Honorius (7), Theodosius (8), et Valentinianus (9) id ipsum testati sunt.

Sexto saeculo pontifices maximi Symmachus (10), Hormisdas (11), Bonifacius secundus (12), Iohannes secundus (13), Aga-

(1) *Epist.* III. *ibid. pag.* 1064. IV. *pag.* 1066., XI. *num.* 4. *pag.* 1106., XIV. *pag.* 1149., *seq.* XVII. *p.* 1152.

(2) *Epist.* V. *ibid. pag.* 1254. *num.* 3., VI. *p.* 1290. *num.* 8. „ Expertus es, *inquit ad Iohannem antiochenum scribens*, negotii praesentis eventu, quid sit sentire „ nobiscum. BEATUS PETRUS APOSTOLUS IN SUCCESSORIBUS „ SUIS QUOD ACCEPIT, HOC TRADIDIT. Quis ab eius se „ velit separare doctrina, quem ipse inter apostolos „ primum MAGISTER EDOCUIT? etc. „ VII. *p.* 1262. *etc.*

(3) *Sermone* I. *de natali suae ordinationis cap.* III. *pag.* 3. *edit. rom. Caccarii tom.* I. *serm.* III. *pag.* 8. *seqq. serm.*, IV. *pag.* 12. *seq.*, *serm.* LXXXII. *al.* LXXX. *pag.* 234. *seq.*, *et epist.* I. *ad episcopos africanos tom.* II. *pag.* 1. ubi „ Ratio, *inquit*, pietatis exegit, ut pro „ sollicitudine, quam universae ecclesiae ex divina in„ stitutione dependimus etc. „ *et epist.* IV. *ad Anastasium* thessalonicensem *pag.* 25., *epist.* V. *pag.* 28. *seq.*, IX. *ad episcopos gallicanos pag.* 38. *seqq.*, XII. *ad Anastasium thessalonicensem pag.* 49. *seqq.*, XVI. *pag.* 77. *seq.*, L. *pag.* 223. *seq.*, LVII. *p.* 239., XCIII. *pag.* 355., XCV. *p.* 362. *seqq.* Sed longum est omnes eius pontificis hac de re locos describere.

(4) *Epistola ad Leontium, Veranum, et Victurum episcopos tom.* II. *concilior edit. paris. Hard. pag.* 791. *seq. et synodi rom. an.* 463. *ibid. pag.* 799. *seq.*

(5) Confer Acacii constantinopolitani episcopi *epistolam ad Simplicium ibid. pag.* 804. *seq.*, *et epistolam* IV. *Simplicii ad Acacium ibid. pag.* 806.

(6) *Epist.* I. *ad Acacium constantinopolitanum, ibid. pag.* 811., *et epist.* II. *ad Zenonem imperatorem ibid. pag.* 814., *et* IV. *ad Petrum Cnaphaeum p.* 826. *ubi s. Petrum praedecessorem* suum appellat, *et epist.* V. *ad Zenonem pag.* 827. Gelasius item pont. maxim. *epist.* I. ad Euphemianum constantinopolitanum *ibid. pag.* 880. *et seqq.*, *epist.* II. *ad Faustum magistrum legatum const. pag.* 884. *seqq.*, *epist.* IV. *ad Anastasium imperatorem pag.* 895. *seqq.*, V. *ad episcopos Lucaniae pag.* 898., VII. *ad episcopos Dardaniae p.* 907. *seqq.*, VIII. IX. *pag.* 919. *seqq.*

(7) Honorius Augustus epistola ad Theodosium imperatorem, ut est in Holstenii *collect. romana conc. p.* 91. *et* apud Constantium *tom.* 1. *collect. epistolar. roman. pontif. pag.* 1029. *edit. paris.* „ Illius urbis ecclesia, *inquit*, speciali nobis cultu veneranda est, ex qua et „ romanum principatum accepimus, ut PRAECIPUUM SA„ CERDOTIUM *accepit*.... Antiquum ordinem (*maiestas* „ *vestra*) praecipiat custodiri, ne sub principibus chri„ stianis romana perdat ecclesia, quod aliis imperato„ ribus non amisit „.

(8) Vide epistolam Theodosii ad Honorium, quae extat *ibid pag.* 1030 *seq.*

(9) Valentinianus III. imperator ad Theodosium scribens, ut est *tom.* II. *concilior. edit. paris. Hard. et tom.* II. *operum s. Leonis papae pag.* 201. *edit. rom. Caccarii.*, „ Debemus, *inquit*, dignitatem propriae ve„ nerationis beato Petro apostolo intemeratam et in „ nostris temporibus conservare: quatenus beatissimus „ romanae civitatis episcopus, cui principatum sacer„ dotii super omnes antiquitas contulit, locum habeat, „ et facultatem de fide, et sacerdotibus iudicare „. Eadem fere ad eumdem Theodosium scripsere Galla Placidia Augusta *tom.* II. *opp. s. Leonis pag.* 203. *seq.*, et ad Pulcheriam Augustam *ibid pag.* 210., et Marcianus Augustus *epist.* ad Leonem *ibid. pag.* 241. *seq. et pag.* 297. *et pag.* 349. Mitto alia permulta Augustorum scriptorumque quinti saeculi ecclesiasticorum loca, ne lectori molestior sim, quam pati posse videatur.

(10) Erant aliqui graecorum fortasse, qui non dubitent, quin romani pontifices magnifice de sua potestate loquuti fuerint; iique proinde, suam caussam agentibus, fidendum negent. Sed qui sic existimabunt, non animadvertent profecto, quae dicta a pontificibus sunt, ea fuisse non occidentalibus universis modo, sed etiam orientalibus probata, quibus si schismatici huius aetatis resistant, non veritatis hi quidem studio, sed partium ducantur necesse est. Ego vero de pontificibus brevissime disseram, de quibus schismatici dubitandum negent esse. Igitur confer Anastasii papae secundi *ad Anastasium imperatorem epist. tom.* II. *concilior edit. paris. Hard. pag.* 947., quo loco, „ Per ministerium, *inquit*, „ humilitatis meae, sicut semper est, sedes beati Petri „ in universali ecclesia assignatum sibi a domino Deo „ tenet principatum „. Atque ita ille quidem extremo quinto ecclesiae saeculo. Sexto autem saeculo Symmachus in synodo romana (ann. 504.) *ibid. p.* 969. „ Accessisse, „ *ostendit*, se in nobilitatem possessionis sedis apostoli„ cae, quam primus eiusdem sedis possessor meruit „.

(11) Hormisdas *epist.* II. *tomo eod. concilior. p.*1030. *et epist. ad presb. et archimand. Syr. act.* V. *synodi constantin. sub Menna ibid. pag.* 309.

(12) Epistola ad Caesarium arelatensem *ibid. p.*1109. *et in actis synodi romanae an.* 531., quibus quidem in actis descriptae leguntur epistolae romanor. pontif. principatum sedis apostolicae demonstrantes, ut Damasi *ibid. p.* 1118., Innocentii I. *ibid. pag.* 1120. *seq.*, Bonifacii I. *ibid. p.* 1121. *seqq.*, Caelestini I. *ibid. p.*1126., Xysti *ibid. p.* 1125. *seqq.*, Leonis I. *ibid. p.* 1132. *seqq.*

(13) *Epist.* II. *ad Iustinianum imperat. ib.* p.1149.*seqq.*

petus (1), Silverius (2), Vigilius (3), Pelagius item primus (4), Iohannes III. (5), Pelagius II. (6), Gregorius magnus ab graecis appellatus ὁ διάλογος *dialogus* (7), imperatores vero Augusti Iustinus (8), Iustinianus (9). Scriptorum autem ecclesiasticorum, non occidentalium modo, sed etiam orientalium tam ingens est numerus, ut iniri vix posse videatur. Atque horum quidem aliquos praecipue vero graecos nominabo, ne qui me latinorum in primis auctoritate revincere graecos voluisse putet. Itaque mitto Caesarium arelatensem, et Fulgentium ruspensem (10), Ennodium ticinensem (11), Possessorem africanum (12), Aegidium abbatem, Mesianumque notarium, Fulgentium Ferrandum (13), locosque describam solum episcoporum, qui synodo romanae sub Symmacho

(1) Epistola II. ad Caesarium arelatensem *ibid. pag.* 1179., *et epist. ad Petrum act.* I. *synodi constant. sub Menna ibid. pag.* 1228.

(2) Vide Baronium *ad an.* 539. *num.* II.

(3) *Epist.* II. *ad Eleutherium tom.* II. *concil. edit. paris. Hard. pag.* 1452. *num.* VII. quo loco. „ Nulli, *inquit*, vel tenuiter scienti, vel pleniter sapienti dubium est, quod ecclesia romana fundamentum, et forma sit ecclesiarum, a qua omnes ecclesias principium sumsisse, nemo recte credentium ignorat: quoniam licet omnium apostolorum par esset electio, beato tamen Petro concessum est, ut ceteris praeemineret ..... Quamobrem sancta romana ecclesia, eius merito Domini voce consecrata, et sanctorum patrum auctoritate roborata, primatum tenet omnium ecclesiarum „. Idem ad universam ecclesiam scribens *tom.* III. *concilior. edit. eiusd. pag.* 3. *seqq. et in damnation. Theodori episcopi Caesareae ibid. pag.* 9.

(4) Confer eius *epist. ad Childebertum regem apud Baronium ad an.* 556. *num.* XXV., et epistolam *ad episcopos Tusciae ibid. num.* XXXI.

(5) *Epistola ad Edaldum viennensem archiepiscopum tom.* III. *concilior pag.* 342.

(6) *Epist.* I. *ad Eliam, et episcopos Istriae pag.* 414. *seq. et epist.* II. *pag.* 419.

(7) Confer eius *decretum de libertate monachorum tom.* III. *concilior. edit. Hard. paris. pag.* 536. Consule etiam quae scripsi *tom.* V. *huius operis pag.* 121. *not.* 4. Mirum quam haeretici abuti testimoniis Gregorii soleant, quibus *se universalem* negavit esse episcopum. Verum quo id sensu negarit Gregorius, demonstratum egregie a Baronio est *ad an.* 595. *n.* XXIV. *seqq.* Qui certe Baronius multis eiusdem pontificis locis ostendit quam strenue Gregorius pro sedis apostolicae principatu, successionis pontificum a Petro causa, pugnarit. Consule Constantium *praef. in tom.* I. *epistolar. rom. pontif. par.* I. *num.* 14. *pag.* X. *edit. paris.*, et Natalem Alexandrum *hist. eccl. saec.* VI. *cap.* II. *art.* XIII. *pag.* 389. *tom.* V. *edit. lucensis an.*, 1751. et Michaëlem Lequienium *panopl. contra schisma graecor. centur.* VI. *cap.* I. *pag.* 96. *edit. paris. an.* 1718., et Schelstratium *tom.* II. *ant. eccl. diss.* III. *cap.* IV. *num.* 5. *pag.* 181. *edit. rom.*

(8) Vide Iustini epistolam ad Hormisdam *tom.* II. *concilior. edit. Hard. pag.* 1016. *et pag.* 1024. Confer Schelstratium tom. II. *antiq. eccl. dissert.* III. *cap.* V. *art.* II. *pag.* 199., quo loco librum pontificalem *cod.* 4985. *vaticanum laudat*, quo in codice est scriptum hoc modo: „ Ipse rex (Iustinus) et omnis civitas obviam venit cum cereis, et crucibus, quasi beatum Petrus praesentialiter adesset „.

(9) Epistola ad *Iohannem papam II. tom.* II. *concilior. edit. paris. Hard. pag.* 1146. „ Reddentes, *inquit*, honorem apostolicae sedi, et vestrae sanctitati (quod semper nobis in voto fuit, et est) ut decet patrem, honorantes vestram beatitudinem, omnia, quae ad ecclesiarum statum pertinent, festinavimus *ad notitiam* deferre sanctitatis vestrae, quoniam semper fuit nobis magnum studium unitatem vestrae apostolicae sedis, et statum sanctarum Dei ecclesiarum custodire, qui hactenus obtinet, et immote manet, nulla intercedente contrarietate. Ideoque omnes sacerdotes universi orientalis tractus et subiicere, et unire sedi sanctitatis vestrae properavimus etc. „ Vide Lequienium loco modo indicato *prolus. num.* 10. *pag.* 8., et Schelestr. *ibid. diss.* III. *num.* 6. *pag.* 199.

(10) Confer. *tom.* V. *huius operis part.* I. *pag.* 121. *not.* 7., et Caesarei epistolam ad Symmachum papam *tom.* II. *concilior. edit. paris. Hard. pag.* 956.

(11) *Ibid. not.* 5.

(12) *Ibid. pag.* 122. *not.* 2.

(13) *Ibid. pag.* 122. *not.* 6. *et not.* 7.

interfuerunt (1), et Evagrii scholastici, Mariani presbyteri, et primatis monachorum regiae urbis Constantinopoleos (2), archimandritarumque reliquorum non byzantiorum modo, sed etiam hierosolymitarum (3), orthodoxorum antistitum orientis (4), Stephani larissensis (5) episcopi, Iohannis constantinopolitani patriarchae e libello fidei Hormisdae pontifici oblato (6), archimandritarum, reliquorumque monachorum secundae Syriae (7), archimandritarum, monachorumque trium Palaestinarum, ad Mennam scribentium (8), Eutychii patriarchae constantinopolitani (9).

Saeculo VII. praeter pontifices Bonifacium quartum (10), Mar-

(1) Nam praeter latinos, qui ad eam synodum anno 503. convenerunt, numerantur episcopi orientales pergensis, iconiensis, derbensis, lystrensis, Magnesiae meandri, arsinoensis, emethuntis, naxiensis, chiensis, mitylenensis, rhodiensis, myrensis etc. Hi vero Symmacho papae dicenti (ut est in II. *tom. concilior. edit. saepe indicatae Hard.* 993.) „ Sedem apostolicam, „ quae solida Petri confessione stabilita est, tueri viri„ liter (studuistis) cui licet indigni, Domino sic di„ sponente, praesumus .... Est a multis antecessoribus „ nostris synodaliter decretum, atque firmatum, ut „ oves, quas pastori suo commissae fuerint, eum nec „ reprehendere, nisi a recta fide exorbitaverit, prae„ sumant; nec ullatenus pro quacumque re alia, nisi „ pro iniustitia accusare audeant etc. „ assensi sunt.

(2) Confer Evagrii locum *tom.* V. *huius operis part.* I. *pag.* 122. *not.* 8. Monachi ad Symmachum pontificem initio fere saeculi VI. scripserant hoc modo: *Ita docuit beatus gloriosorum apostolorum princeps, cuius cathedram beatitudini tuae credidit Christus. Tom.* V. *edit. concilior. venetae pag.* 633.

(3) *Epist. ad Agapetum, ut est in actis synodi constantinopolitanae sub Menna ann.* 536. *tom.* II. *concilior. edit. Harduin. pag.* 1206., quo loco successorem esse beati Petri Agapetum demonstrant, eiusque successionis causa auctoritatem obtinere deiiciendorum de sede non modo minorum urbium, sed etiam constantinopolitanorum episcoporum. Nam *pag.* 1207. *Quia,* inquiunt, *iste* Anthimus *a vobis punitus fuit, et de sede huius regiae urbis vicetus etc.* Vide tom. V. *part.* I. *huius operis pag.* 122. *seq.*

(4) Episcopi berytensis, berrhoeensis, gabalorum, mariamnensis, porphyrionis, coryceusis, carcesiensis, vereusiorum, iotapenus, maximianopolitanus etc., epistola ad Agapetum, quae extat in actis synodi constantinopolitanae sub Menna *tom.* II. *concilior. edit. eiusd. pag.* 1218. „ Ex quo, *inquiunt,* Christus Deus no„ ster pro debitis vobis praemiis .... sedem apostolo„ rum vobis, pater beatissime, commisit, et firmavit „ super firmam petram pedes vestros, ... clarificati e „ spirituali splendore vestro, per quem tamquam lu„ cerna resplendens super sancto candelabro, caligi„ nem eorum, qui in tenebris sedent, et caecos illu„ minastis, et oculos mentis ipsorum aperuistis etc. „

(5) *Tom.* II. *concilior. pag.* 1111. *edit. eiusd.* „ Quantum vos, *inquit,* apud Deum omnes praecellitis, „ tanto vos necesse est cogitare, quia haec est probatio „ Deum amantium, ut post Deum pater, et doctor „ sanctae ecclesiae Petrus vestrae, et totius mundi te„ statur. Quia Domino dicente tertio: *amas me? pasce* „ *oves meas,* tradidit prius vobis mandatum, ostendens, „ et per vos deinde omnibus per universum mundum „ sanctis ecclesiis condonavit etc. „

(6) Vide epist. V. Hormisdae pontificis *tom.* II. *concilior. pag.* 1021. *seq. edit. eiusd.*

(7) *Epist. ad Hormisdam pontificem tom.* II. *concilior. edit. eiusd. pag.* 1031. ubi, „ Quoniam vero Christus, „ *inquiunt,* principem pastorum, et doctorem, et me„ dicum animarum constituit vos, ut vestrum sanctum „ angelum, dignum est passiones, quae nobis conti„ gerunt, exponere, et immisericordes ostendere lupos, „ qui dissipant gregem Christi, ut auctoritatis baculo „ eos expellat de medio ovium .... Petrum illum re„ spicite principem apostolorum, cuius sedem orna„ tis etc. „

(8) *Epist. ad Mennam constantinopolitanum episcopum, quae extat in actis synodi constantinopolitanae sub eodem Menna, tom.* II. *concilior edit. eiusd. pag.* 1230. „ Ista, „ *inquiunt,* manifeste ostendunt, ea, quae in antiqua „ Roma, quando s. memoriae Hormisda illam aposto„ licam sedem regebat etc. „

(9) *Epist. ad Vigilium, quae extat ante acta synodi oecumenicae* V. *tom.* III. *concilior. edit. eiusd. pag.* 59. ubi „ Festinantes, *inquit,* unitatem conservare ad apo„ stolicam sedem vestram etc. „

(10) Vide *tom.* V. *part.* I. *huius operis pag.* 123. *not.* 3.

Digitized by Google

tinum primum (1), Agathonem (2), Leonem secundum (3), africanosque episcopos Colnmbum, Stephanum, ac Reparatum (4), Constantinus imperator epistola ad Leonem papam (5), Sergius Cypri episcopus in litteris ad Theodorum pontificem (6), ut innumerabiles alios praetercam, id iuris, atque honoris romano pontifici concedendum omnino esse testati sunt.

Quod ipsum octavo saeculo Gregorius secundus, Zacharias, Paulus, Hadrianus pontifices maximi, Constantinus imperator, qui ad Hadrianum ipsum divalem sacram perscripsit, Tarasius constantinopolitanus antistes, Bonifacius moguntinus (7), Germanus item constantinopolitanus patriarcha (8).

Saeculo IX. pontifices maximi Leo III., Paschalis I., Eugenius II., Sergius II., Leo IV., Benedictus III., Nicolaus I., Hadrianus II., Iohannes VIII., Stephanus V., Formosus, Stephanus VI. (9), Carolus magnus, et Ludovicus Pius imperatores (10), Nicephorus patriarcha constantinopolitanus (11), Theodorus studi-

(1) *Ibid not.* 4.

(2) *Ibid not.* 5. *et pag.* 358. *not.* 3.

(3) *Ibid. not.* 4. *et* 5. Denique ut est apud *Liberatum diaconum* auctorem synchronum *in breviar. cap.* XXII. *pag.* 150. *seq. edit. an.* 1675. „ Silverio, *inquit*, veniente Pataram, venerabilis episcopus civitatis ipsius „ venit ad imperatorem, et iudicium Dei contestatus „ est de sanctae sedis episcopi expulsione, multos esse „ dicens in hoc mundo reges, et non esse unum, „ sicut ille papa est super ecclesiam mundi totius, sua „ sede expulsus; quem audiens imperator, revocari „ Romam Silverium iussit „.

(4) Vide *tom.* v. *huius operis pag.* 358. *not.* 3.

(5) *In divali sacra, quae extat tom.* III. *concilior. edit. paris. Hard. post acta synodi oecumenicae* VI. *p.* 1462. „ Agathonem, *inquit*, veluti principem apostolici chori, „ primaeque cathedrae antistitem Petrum contuiti sumus mentium nostrarum oculis totius dispensationis „ mysterium divinitus eloquentem, verbaque haec per „ eas litteras Christo facientem: *tu es Christus filius Dei* „ *vivi etc.*

(6) *Art.* II. *concilii lateran. sub Martino I. tomo eodem concilior. pag.* 730.

(7) Locis indicatis *tom.* v. *part.* I. *huius operis pag.* 120.

(8) *Tom.* v. *par.* I. *huius operis pag.* 359.

(9) *Tom.* IV. *concilior. pag.* 936. *edit. paris. Hard.* Vide etiam Paschalis I. epist. II. *ibid. pag.* 1224. *et* III. *pag.* 1226., et Eugenii papae epistolam ad Bernardum viennensem *ibid. p.* 1257. *seq.*, et Gregorii IV. *epist.* I. II. *et* III., *ibid. pag.* 1270. *seq.*, ut Sergii II. ad episcopos transalpinos *ibid. pag.* 1463. *ibid.*, et Leonis IV. epistolam ad episcopos Britanniae *pag.* 1. *seq.*, et Benedicti III. *epist.* I. *seqq. tom.* v. *concilior. p.* 102. *seqq.*, Nicolai I. *epist.* I. II. III. IV. V. *etc. ibid. p.* 120., Hadriani II. *epist.* XX. *seqq. pag.* 702. *seqq.*, Iohannis VIII. *epist.* XXII. *seqq. tom.* VI. *par.* I. *pag.* 18., Stephani V. *epist.* I. *seqq. ibid. pag.* 566. *seqq.*, et Stephani VI. *epist.* I. *p.* 462. *et seq.*, Formosi denique *epist.* I. *ibid. pag.* 423.

(10) Carolus Magnus *epist.* I. *ad Leonem III. t.* IX. *concilior. edit. venetae p.* 172. Confer etiam libellum *de purgator. Leon. III. tom. eod. p.* 226., quo in libello legitur, praesente Carolo episcopos, qui aderant, dixisse: „ Nos sedem apostolicam, quae est caput omnium „ Dei ecclesiarum, iudicare non audemus. Nam ab „ ipsa nos omnes, et vicario suo iudicamur, ipsa autem a nemine iudicatur. „ De Ludovico Pio, vide quae scripsi *tom.* v. *par.* I. *huius operis p.* 360. *n.* 1.

(11) In disputatione cum Leone armenio imperatore, quae *disput. est de imaginibus*, *apud Combefisium orig. rerumque constantinopolit. variis auctoribus manipul. edit. paris. an.* 1664. *pag.* 160. „ Roma, *inquit*, eius, „ qui inter apostolos primus vocatus est, sedes. „ Et in *antirrhetico* I. *adversus iconomachos cap.* XXV. ut est apud Lequienium *panopl. centur.* VIII. *pag.* 451. *n.* 4. „ Hactos hoc esse romanos antistites, ait, κατὰ τὴν „ ἱερωσύνην ἐξάρχειν, καὶ τῶν κορυφαίων ἐν „ ἀποστόλοις ἐγκεχειρισμένων ἀξίωμα, *ut sacerdotali ordini praesint, cum ipsis commissa sit principum apostolici chori dignitas.* „

tes (1), Ignatius item patriarcha constantinopolitanus (2), Metrophanes smyrnaeorum (3) metropolita, Stylianus episcopus neocaesareensium (4), et Niceta in *Ignatii vita* (5) scripserunt. Nam latinorum testimonia, quae certe permulta sunt, ultro praetereo, quod iis sese graeci moveri negent.

Saeculo x. iidem ipsi patres, pontificesque, quos voluminis v. antiquitatum christianarum commemoravi (6), quique Petrum christianae rei publicae hierarcham esse affirmarunt, romanos pontifices in Petri eiusdem locum succedere, primatumque in ecclesia obtinere, testati sunt.

Saeculo xi., ut latinos omittam, qnorum est a me loco modo indicato (7) facta commemoratio, Petrns antiochenus patriarcha epistola ad Michaëlem Cerularium constantinopolitanum antistitem impium schismatis restitutorem, questus graviter est, quod defec-

(1) *Lib.* I. *epist.* XXXIII. *ad Leonem pontificem p.* 300. *tom.* V. *opp. Sirmondi edit. paris. an.* 1696. „ Quandoquidem Petro magno Christus Deus post claves „ regni caelorum *pastoralis etiam principatum* ποιμενιαρχίας contulit dignitatem, ad Petrum utique „ ἤτοι τὸν αὐτοῦ διάδοχον *vel eius successorem* „ quidquid in ecclesia catholica per eos innovatur qui „ aberrant a veritate, necesse est referri „. *Et p.* 301. „ Salve nos *archipastor* ἀρχιποίμην ecclesiae quae „ sub caelo est „. *Epist.* XXXIV. *ad eundem pag.* 303. „ Synodus, *inquit*, apud eos publice celebrata est, ... „ synodus ad condemnationem evangelii Christi, cuius „ tu clavem ab ipsomet accepisti per intermedium „ principem apostolorum, et successores usque ad „ eum, qui sanctissimum tuum caput antecessit. „ Confer eiusdem *epist.* XII. *et* XIII. *ad Paschalem papam lib.* II. *pag.* 396. *et* 398. *Et epist.* CXXIX. *ad Leonem saccellarium pag.* 683. „ Quod si hoc minime probat imperator, deflexitque, ut ipse ait, a veritate Nicephorus patriarcha, mittenda est ad romanam ex utraque parte legatio, κἀκεῖθεν δεχέσθω τὸ ἀσφαλὲς τῆς πίστεως, *et inde accipiatur infallibilitas* „ *fidei*. „ *Epist.* LXXIV. ad Michaëlem imperatorem *pag.* 507. „ Et uniamur nos vertici ecclesiarum Dei „ Romae. „ *Et epist.* LXXXVI. *ad eundem pag.* 522. „ Iubeat ... a vetere Roma suscipi declarationem, prout „ olim, et ab initio paterna traditione transmissus „ mos fuit. Haec enim suprema est ecclesiarum Dei, „ in qua primus Petrus sedem tenuit, ad quem Dominus dixit, *tu es Petrus etc.* „ Mitto cetera Theodori testimonia, quae certe illustria sunt, ne longior sim, quam constituerim. Consule interea *lib.* I. *ep.* XXXV. *ad Basilium archim. Romae, pag.* 309. *et lib.* II. *ep.* LXII. *ad fratres e smyrnensi carcere p.* 485. *et* LXIII. *p.* 487. *et* LXVI. *pag.* 493. *etc.*

(2) Vide *tom.* V. *part.* I. *huius operis pag.* 383.

(3) Epistola ad Emanuelem patricium in actis synodi *constantin.* IV. *tom.* V. *concilior. edit. Hard. paris. pag.* 1111. *seqq.* Vide Baronium *ad an.* 870.

(4) Epistola ad Stephanum papam *tom. eodem pag.* 1122. *et* 1127. ubi, „ Cum autem sciamus, *inquit*, „ nos ab apostolica vestra sede regi, et gubernari debere, propterea nostris exiguis litteris vestram venerandam dignitatem rogamus, uti populo, qui non „ sine gravi caussa Photium admisit, veniam, misericordiamque indulgere velit. „ Extat altera eiusdem Styliani ad ipsum Stephanum epistola *ibid. pag.* 1130. *seqq.* Confer Baronium *ad an.* 886. *num.* XVII.

(5) Extat *tom.* V. *concilior. eiusd. edit. pag.* 963. quo loco, „ Legationem, *inquit*, Photius Romam veterem destinat, et a Nicolao papa legatos petit, qui „ in speciem quidem collapsam ecclesiae disciplinam „ emendent, et damnatae iconomachorum sectae reliquias penitus extinguant; revera autem, ut romanae ecclesiae auctoritate Ignatii exauctorationem firmaret, testatioremque redderet. „ Qua ex re etiam intelligitur, Photium et agnosse romanae ecclesiae auctoritatem, et sperasse opem se ab Nicolao, praesidiumque, quo Ignatium expugnaret, deque throno deiiceret, impetraturum.

(6) *Pag.* 360.

(7) *Ibidem.*

Digitized by Google

tione graecae ecclesiae a magno, *et primo apostolico throno* (1) ingentia in mortales quosque damna redundarint, nulloque in loco res bene ab exercitus graeci imperatoribus gesta fuerit. De iis, qui post floruerunt, sive latinis, sive graecis scriptoribus, non est cur esse agendum iudicem. Nam photiani, etsi iniuria, neutros tamen esse audiendos pugnant; propterea quod latinos suis partibus studuisse censeant, graecos autem catholicos veluti transfugas insectentur. Quasi vero non maiorum illi traditionem, sed inanes coniecturas, quod ipsi faciunt photiani, consectati fuerint. Nos interea patrum ut latinorum, ita etiam graecorum auctoritate ducti, hoc tenebimus: romanum pontificem Petri successorem esse (2), principatumque in ecclesia obtinere (3). Nam argumenta, quibus graeci, et orientales haeretici ceteri, protestantesque confidunt, tam levia sunt, ut contemnenda, non refellenda videantur.

Quod enim primo loco eorum quidam obiiciunt, potestatem, quae a Christo tradita apostolo Petro est, in eos, qui post vixerunt, romanae ecclesiae antistites non permanasse, id certe non modo cum ratione pugnat, sed ab orthodoxis etiam primorum saeculorum, qui contra cataphrygas disputabant, reiectum est (4). Quis autem sibi persuadeat, eam potestatem, quae tollendorum schismatum, servandae unitatis, rectaeque administrandae ecclesiae caussa, instituta initio a Christo fuerit; sublatam deinceps fuisse, quasi aut male esset instituta, aut unitas, rectaque administratio,

(1) Apud Iohannem Veccum *orat.* II. *de iniusta sui depositione num.* II. *tom.* II. *graec. orthod. Allatii pag.* 38. *edit. rom. an.* 1659. Τὸν *μέγαν* τοῦτον, *καὶ πρῶτον ἀποςολικὸν θρόνον.*

(2) Perspicuum id quidem est factum testimoniis maiorum, quae supra descripsimus. Addam nunc Augustini ex *epist.* LIII. *al.* CLXV. *ad Generosum n.* II. *p.* 91. *tom.* II. *opp. edit. an.* 1700. insignem locum. „Si ordo „ episcoporum, *inquit*, sibi succedentium considerandus est, quanto certius, et vere salubriter ab ipso „ Petro numeramus, cui totius ecclesiae curam gerenti, Dominus ait; *super hanc petram etc.* Petro enim „ successit Linus, Lino Clemens etc. In hoc ordine „ successionis nullus donatista episcopus invenitur. Sed „ ex adverso ex Africa ordinatum miserunt, qui paucis praesidens afris in urbe Roma, montensium, vel „ cutzupitarum vocabulum propagavit. „

(3) Idipsum ex iis, quae supra descripsimus, patrum testimoniis plane liquet. Adiungam autem coronidis Iohannis patriarchae constantinopolitani, octavi saeculi scriptoris, locum. Is ergo epistola ad Constantinum pontificem, quae extat *tom.* II. *auctarii biblioth. pp. edit. Combefisii an.* 1648. *pag.* 214. „ Apostolicam „ *inquit*, vestram προεδρίαν *praesidentiam* adimus, „ καὶ κεφαλὴν τῆς κατὰ Χριςοῦ ἱερωσύνης, „ *et caput sacerdotii Christi*, ὑμᾶς λογιζόμενοι *vos* „ *reputantes*, per vos quaerimus, ut solatium aliquod „ a moestitia, animique languore, qui nostro huic ecclesiae corpori ex pestifera, ab animabus exitiosa „ tyrannica potestate accidit, reportemus. Plane ea, „ vos quoque τῆς κεφαλῆς ἰδιώματι *capitis proprietate*, laborantes nos haud despexeritis etc. „

(4) Vide *tom.* V. *huius operis part.* I. *pag.* 53. *seqq.* Tertulliani a *libro de pudicitia* locum.

Digitized by Google

quae aliquando salutaris fuerit, postmodum non solum non esse rei christianae publicae saluti, sed ne utilitati quidem posset?

Qui autem secundo loco ita argumentantur, ut tribus primis ecclesiae saeculis id successionis, primatusque genus fuisse christianis ignotum statuant; nae illi magno in errore, summaque in historiae veteris ignoratione versantur. Nisi enim una haec omnium orthodoxorum sententia, et commune pervulgatumque dogma fuisset; quo tandem modo Marcion ponticus Polycarpi smyrnaeorum episcopi, Iohannisque apostoli auditoris synchronus (cui ab suo episcopo interdictum sacris fuerat) Romam venisset, atque in communionem sacrorum ecclesiae sese restitui petiisset (1)? Quemadmodum namque absolvi se ab eo putasset posse, cui abrogandorum decretorum, quae ab episcopis Ponti, aliarumque regionum lata fuerant, auctoritatem inesse credidisset nullam? Montanum vero haeresiarcham II. perinde saeculo vixisse, Romamque se contulisse, speque obtinendae in ecclesiis Asiae, Phrygiaeque pacis inductum *communicatorias* ab episcopo romano litteras petiisse (2), quis neget? Age vero Polycarpum ipsum, nisi cognosset, quae potestas in christiana re publica pontificis romani esset, suam sedem, tempore pleno difficultatis, et periculorum, relicturum, Romamque, ut Aniceto disciplinae, quam ab Iohanne sese accepisse de celebrando cum iudaeis paschate affirmabat, rationem redderet, fuisse petiturum (3), qui putem? Victor autem pontifex eodem saeculo, nonne scriptis, factisque, quantum auctoritate in ecclesia universa valeret, ostendit? De Irenaeo, Tertullianoque, quos ad tertium usque saeculum vitam produxisse constat, deque Origene, Cypriano, Dionysioque alexandrino, illustribus tertii saeculi scriptoribus quid dicam, quorum tam

(1) S. Epiphanius *haeresi* XLII. *num.* 1. *pag.* 302. *tom.* I. *opp. edit. paris. Petavii.* „ Fuit (Marcion) „ *inquit*, genere ponticus .... parente natus catholicae „ religionis episcopo. Postea .... ob stuprum virgini „ illatum ecclesia ab ipso parente pulsus est. ... Cui „ cum Marcion diu supplicasset, ac poenitentiam po- „ stulasset, hanc a patre precibus nullis obtinuit .... „ Ergo clam ab oppido fecessit, ac Romam post Hy- „ gini papae obitum sese contulit .... Eo ut pervenit „ ad presbyteros adiens .... ut in communionem ad- „ mitteretur ab iis frustra petiit. Quemobrem exulcelatus invidia, ... ad impostoris Cerdonis haeresim „ confugere in animum induxit „. Post successor Hygini, teste Tertulliano *lib. de praescriptionibus cap.* XXX. *pag.* 212. *edit. venetae ann.* 1744. „ poenitentiam con- „ fessus cum conditioni datae sibi occurrit, ita pacem „ recepturus, si ceteros, quos perditioni erudisset, ec- „ clesiae restituerit „.

(2) Confer Tertullianum *lib. contra Praxeam cap.* I. *pag.* 300. *seq. edit. eiusd.*

(3) Vide s. Irenaeum apud Eusebium *lib.* IV. *hist. eccl. cap.* XIV. *pag.* 137., et *lib.* V. *cap.* XXIV. *pag.* 245. *edit. taurin.*

Digitized by Google

sunt hac de re omni explicatae perspicuaeque sententiae, ut nullis umquam schismaticorum, protestantiumque haereticorum argumentis, seu potius contortis sophismatibus involvi, obscurarique (1) potuerint? Iam qui Firmiliani (2) testimonio efficere se arbitrantur posse, Petro romanos pontifices haud succedere, aut non legisse, demonstrant se, eius auctoris ad Cyprianum epistolam, aut si legerunt, tenebras velle clarissimae rei cavillando offundere.

Tertium porro argumentum, quod ex apostolorum silentio, exque epistolis (romanis quibusdam pontificibus falso adscriptis) protestantes concludunt, inane est. Atque est illud quidem huiusmodi: ab eo, qui affirmet ius sibi aliquod competere, demonstrandum id iuris esse. Romanos autem pontifices demonstrare, ius sibi primatus ab apostolis esse concessum, non posse; cum nihil sit in evangeliis, epistolis, actisque apostolorum eorumdem simile. Rursum Clementem romanum in epistola ad Iacobum provincias quidem regionesque ab apostolis fuisse patriarchis, archiepiscopis, episcopisque distributas dicere, affirmant; principatum autem romano pontifici datum, non item. Idem fere Anacletum epistola ad episcopos Italiae secunda, ac tertia; Calixtum primum, concilium antiochenum, Anicetumque statuere. Nec vero ab iis posteriores pontifices, in primisque Iohannem XXII. et Leonem X. dissidere, ut ne concilium quidem africanum, cuius haec sit sententia: « Primae sedis episcopus non appelletur prin» ceps sacerdotum, vel summus sacerdos, aut aliquid huiusmodi, » sed tantum primae sedis episcopus. Universalis autem, nec » etiam romanus pontifex appelletur. »

Sed quid erit ipsis in silentio apostolorum praesidii, si vetere traditione maiorum ostendi intelligant, principatum in ecclesia

(1) Confer eorum testimonia, quae supra descripsi.

(2) Firmilianus epistola inter cyprianicas LXXV. *pag.* 225. *edit. oxon. an.* 1682., ostendit Stephanum pontificem „ gloriatum de episcopatus sui loco fuisse, „ et se successorem Petri tenuisse, super quem funda„ menta ecclesiae collocata sunt „. Id autem Firmilianus ipse non negat, sed aegre fert admissum a Stephano haereticorum, qui formam servarent, baptisma fuisse; quasi vero hoc admisso variae *petrae*, hoc est variae ecclesiae haereticorum, quasi verae, legitimaeque inducerentur. Quemadmodum autem Fellus ex hoc Firmiliani loco concludi existimet, non fuisse *univers. eccl. pastorem* Stephanum, ne suspicari quidem possum. Nam quod Stephano Firmilianus restiterit, id vero numquam, Stephani ab eo fuisse principatum in christiana republica negatum efficiat. Alioqui auctoritatem oecumenicarum synodorum fuisse negatam a Theodorito, Iohanneque antiocheno Fellus confiteretur, propterea quod illi synodo ephesinae repugnarint, quod falsum est. Quod si post Theodoritus, Iohannesque synodo eidem assensi sunt; post etiam episcopi quique atque ecclesiae in Stephani sententiam venerunt. Quare ut dissensio Theodoriti nihil de auctoritate synodi; ita nil de pontificis potestate, dissensione Cypriani Firmilianique detreptum est.

Digitized by Google

summum successorum Petri? Atque supra quidem de traditione tam copiose, vereque demonstratum est, ut quidquam addere non modo non necessarium, sed etiam supervacaneum, atque inutile videatur. Quis autem tam est effrons, ut neget, ex apostolis in posteros id genus traditionis permanasse; cum iam usque a priore saeculo (Petro, Pauloque martyrio, vitaque perfunctis) christiani omnes confessi eius generis primatum verbis, factisque fuerint? Nam et damnatos a pontificibus damnare, atque ab se reiicere consuerant (1), et rite confirmatos, congregatosque aiebant esse, quos pontifices ipsi dissipatos dissidentesque congregarant, atque confirmarant in fide (2), et legationes ad pontifices eosdem mittere recipereque (3) eos in communionem, quos ab apostolica sede receptos esse constaret (4), epistolisque antistitum romanorum parere, synodosque eorum iussu cogere (5) solebant. Idque post etiam sub imperatoribus ethnicis, deindeque sub christianis ipsis factum fuisse, multis supra veterum testimoniis exemplisque ostensum est.

Quod ad epistolam primam ad Iacobum, quae falso Clementi adscribitur, attinet, miror Usserium imponere suis lectoribus voluisse, ut in ea summi in christiana re publica pontificii prin-

(1) Auctor verus *libri de haeresibus, qui praedestinatus* inscribitur, apud Sirmondum *tom. I. opp. pag.* 465. *edit. paris. an.* 1696. „ Secunda haeresis, *inquit*, a Menandro menandrianorum, qui mundum non a Deo, „ sed ab angelis factum esse testantur. Hos sanctus „ Linus episcopus secundus apostoli Petri, a consortio „ conversationis nostrae electos aeterna damnatione „ multavit „.

(2) S. Irenaeus *lib. III. contra haereses cap. III. p.* 176. *edit. opp. venetae an.* 1734. „ Sub hoc igitur Clemente, „ *inquit*, dissensione non modica inter eos, qui Corinthi essent, fratres facta, scripsit, quae est Romae „ ecclesia potentissimas litteras corinthiis, ad pacem „ eos congregans, et reparans fidem eorum, et annun„ cians quam in recenti ab apostolis acceperat tradi„ tionem „. Hanc epistulam a Clemente nomine eius, quam tunc regebat, ecclesiae fuisse ad corinthios scriptam testatur Dionysius corinthiorum episcopus epistola ad Soterem papam, *apud Euseb. lib. IV. hist. eccl. cap.* XXIII. *pag.* 160., Clemens Alexandrinus *lib.* I. *stromateon pag.* 289. *edit. paris. an.* 1641. Κλήμης, dicens, ἐν τῇ πρὸς κορινθίους ἐπιστολῇ, *Clemens in epist. ad corinthios.*, et *lib. IV. p.* 516. *et lib. VI. p.* 647. Origenes *lib. II. cap. III.* περὶ ἀρχῶν *de principiis num.* 6. *pag.* 60. *tom.* I. *opp. edit. venetae an.* 1743., Eusebius *lib. III. hist. eccl. cap.* XVI. *pag.* 95. *edit. taurin. an.* 1746., *et cap.* XXXVIII. *p.* 116., *et lib.* IV. *cap.* XXII. *pag.* 155. Mitto Cyrillum hierosolymitanum *cat.* XVIII. *num.* VIII. *edit. paris. Touttei pag.* 288., Epiphanium *haeresi* XXVII. *num.* 6. *edit. paris. Petavii*, *et haeresi* XXX. *num.* 5., Hieronymum *lib. de script. eccl. seu de viris illustribus*, *et lib.* I. *contra Iovinianum cap.* VII.

(3) Vide, quem supra descripsimus *ex epist. martyrum lugdunensium ad Eleutherium papam*, *locum*.

(4) Iam id supra exemplis Marcionis, et montanistarum demonstratum est.

(5) Bedae id quidem, atque Eusebii auctoritate paullo ante effectum est. Constat etiam *ex cod. septingentor. annorum vatic. biblioth. Alexandrinae*, ut est apud Schelstratem *tom. II. antiq. eccles. dissert.* III. *cap.* IV. *num.* 2. Sic enim in eo est codice: „ Tunc papa „ Victor romanae urbis episcopus direxit auctoritatem „ ad Theophilum caesariensis Palaestinae antistitem, „ ut quomodo pascha recto iure a cunctis celebraretur „ ecclesiis inibi fieret ordinatio, ubi Dominus, et Sal„ vator mundi fuerat in carne versatus. Percepta igi„ tur auctoritate praedictus episcopus non solum de „ sua provincia, sed etiam de diversis regionibus omnes „ episcopos evocavit „.

cipatus mentionem fieri nullam scriberet. Nam etsi distributionem ecclesiasticarum provinciarum (ita ut idem Usserius animadvertit (1)) pseudo-Clemens (2) commemoravit, tamen summae etiam Petri, suaeque in christiana re publica auctoritatis distincte meminit (3). Neque accuratior Usserius in pseudo-Anacleti loco ex epistola II. ad episcopos Italiae describendo fuit. Nam magni argumenti numero duxit esse, quod is pseudonymus auctor *legibus divinis*, *et ecclesiasticis in civitatibus episcopos*, *atque patriarchas positos* (4), *traditamque* (5) *ab apostolis, quam Christus instituit*, *ordinandorum episcoporum formam*, *et ab apostolis* (6) *statutum quis eorum primus*, *potiorque esset* scripserit; reliqua autem eiusdem verba, quae de summo principatu divinitus constituto sunt, silentio Usserius (fraude ne, an oscitantia, ipse viderit) praetermisit (7). Quid? Si perinde dolo egerit, ubi verba Callisti, quem vocat, de primatibus, metropolitanis, episcopisque, quibus extra dioecesim suam nihil agere liceat, ex epistola II. cap. 3. protulit, omnino vero praetereunda duxit, quae in epistola priore de sedis apostolicae principatu summo perscripta sunt, habentque hoc modo: *Nulli dubium est, quod apostolica ecclesia mater sit omnium ecclesiarum: et non decet a capite membra discedere, sed ... omnia membra caput sequantur* (8)?

Iam synodi antiochenae locus ad rem profecto non pertinet. Quis enim est nostrum, qui episcopo in alienam provinciam mi-

(1) In libello, qui inscribitur, *papatus rom. cap.* II. *pag.* 25. *edit. lond. an.* 1617.

(2) *Tom.* I. *concilior. edit. Hard. pag.* 46.

(3) *Ibid. pag.* 59. *seq.* „ Petrus.... qui fundamentum esse ecclesiae definitus est.... apostolorum primus.... omnium potentior.... dixit (Clementi) tradu a Domino mihi traditam potestatem etc. „ Hanc epistolam a Rufino olim in latinam linguam translatam, atque ab Isidoro Mercatore suae collectioni canonum insertam, memoratamque a Photio *codic.* CXII. et CXIII., graece, latineque post Coteleriam edidit Constantius *tom.* I. *epistolar. romanor. pont. in append. p.* 4. *seqq.* Confer alteram eiusdem pseudo-Clementis ad eumdem Iacobum epistolam *tom.* I. *concilior. edit. paris. Hard. pag.* 50.

(4) Pseudo-Anacletus *epist.* 2. *pag.* 70. *tom.* I. *concilior. edit. Hard.*

(5) *Ibid. pag.* 70. *seq.*

(6) Id vero non reperi.

(7) Epistola enim tertia *pag.* 73. pseudo-Anacletus scribit hoc modo: „ Haec sacrosancta romana, et „ apostolica ecclesia non ab apostolis, sed ab ipso do„ mino Salvatore nostro primatum obtinuit, et emi„ nentiam potestatis super universas ecclesias, ac to„ tum christiani populi gregem assecuta est. Prima „ ergo sedes est caelesti beneficio romanae ecclesiae. „ Nam et inter beatos apostolos quaedam fuit discre„ tio: et licet omnes apostoli essent, Petro tamen a „ Domino est concessum, et ipsi inter se idipsum vo„ luerunt, ut reliquis omnibus praeesset apostolis, ut „ Cephas, idest caput, et principium teneret aposto„ latus, qui et eamdem formam suis successoribus, et „ reliqui apostoli episcopis tenendam tradiderunt „. Hoc est ut a Domino acceperant, quod supra dixerat. Quid his verbis clarius?

(8) *Ibid.*

grare, atque iniussu metropolitani, episcoporumque eius provinciae clericos instituere, provehereque ad sacrum ministerium licere pugnet? Atqui hoc illud est, quod tertius ac decimus (1) synodi antiochenae, anno trecentesimo quadragesimo primo habitae, canon postulat. Nos autem id modo quaerimus: sit ne ullus in christiana re publica antistes, qui primatum obtineat? Id vero neque aiunt antiocheni patres, neque negant. Contra plurimis, iisque perspicuis maiorum testimoniis demonstravimus, romanos pontifices beato Petro non ut episcopo solum, sed etiam ut universae ecclesiae primati succedere. Nihil de Iohannis XXII. *extravaganti contra Marsilium patavinum*, deque Leonis X. seu synodi lateranensis loco dicam; nemo enim est non modo catholicorum, sed etiam protestantium, qui horum pontificum, huiusque synodi sententia, summum principatum divino iure a romano pontifice in ecclesia universa obtineri neget. Et Usserius tamen (2) magnum se quidpiam assequutum putat, quod Iohannes a Petro patriarchatus, primatus, archiepiscopatus distinctos dicat; synodusque lateranensis distributas dioeceses ab apostolis, et *gradatim* metropolitas constitutos (3) confiteatur. Qua ex re facile intelligitur, quam subdole haeretici huiusce temporis in controversiis de religione pertractandis, expediendisque versentur. Nam si tam sunt impudentes, ut quae clarissima sunt, nostraeque caussae manifeste favent, nobis obiicere non vereantur; quid agent denique, si de obscurioribus maiorum locis, testimoniisque sit statuendum?

De verbis, *universalis nec romanus pontifex* appelletur, hoc dicam perbreve, esse ea non ab synodo africana, sed ab Gra-

(1) *Tom. 1. concillor. edit. Hard. paris. pag.* 599.

(2) Loco indicato *pag.* 27.

(3) Synodus lateranensis V. *ses.* XI. *tomo* IX. *concilior. edit. paris. Harduini pag.* 1810. ,, Primitiva ecclesia in angulari petra a Salvatore nostro Iesu Christo fundata... provide attendens, quantum oneris humeris impositum haberet, quot oves pascere..... oporteret...parochias instituit, dioeceses distinxit, episcopos creavit, metropolitanos praefecit, UT TAMQUAM MEMBRA capiti CONSEQUENTIA, cuncta secundum EIUS VOLUNTATEM SALUBRITER IN DOMINO, ET TAMQUAM RIVULI A PERENNI FONTE ROMANA VIDELICET ECCLESIA DERIVANTES, ne angulum quidem Dominici agri irrigatum dimitterent ,, Quinetiam *ses.* X. *pag.* 1775. *seqq.* Leo sic pontifex loquitur: ,, REGIMINI UNIVERSALIS ECCLESIAE, DISPONENTE DOMINO, PRAESIDENTES...... eo propensius apostolicae sollicitudinis studium adhibemus etc. ,, et paullo post: ,, Mature quoque considerantes, quod post Christi ad caelos ascensionem apostoli per singulas urbes, et dioeceses episcopos distribuerunt, sicut sancta ROMANA ECCLESIA PER EO- ,, DEM CONSTITUERE, eosdem episcopos in partem sollicitudinis vocando, onera gradatim distribuendo per patriarchas, primates, archiepiscopos, et episcopos.. eisdem patriarchis, primatibus, archiepiscopis, et episcopis districte iniungimus etc. ,,

tiano (1) canonum collectore scripta. Quare Usserium (2), qui ea synodo africanae tribuerit, aut inscienter egisse, aut mala fide. Atque Gratianus quidem eadem canoni africano adiunxit, quae in epistolis Gregorii magni (3) legerat; de quibus epistolis paullo post disseram.

Quartum est protestantium, schismaticorumque argumentum huiusmodi: Is esse successor Petri non potest, qui a *fide* Petri defecerit. Defecit autem romanus pontifex a Petri *fide*. Non ergo esse potest successor Petri.

Rursum: eum Petro succedere, primatumque in ecclesia obtinere negandum est, qui docendi ubique, ecclesiasque constituendi auctoritate caret. Caret autem romanus pontifex docendi ubique, ecclesiasque constituendi auctoritate. Eum ergo neque Petro succedere, neque primatum obtinere confitendum est.

Contra catholici omnes defecisse romanos pontifices a Petri *fide* negamus. Quin etiam hoc addimus: nunquam esse permissurum Deum, ut is a Petri *fide* recedat, quem maiores nostri centrum unitatis, caput ecclesiae, doctorem, radicem veritatis etc. (4) appellaverunt. Sed hac de re alias. Iam dogmatum, quae protestantes a Petri *fide* discrepare pugnant, quaedam per summam iniuriam, calumniamque nostrae ecclesiae attributa sunt; alia vero, quae haud falso nobis tribuuntur, doctrinae apostolorum, Petrique fidei mirifice consonant. Quod quidem cum ex aliis exemplis permultis, tum ex iis, quae Ioh. Gerardus (5) miscet in altero *confessionis catholicae libro*, constat. Ac vetus sane haereticorum consuetudo est, catholicos insectari, quasi ab doc-

(1) Gratianus *distinct.* XCIX. *cap.* III. *primae sedis.* At in synodi carthaginiensis III. anno 397. celebratae *canone* XXVI., quem descripsit Gratianus, quique extat *tom.* I. *concil. pag.* 964. *edit. paris. Harduini* de senioribus episcopis, qui primatum in sua provincia obtinebant, qui et *principes sacerdotum, sacerdotesque summos* dici solebant: agitur, statuiturque ut *primae sedis episcopus non appelletur princeps sacerdotum, aut summus sacerdos, aut aliquid huiusmodi, sed tantum primae sedis episcopus.* De romanae autem sedis antistite, qui demum africani patres constituissent, de quo nec poterant agere, ut qui ad eorum regionem non pertineret, et vero magnifice sentiebant? S. Augustinus, quem ei synodo interfuisse ferunt, *epist.* XLIII. *al* CLXII. *cap.* III. n. 7. *pag.* 69. *edit. antverp. an.* 1700. *Carthaginem, inquit, videret et romanae ecclesiae, in qua semper apostolicae cathedrae viguit principatus, et ceteris unde evangelium ad Africam venit, per communicatorias litteras esse coniunctum.* Confer quae supra descripsi ex *Victore vitensi*, *pag.* 16. *not.* 4. S. Fulgentius ruspensis *lib. de incarnat. et gratia Christi ad Petrum diaconum cap.* XI. *pag.* 135. *edit. an.* 1742, „ Romana, *inquit*, quae mundi cacumen est, tenet, et docet ecclesia „. Vide *infra* §. 2. *huius cap.*

(2) Libro de papatu romano *pag.* 28.

(3) *Pag.* seqq.

(4) Vide supra *pag.* 16. *not.* 4.

(5) *Lib.* II. *art.* III. *cap.* IV. *pag.* 468. *seqq. edit. ienensis an.* 1660.

trina, institutisque apostolorum decreverint. Hoc carpocratiani, valentiniani, cerdoniani, marcionitae, cataphryges, ceteraeque generis eiusdem pestes suis persuadere conati sunt (1), contra quos est ab Irenaeo, aliisque patribus auctoritate traditionis apostolicae; quam Petri in primis successores pontifices romani proponerent, disputatum. Quod si adversus veteres haereticos tantum successio pontificum, traditionisque auctoritas valuit, ut sectarum, quas haereticis ipsi induxerant, vix memoria nominis supersit; quid est, quod eam adversus novos eadem certe obiicientes valere non arbitremur? Atque est profecto, cur se quisque nostrum consoletur, cum eam nos tenere, quam maiores nostri tenuerunt, in religione tuenda rationem videat; haereticos contra sic agere, ut superiorum temporum haeretici agere consuerant.

Docendi vero ubique, ecclesiasque constituendi auctoritate romanum pontificem carere, qua demum confidentia, impudentiaque protestantes, schimaticique defendunt? Patrum etiam, scriptorumque ecclesiasticorum (uti antea ostendimus, ostendemusque post diligentius) una vox est, rom. pont. doctorem esse universae ecclesiae, radicem veritatis, eum denique, a quo sit τὸ ἀσφαλὲς τῆς ἀληθείας *infallibile veritatis* repetendum. Deinde quinam ecclesias Hispaniarum, Galliarum, britannicarum insularum, Germaniae etc. aliasque in occidente, orienteque instituerunt, nisi ii, quos fuisse a pontificibus missos constat?

Iam quintum hoc est haereticorum, schismaticorumque argumentum. Qui *universalis episcopus* dici, atque *episcopus episcoporum* non potest, is primas in christiana re publica partes non obtinet, Petrique successor non est. Romanus autem antistes nec *universalis episcopus* neque *episcopus episcoporum* dici potest, ut Gregorius Magnus, Cyprianusque martyr testantur. Romanus ergo episcopus primas in christiana re publica partes non obtinet.

Sed de appellatione *episcopi universalis*, etsi dictum breviter supra est, quoniam tamen molesti nobis haeretici schismaticique

(1) S. Irenaeus *lib. III. contra haereses cap.* II. *p.* 175., *edit. venetae* ann. 1734. „ Quum ad eam traditionem, „ quae est ab apostolis, quae per successiones presby„ terorum in ecclesiis custoditur, provocamus eos, „ adversantur traditioni etc. „ Confer etiam *c.* III. „ *p.* 175. *seq. etc.*, c. IV. *p.* 178. Quinetiam si de intelligentia, sensuque Scripturarum contentio sit, ut hi novi haeretici ad sensum privatum suum, non ad ecclesiarum traditionem confugiunt, ita veteres ad suas privatas opiniones, atque mysteria provocabant. Consule Irenaeum *ibid.*

esse pergunt, paullo est copiosius disserendum. Ergo Gregorius M. *universalem* se dici noluit, non quo ipse summum pontificem se, cristianaeque rei publicae primatem negaret esse; sed quo metueret, ne ea appellatione videretur *episcopum* aut *patriarcham* se solum, atque unum dicere, alium autem quemquam non item. Quare, (1) *absit*, inquit, *a cordibus christianorum nomen istud blasphemiae, in quo omnium sacerdotnm honor adimitur, dum ab uno sibi dementer arrogatur*; *et* (2) *nullus umquam decessorum meorum tam profano vocabulo uti consensit, quia videlicet si unus patriarcha universalis dicitur, patriarcharum nomen ceteris derogatur*. Alio denique loco (3): *Certe pro beati Petri apostolorum principis honore per venerandam chalcedonensem synodum romano pontifici oblatum est, sed nullus eorum unquam hoc singularitatis nomen assumsit, nec uti consensit, ne dum privatum aliquid daretur uni, honore debito sacerdotes privarentur universi.* Synodus autem chalcedonensis cum id nomen Leoni attribuit, neque blasphemum, neque insolens putavit esse, (4) neque eo atrribuit, quo unum ipsum esse episcopum arbitraretur, reliquos autem episcopos non item; sed quo excellentem, praecipuamque eius esse perspiceret in universa ecclesia potestatem, cui omnes, ne exceptis quidem episcopis, subiecti essent (5). Nihilo secius antistites romani id nomen (etsi non re-

(1) *Lib. v. epist. xx. pag.* 749. *tom. II. app. edit. paris. an.* 1705.

(2) *Ibid. epist. xLIII. pag.* 771.

(3) *Epist. xx. pag.* 749., *et epist. xvIII. pag.* 742. *seqq.*

(4) In actis synodi chalcedonensis extat epistola Theodori diaconi ecclesiae alexandrinae (*actione III. to. II. pag.* 322. *concil. edit. paris. Hard.*), cuius epistolae haec est inscriptio: Τῷ ἁγιωτάτῳ, καὶ θεοφιλεστάτῳ οἰκουμενικῷ ἀρχιεπισκόπῳ, καὶ πατριάρχῃ τῆς μεγάλης Ῥώμης Λέοντι. *Sanctissime, ac Dei amantissimo oecumenico* (*seu universali*) *archiepiscope, et patriarchae magnae Romae Leoni.* Eiusmodi est item epigraphe litterarum Ischirionis, quae extant *ibidem pag.* 326., et epistolae Athanasii presbyteri alexandrini *ibid. pag.* 331., et epistolae Sophronii *ibid. pag.* 337. Idem post fecerunt saeculo VI. archimandritae, ceterique monachi secundae Syriae ad Hormisdam pontificem scribentes, *tomo eodem pag.*1031. Confer epistolam archimandritarum *constant. et monachor. palaestinorum*, quae extat in actis synodi constantinopolitanae sub Menna, *to. II. concil. pag.* 1203. *edit. eiusd.* Sed eodem saeculo Iohannem eum, qui ante Mennam episcopus constantinopolitanus fuit, clerici, monachique antiochenses *patriarcham oecumenicum* vocaverunt. Quod ipsum synodus Constantinopoli congregata, et episcopi Syriae secundae fecerunt. Vide *actiom. v. synodi constantinop. sub* Menna *ibid. p.* 1318., *et* 1322. *et* 1362. Id etsi episcopis a sede apostolica missis audientibus in synodo Mennae lectum est, tamen aut non animadversum, aut neglectum est. Nam vero scriptum eodem Iohanne auctore, lectumque consulto Mennae iussu fuerit, etsi non satis constat, est tamen cur suspicemur. Nihil est enim fere ambitione constantinopolitanorum antistitum notius. Quamquam nec ab Iohanne hierosolymitano, *ibid. pag.* 1342., nec ab Iustiniano imperatore, *ibid. pag.* 1406., ornatus Mennas hoc nomine fuerit, neque ipse subscribens synodo sese oecumenicum appellarit, *ibid. p.* 1399.

(5) Vide loca synodi chalcedonensis, quae supra descripsimus *pag.* 3. *not.* 6. Eadem synodus *epist. ad Leonem, to. II. concilior. pag.*655. 656. *edit. paris. Hard.*

Digitized by Google

pugnante oecumenica synodo datum sibi) usurpandum non putarunt, (1) quod insolens, plenumque invidiae videretur. Igitur cum Ioannem Ieiunatorem constantinopolitanum episcopum, ut fines sui patriarchatus amplificaret, eam appellationem (Ioanni III. qui ante Mennam patriarcha fuerat, Epiphanio, Mennae ipsi a monachis, episcopisque aliquot attribntam) adhibere coepisse, Pelagius II. primum, tnm Gregorius animadvertissent id quod erant suspicati (2), gravius in eum invecti sunt, actaque synodi, in qua ipse se oecumenicum dixerat, merito resciderunt. Sed Gregorius, cum Iohannem in sententia manere, seseque *oecumenicum* appellare pergere cognosset, litteras ad Mauricium Augustum (3), ad Constantinam imperatricem (4), ad Eulogium alexandrinum (5), ad Anastasium antiochenum scripsit, vehementerque infamiam universo ordini episcoporum conflatam conquestus est. Assensus quidem Gregorio alexandrinus (6) fuit, sed antiochenus tanta contentio-

vineam ecclesiae romano episcopo esse commissam testatur: ,, Insuper (Dioscorus) contra ipsum cui vineae ,, *custodia* τῆς ἀμπέλου ἡ φυλακὴ commissa est, ,, extendit insaniam, hoc est contra tuam quoque ,, apostolicam sanctitatem ,,.

(1) Gregorius magnus *lib.* v. *indict.* XIII. *epist.* XXXII. *ad Iohannem constantinopolitanum pag.* 742., *tom.* II. *opp. edit. paris. an.* 1705. ,, Quo ausu, *inquit*, quoque ,, tumore, nescio, novum sibi conata est nomen arripere, unde omnium fratrum corda potuissent ad ,, scandalum pervenire. Qua in re vehementer admiror, quia ne ad episcopatum venire potuisses, fugisse velle te memini. Quem tamen adeptum ita ,, exercere desideras, ac si ad eum ambitioso desiderio cucurrisses. Qui enim indignum te esse fatebaris, ut episcopus dici debuisses, ad hoc quandoque ,, perductus es, ut, despectis fratribus, episcopus appetas solus vocari. Et quidem hac de re sanctae ,, memoriae decessoris mei Pelagii gravia ad sanctitatem vestram scripta transmissa sunt: in quibus synodi, quae apud vos de fratris quondam, et coepiscopi nostri Gregorii causa congregata est, propter nefandum elationis vocabulum acta dissolvit... ,, Post eius vero obitum cum indignus ego ad ecclesiae regimen adductus sum, et ante per alios responsales meos, et nunc per communem filium Sabinianum diaconum alloqui fraternitatem vestram, ,, ut a tali se praesumptione compesceret, non equidem scripto, sed modo sermone curavi, et si emendare nolles, eum missarum solemnia cum fraternitate vestra celebrare prohibui, ut sanctitatem vestram prius sub quadam verecundiae reverentia pulsarem, quatenus si emendari nefandus, ac profanus tumor verecunde non posset, tunc ad ea debuisset, quae sunt districta, atque canonica perveniri ,,. Et paullo post *pag.* 743. ,, Numquid non ,, sicut vestra fraternitas novit, per venerandum chalcedonense concilium huius apostolicae sedis antistites, ,, cui Deo disponente deservio, universales oblato honore vocati sunt; sed tamen nullus unquam tali vocabulo appellari voluit, nullus sibi hoc temerarium ,, nomen arripuit, ne si sibi in pontificatus gradu ,, gloriam singularitatis arriperet, hanc omnibus fratribus denegasse videretur? ,,

(2) Vide *notat. superior.*

(3) Gregorius *lib.* v. *epist.* XX. *pag.* 747. *seq.*, *et epist.* XL. *pag.* 766. *seq.*

(4) *Ibid. epist.* XXI. *pag.* 750. *seq.*, *et epist.* XLI. *pag.* 768. Confer etiam *epist.* XIX. *ad Sabinianum diaconum, ibid. pag.* 746. *seq.*

(5) *Epist.* XLIII. *pag.* 770. *seqq.*

(6) *Lib.* VIII. *indict.* I. *epist.* XXX. *pag.* 917. *seq.*

Google

ne pro eo vocabuli genere agendum (1) non putavit (2). Interea ab Iohanne, quoad vixit, impetrari non potuit, ut ab eo titulo abstineret (3). Quin etiam Cyriacus, qui Iohanni successit, ad Gregorium scribens *oecumenicum* sese patriarcham vocavit, id quod pontifex etsi aegre tulit, tamen dissimulandum (4) censuit, atque ut Iohanni numquam, ita ne Cyriaco quidem sacris interdixit. Gregorio autem vita functo, Bonifacius III. a Phoca imperatore impetravit, ut lege, ne qui posthac constantinopolitanus antistes nomen sibi usurparet *oecumenici* (5), caveretur. Sed ea lege obtineri non potuit, quin haud multo post in synodis sexta, ac septima constantinopolitani ipsi antistites eo tam insigni honoris titulo (6) ornarentur. Qua de re quamvis vehementer, qui post floruerunt, romani pontifices expostularunt (7), obstinatione tamen, ambituque constantinopolitanorum factum est, nihil ut proficere umquam potuerint. Iam vero quae vox initio, propter novitatem, plena invidiae, periculique ab Gregorio habita est, ea deinceps usu trita, atque ita explicata, ut primatum in ecclesia summum pontificis romani indicaret, ab catholicis, probante apostolica sede, pontificibus ipsis est attributa (8). Ac miror equidem, haereticos huiusce temporis tam impudenter agere, ut Gregorii nobis locos opponant, ex quibus constet, *universalis* ipsum

(1) *Lib.* VII. *epist.* XXVII. *pag.* 873. „Quod vero „dicitis, *inquit Gregorius*, pro nulla causa dare nos „locum scandalo debere, hoc mihi et piissimus do„minus filius vester, pro cuius vita incessanter oran„dum est, iam saepius scripsit, et quod ille ex po„testate, scio quia hoc vos ex amore dicitis.... Et „quidem in suscipienda fratris, et consacerdotis no„stri Cyriaci synodica epistola dignum non fuit, ut „pro causa profani vocabuli moram facerem, ne uni„tatem sanctae ecclesiae perturbarem; sed tamen de „eodem superstitioso, et superbo vocabulo eum admo„nere studui, dicens, quia pacem nobiscum habere „non posset, nisi elationem praedicti verbi corri„geret, quam primus apostata invenit. Vos tamen „eamdem causam nullam esse dicere non debetis, „quia si hanc aequanimiter portamus, universae ec„clesiae fidem corrumpimus„.

(2) Quam id ob causam non potuerit, nescio. Illud monachi s. *Mauri lib.* III. *de vita Gregorii tom.* V. *opp. pag.* 250., suspicantur: Anastasium suae sedi Iohannis fortasse opera restitutum, noluisse nova pericula ob oecumenici vocem adire.

(3) Vide Gregorii vitam a monachis s. Mauri perscriptam *lib.* III. *cap.* I. *pag.* 254. *to.* V. *operum Gregorii.*

(4) Confer quae modo descripsi *not.* 1. Gregorii *ex epist.* XXVII. *lib.* VII. verba.

(5) Consule Baronium *ad an.* DCVI. §. II.

(6) Ut enim Maurus episcopus cesenas Martinum I. p. m. *oecumenicum principem sacerdotum act.* I. *synodi lateran. pag.* 703. *tom.* III. *concilior. edit. paris. Hard.*, et Constantinus imperator Agathonem, ut est in actis synodi VI. *tom. eodem pag.* 1043. dixerunt, ita Georgius constantinopolitanus antistes ab eodem Constantino *ibid. pag.* 1050. Tarasiusque patriarcha constantinopoleos ab episcopis orientis *in act. synodi nicaenae* 2. *tom.* V. *pag.* 137. appellatus est.

(7) Nicolaus I. saeculo IX. *epistola ad Hincmarum archiepiscopum remensem pag.* 309. et 311. *tom.* V. *concilior. edit. paris. Harduini*, et Leo IX. saeculo XI. epistola ad *Michaëlem Cerularium cap.* XI. *pag.* 932. *tom.* VI. *part.* I. *concilior. eiusdem edit. paris. Hard.*

(8) Vide synod. later. sub Martino I. *actione* I. *pag.* 703. *tom.* III. *concilior. edit. paris. Hard.*, et epist. Constantini Pogonati imperatoris ad Leonem papam *ibid. pag.* 1459.

Digitized by Google

episcopi, *et patriarchae* titulum respuisse, quasi his primatus sedis apostolicae everti possit. Nam ex Gregorii verbis plane constat, eo ipsum reiecisse *oecumenici* appellationem, quo significare haec videretur *unicum esse in ecclesia universa episcopum*, aut *patriarcham* (1), cum catholici omnes fateamur, et episcopos in ecclesia plures, et aliquot patriarchas vigere. Ceterum si animum ad ea, quae gessit, scripsitque Gregorius protestantes adverterent, *principatum* (2) eum *pontificis romani in christiana re publica* et agnovisse, et defendisse, et exercuisse confiterentur. Quod ad Cypriani locum ex synodo carthaginiensi pertinet, quo loco antistitum neminem *episcopum* se constituere *episcoporum* scribit, sic censeo: agi ab eo de africanis *episcopis*, qui ad synodum carthaginiensem convenerant (3), quorum certe nullus erat, qui se appellare *episcopum episcoporum* posset. Quod si ea oratione Cyprianus Stephanum, quocum ante contenderat, absentem vellicare voluit; non eo profecto voluit, quo de illius praecipua in christana re publica auctoritate, potestateque dubitaret (quam tot locis, quot aliis in libris descripsimus (4), celebraverat), sed quo reprobari a pontifice non debuisse sententiam de baptizandis rursum haereticis crederet, quam non ad *fidem*, sed ad pe-

(1) Vide supra notat. 1. *pag.* 32.

(2) Monachi benedictini s. Mauri in vita Gregorii magni *lib.* III. *cap.* I. n. XVII. *pag.* 254. tom. V. *operum Greg.* ,, Caecutiunt, qui non vident, *inquiunt*, Gregorium ipsum de se, suaque auctoritate tam modeste sentientem, iurisdictionem tamen in tota ecclesia exercuisse in Africa, Aegypto, Asia, intra ipsos constantinopolitani patriarchatus fines, ut ex causa monachorum Isauriae liquet. *Lib.* III. *epist.* XXX. t. II. *apostolica sedes Deo auctore*, CUNCTIS PRAELATA CONSTAT ECCLESIIS. *Lib.* V. *epist.* XIII, CURAE NOBIS FUIT, QUAE UNIVERSIS ECCLESIIS A NOBIS IMPENDITUR. *Lib.* VII. e. XII. QUIA CUNCTARUM ECCLESIARUM INIUNCTA NOBIS SOLLICITUDINIS CURA CONSTRINGIT. *Et lib.* IX. *ep.* LIV. occasione primatis byzaceni in Africa, qui se apostolicae sedi subditum profitebatur, haec scribit Iohanni syracusano: ,, *Si qua culpa in episcopis invenitur, nescio quis ei episcopus subiectus non sit.* Hoc iure usus est in episcopos, cum Petri africani episcopi causam Columbo in Numidia episcopo iudicandam commisit, *lib.* VI. *ep.* XVII. Unicini taurinae civitatis episcopi Syagrio augustodunensi *lib.* IX. *epist.* CXV. Ianuarii malacitani episcopi, alteriusque episcopi nomine Stephani Iohanni defensori *lib.* XIII *epist.* XLV. Paulum in Africa episcopum a Gennadio Patricio accusatum, cum ipse, ut iudicio papae se sisteret, venisset Romam, nec adfuissent accusatores idonei, remisit. *Lib.* VII. *epist.* II. *etc.*

(3) *An.* 256. *pag.* 229. *edit. oxon. operum Cypriani an.* 1682., Posteaquam de litteris ad se scriptis a Iubaiano, deque suis ad Iubaianum, itemque de Iubaiani responsis egit, ,, Superest, *inquit*, ut de hac re singuli, quid sentiamus, proferamus, neminem iudicantes, aut a iure communionis aliquem, si diversum senserit, amoventes. Neque enim quisquam nostrum episcopum se episcoporum constituit, aut tyrannico terrore ad obsequendi necessitatem collegas suos adigit, quando habeat omnis episcopus pro licentia libertatis, et potestatis suae arbitrium proprium, tamque iudicari ab alio non possit, quam nec ipse potest iudicare. Sed expectemus universi iudicium domini nostri Iesu Christi, qui unus, et solus habet potestatem et praeponendi nos in ecclesiae suae gubernatione, et de actu nostro iudicandi ,,

(4) *Tom.* V. *par.* I. *huius operis pag.* 69. *seqq. et pag.* 64. *seqq.*

culiarem ecclesiae africanae *disciplinam* spectare (1) arbitraretur. Verum *episcopi episcoporum* nomen Stephano non ademit, quod norat fuisse superioribus pontificibus ab catholicis attributum (2). Quod si ira commotus nonnihil dixit, quo oblique dignitatem Stephani petere videretur, tanti id quidem esse non potuit, ut quae idem sedatiore animo ante scripserat, aut everterit, aut in dubium, controversiamque (3) revocarit. Nos enim testimonia non ira incitatorum hominum probamus, sed pacis studio, veritatisque scribentium (4).

(1) Vide quae disputavi loco modo indicato *p.* 70. *seqq.*

(2) Vide *tom. eumdem par.* I. *pag.* 55. *seq.*

(3) S. Augustinus *lib.* V. *de baptismo contra donatistas cap.* XXV. *pag.* 106. *to.* IX. *opp. edit. antuerp. an.* 1700. „ Iam illa, *inquit*, quae (Cyprianus) in Stephanum irritatus effudit, retractare nolo, quia et non opus est. Eadem quippe ipsa dicuntur, quae iam satis discussa sunt, et ea praeterire melius est, quae periculum perniciosae dissensionis habuerunt. Stephanus autem eos abstinendos putaverat, qui de suscipiendis haereticis priscam consuetudinem convellere conarentur: iste autem quaestionis ipsius difficultate permotus, et sanctis charitatis visceribus largissime praeditus, in unitate cum eis manendum, qui diversa sentirent. Ita quamvis commotius, fraterne tamen indignarentur, vicit tamen pax Christi in cordibus eorum, ut in tali disceptatione nullum inter eos schismatis malum oriretur etc. „

(4) Praeter cetera Cypriani loca, quae tomi V. p. I. descripta fuisse a nobis diximus, s. martyr *ep.* LV. *al.* LII. *ad Antonianum pag.* 101. *edit. oxon. an.* 1682. „ Scripsisti, *inquit*, ut exemplum earumdem litterarum ad Cornelium collegam nostrum transmitterem, ut deposita omni sollicitudine, iam sciret, te secum, hoc est cum catholica ecclesia, communicare. „ *Pag.* 120. epistolam cleri romani, de ratione tractandae lapsorum causae *per totum mundum fuisse missam*, *et in notitiam ecclesiis omnibus*, *et universis fratribus perlatam testatur*, quod non scripsisset, nisi in ecclesiis potiorem obtinere romanam partem potuisset. Quid? si *pag.* 104. tantam fuisse in universo christiano orbe pontificis romani auctoritatem ostendat, ut Decium imperatorem *tolerabilius audisse*, confirmet, *levari adversus se aemulum principem, quam constitui Romae Dei sacerdotem*? Quinetiam *epistola* LXV. *al.* XLII. *ad Cornelium pag.* 66. de schismate agens novatianorum, „ Miseramus, *inquit*, nuper collegas nostros Caldonium, et Fortunatum, ut non tantum persuasione litterarum nostrarum, sed praesentia sua, et consilio omnium vestrum eniterentur, quantum possent, et elaborarent, ut ad catholicae ecclesiae unitatem scissi corporis membra componerent, et christianae charitatis vinculum copularent. Sed quoniam diversae partis obstinata, et inflexibilis pertinacia, non tantum RADICIS, et MATRIS SINUM, atque complexum recusavit, sed etiam gliscente, et in peius recrudescente discordia, episcopum sibi constituit, et contra sacramentum semel traditum divinae dispositionis et catholicae unitatis, adulterum, et contrarium caput extra ecclesiam fecit „. Rursus in epist. ad Antonianum LV. *al.* LII. *pag.* 112. Novatianum, qui in sedem apostolicam invasisset, episcopos ad se pertrahere curasse; cumque hos sibi resistere vidisset, alios in urbibus pseudo-episcopos creasse, scribit; quibus ex rebus intelligitur, pontifici ius fuisse, episcopos, qui rei dare operam nollent, pervicacesque apostolicae sedi resisterent, deiicere, eorumque loco alios constituere. „ Per plurimas civitates, *inquit*, novos apostolos suos mittit, ut quidem recentis institutionis suae fundamenta constituat, cumque iampridem per omnes provincias, et per urbes singulas ordinati sint episcopi in aetate antiqui, in fide integri, in pressura probati, in persecutione proscripti, ille super eos creare alios pseudo-episcopos audeat. Quasi possit aut totum orbem novi conatus obstinatione peragrare, aut ecclesiastici ordinis compaginem discordiae suae seminatione rescindere „. Nempe cum de sedando schismate Romae a Novatiano conflato ageretur, de *totius ecclesiae negotio* actum fuisse intellexerat: id quod Dionysius alexandrinus, romanae ecclesiae dignitatem summam significans, testatur. *Epist. ad Novat.* Apud Eusebium *lib.* VI. *hist. eccl. cap.* XLV. *pag.* 278. *edit. taurin.* „ Nec minus, *inquit*, gloriosum fuisset idcirco subire martyrium, ne ecclesiam scinderes, quam ut ne idolis sacrificares. Immo illud meo quidem iudicio illustrius fuisset. Hic enim pro sua unius anima, illic autem ὑπὲρ ὅλης τῆς ἐκκλησίας *pro tota ecclesia* martyrium quis sustinet „.

Digitized by Google

Quod sexto loco obiiciunt, auctore Cypriano *episcopos a solo Deo iudicandos esse*, adeoque romanum pontificem primatem universae ecclesiae haberi non oportere; inane est, a nobisque in priore quinti voluminis antiqnitatum christianarum (1) parte copiosissime confutatum.

Simile autem est hnius, qnod septimo loco opponnnt, putasse Cyprianum, eum in Hispania episcopnm non esse habendnm quem suae romanus pontifex sedi restituisset. Cyprianus enim non eo nomine episcopo ab sede apostolica restituto obsistendum censnerat, quod romanum antistitem potestate episcoporum restituendorum carere existimasset; sed quod fraude, doloque malo Basilidem, qni sese tot, tamque magnis flagitiis illigarat, deiectusque propterea, synodi hispanicae decreto, de sede asturicensi fuerat; a pontifice maximo facultatem in patriam redeundi, sedemque rursum occupandi extorsisse arbitraretur (2).

Neque est gravius argumentum eorum octavum, qnod ex iis patrum locis concludere se putant posse, quibus qnidem in locis (3) ponitur, episcopos divina institutione successores esse apostolorum, eaque ratione ligandi, solvendique potestate excellere. Id enim quemadmodum cum romani pontificis snmmo in ecclesia principatn pugnare queat, non video. Nam si Petrus, quod alio loco demonstratnm est, princeps fuit divinitus institutorum apostolorum (4): quid est, quod impediat, quin successor principis apostolorum iure divino princeps sit perinde ac rector eo-

(1) Vide quae dixi tom. v. *par.* I. *pag.* 74. *seqq.* *huius operis.*

(2) Nec enim eam Stephano auctoritatem negavit Cyprianus, sed deceptum fraude Basilidis ipsum fuisse scripsit *ep.* LXVII. *al.* LXVIII. *ad plebes legionensem, et asturicensem pag.* 172. *seq.* „Nec rescindere, *inquit*, „ordinationem iure perfectam potest, quod Basilides „post crimina sua detecta, et conscientiam etiam „propria confessione nudatam ROMAM PERGENS, Stephanum collegam nostrum longe positum, et gestae rei, ac tacitae veritatis ignarum fefellit, ut „exambiret reponi se iniuste in episcopatum, de quo „fuerat iuste depositus. Hoc eo pertinet, ut Basilidis „non tam abolita sint, quam cumulata delicta, ut „ad superiora peccata eius etiam fallaciae, et circumventionis crimen accesserit. Neque enim tam culpandus est ille, cui negligenter obreptum est, quam „hic execrandus, qui fraudolenter obrepsit „. Miror autem haereticos id obiicere, quo facile explicari queant, quae ante de episcopo, quasi iudicari ab alio non posset, obiecerant. Nam si iudicari episcopus ab alio non potest, cur iudicari potuisse Basilidem, ac si innocens fuisset, a Stephano suae sedi restitui, sin minus, sede episcopali perpetuo privari debuisse affirmaret?

(3) S. Cyprianus *epist.* LXV. *al.* LXIII. *ad Cornelium pag.* 88., *et epist.* LXVI. *al.* LXIX. *ad Florentium p.* 166. *seq.* Clarus praeterea mascnlensis in Numidia antistes, ut est in concilio carthag. an. 256. sub Cypriano habito, *operum Cypr. pag.* 421. *Apostolis*, inquit, *nos successimus.* S. Augustinus *in psalm.* XLIV. n. XXXII. *pag.* 297. *edit. antverp.* an. 1700. tom. IV. opp. Idem patres ceteri plerique omnes affirmant.

(4) Vide quae disputavi tom. v. *p.* I. *huius operis pag.* 74. *seq.*

Digitized by Google

rum, qui apostolis (1) successerunt voluntate institutioneque Dei?

At adversarii omnes episcopos Petro successisse, idque ex Cypriani, Hieronymi, Ephraemii syri, Gaudentii (2) auctoritate effici posse arbitrantur. Sed hi si loca eorumdem patrum, quibus maxime confidunt, diligenter considerarent, animadverterent profecto romanos pontifices solum Petro recta (3) succedere; ceteros autem non alia ratione, quam quod Petrus sacerdotii, ordinis potestatisque ecclesiasticae fons, atque origo haberetur, et esset. Quin etiam cum apostolis ceteris fixae sedes fuerint omnino nullae (nisi forte unum Iacobum exceperis), episcopi certe successores eorum, latiore quadam significatione, dici possunt; Andreae autem, aut Philippi, aut Pauli et *speciatim*, ut vocant, non item. Vocari autem queunt Petri successores, qua ratione unus fere Petrus auctoritatem obtinuit *ordinariam*, cui succedi posset, et ad quam omnium praesulum potestas velut ad principium, et fontem referretur. Sed successores dicuntur Petri, ut ecclesiae traditio postulat, ratione episcopatus, non primatus, quem unus obtinet, pontifex maximus, qui ei, ut dixi, recta successit (4).

Nonum est argumentum haereticorum et auctoritate episcoporum conclusum. Nam episcopos, inquiunt, constat a Deo esse constitutos ἀμέσως, quod nos *immediate* dicere possumus. Est enim in actis apostolorum: *episcopos spiritus sanctus posuit regere ecclesiam Dei* (5). Potestas autem, quae ἀμέσως ex Deo est, esse

(1) Ridiculum certe est, quod protestantes factitant; testimonia namque patrum proferunt vel obscura, vel quae ad rem, ut cernis, non pertinent, hisque ab se refelli perspicua, quae attulimus, posse arbitrantur. Nos contra agimus. Claris, et perspicuis obscura declaramus, quae vero ad rem non pertinent, omittimus, iisque rebus ad quas pertinent, illustrandis reservamus.

(2) S. Cyprianus *epist.* xxxiii. *al.* xxvii. *ad lapsos pag.* 66., s. *Hieronymus epist.* v. *al.* l. *tom.* iv. *p.* ii. *opp. pag.* 10. *edit. paris. Martianaei*, S. Ephraem syrus *orat. de laudibus Basilii magni*, *pag.* 296. *seq. edit. paris. Vossii*, S. Gaudentius brixiensis *ser.* x. *de sua ordinat. pag.* 334. *edit. an.* 1738., quo loco s. Ambrosium *successorem* appellat *Petri*.

(3) Nisi enim ita esset, non radicem, non centrum, non Petri successorem omnino, ac proprie, non initium sacerdotii romanum pontificem, sedemque apostolicam maiores nostri appellassent, ut hoc ipso *volum. pag.* 6. *seqq.* demonstratum est, deinceps que etiam confirmabitur.

(4) Vide locos Hieronymi *pag.* 15. *huius vol.* et Optati *ibidem*, et Iohannis constantinopolitani *pag.* 23. *not.* 3., Honorii imperatoris *p.* 15. *huius vol. n.* 11. S. Cyprianum *epist.* lix. *al.* lv. *ad Cornelium p.* 135. „Post „ista, *inquit*, adhuc insuper pseudo-episcopo sibi ab „ haereticis constituto, navigare audent, et AD PETRI „ CATHEDRAM, atque AD ECCLESIAM PRINCIPALEM, unde „ UNITAS SACERDOTALIS EXORTA EST, a schismaticis, et „ profanis litteras ferre, nec cogitare eos esse romanos, quorum fides, apostolo praedicante, laudata „ est, ad quos perfidia habere non possit accessum „.

(5) *Cap.* xx. v. 28. Vide concilium toletanum viii. an. 653. habitum *cap.* vii. *pag.* 963. *tom.* iii. *concilior. edit. Hard.*

Digitized by Google

minor non est. Quod si minor non est, pontifex esse nequit primas, caputque episcoporum. Non ergo esse romanus pontifex caput episcoporum, princepsque potest.

Scio esse aliquos, qui episcoporum auctoritatem *iurisdictionis* sic ex Deo ἀμέσως *immediate* manare affirment, ut tam exerceri nequeat, quin ad auctoritatem pontificis referatur, atque ab hac etiam ipsa pendeat. Quin etiam ita hi quidem sunt instituti, ut episcoporum auctoritatem aequalem esse pontificiae *principii* ratione affirment (quod utraque ex Deo profecta sit), non tamen aequam esse *termini* ratione, propterea quod latius pontificia pateat. Sed maximo numero theologi pugnant, episcopos a summo pontifice ἀμέσως *iurisdictionem* obtinere, idque testimoniis veterum permultis confirmant, explicantque commode ea, quae contra afferri solent (1). Ego vero etsi postremis hisce theologis or-

(1) Optatus milevitanus *lib.* VIII. *adv. Parmenian. cap.* III. *pag.* 108. *edit. antuerp. an.* 1702. „ Bono unitatis, *inquit*, beatus Petrus, cui satis erat, si post, quod negavit, solam veniam consequeretur, et praeferri apostolis omnibus meruit, et claves regni caelorum communicandas ceteris solus accepit „. Non discrepat Gregorius nissenus in oratione, quam *adversus aegre ferentes castigationes* perscripsit *tom.* II. *opp. pag. edit.* 746. *paris. an.* 1615. „ Nihil falsi, *inquit*, aut mendacii scriptum est in evangeliis, neque Christi praedilectio exitum fallacem habet. Per Petrum episcopis dedit claves caelestium honorum „. Innocentius I. pontifex max. an. 404. *epist.* II. ad Victricium rotomagensem, *n.* 2. *tom.* I. *collect. epistolar. rom. pontif. pag.* 747. *edit. Constantii:* „ Incipiamus, *inquit*, adiuvante sancto apostolo Petro, per quem et apostolatus, et EPISCOPATUS IN CHRISTO COEPIT EXORDIUM etc. „ Quemadmodum autem a Petro episcopatus exordium coeperit, idem demonstrat Innocentius *ep.* XXIX. *ad concil. carthag. n.* 1. *p.* 888. *ibid.* „ Scientes, *inquit*, quid APOSTOLICAE SEDI, cum omnes hoc loco positi ipsum sequi desideremus apostolum, debeatur, A QUO IPSE EPISCOPATUS, ET TOTA AUCTORITAS NOMINIS HUIUS EMERSIT: quem sequentes tam mala damnare novimus, quam probare laudanda. Vel id vero, quod patrum instituta sacerdotali officio custodientes, non censetis esse calcanda, quod illi non humana, sed divina decrevere sententia, ut quidquid, quamvis de disiunctis, remotisque provinciis ageretur, non prius ducerent finiendum, nisi ad huius sedis notitiam perveniret, ut tota huius auctoritate iusta, quae fuerit, pronunciatio firmaretur, indeque sumerent CETERAE ECCLESIAE, (VELUTI DE NATALI SUO FONTE AQUAE CUNCTAE PROCEDERENT, ET PER DIVERSAS TOTIUS MUNDI REGIONES PURI LATICES CAPITIS INCORRUPTI MANARENT) quid praecipere, quos abluere, quos veluti caeno inemundabili sordidatos, mundis digna corporibus unda vitaret „. Et *epist.* XXX. *ad concilium milevitanum* I. *n.* 2. *pag.* 869. *ibid.* „ Praesertim quoties fidei ratio ventilatur, arbitror omnes fratres, et coepiscopos nostros nonnisi ad Petrum, idest sui nominis, et honoris auctorem referre debere „. Eadem fere scribit Zosimus *epist.* XII. *ad afros p.* 974. *ibid. an.* 418. Xystus praeterea *epist.* V., quae est ad Cyrillum alexandrinum *num.* 3. *pag.* 1254. *seq.* „ Ad beatum Petrum, *inquit*, apostolum fraternitas universa convenit: ecce auditorium congruens auditoribus, conveniens audiendis. Habuerunt coepiscopi nostri illum congratulationis testem, quem habemus honoris exordium „. S. Leo *sermone* II. *in anniv. suae assumpt. pag.* 5. *tom.* I. *opp. edit. rom. an.* 1753. „ Soliditas, *inquit*, illius fidei, quae in apostolorum principe est laudata, perpetua est, et sicut permanet, quod in Christo Petrus credidit, ita permanet, quod in Petro Christus instituit .,.. Sic enim prae ceteris est ordinatus, ut dum petra dicitur, dum fundamentum pronunciatur, dum regni caelorum ianitor constituitur, dum ligandorum, solvendorumque arbiter mansura etiam in caelis iudiciorum suorum definitione praeficitur, qualis ipsi cum Christo esset societas, per ipsa appellationum eius mysteria nosceremus... His igitur modis, dilectissimi rationabili obsequio celebratur hodierna festivitas, ut in persona humilitatis meae ille intelligatur, ille honoretur, in quo et omnium pastorum sollicitudo cum commendatarum sibi ovium custodia perseverat, et cuius etiam dignitas in indigno haerede non deficit „. Et *serm.* V. *pag.* 98. „ Ab ipso

thodoxis assentior; nihil est caussae tamen, cur detrahi a prioribus quidquam principatui, auctoritatique pontificis romani, quam haeretici oppugnant, putem. Modo enim praecipua sit in ecclesia, latissimeque per ecclesiam universam patens auctoritas romanorum antistitum, aliorum vero episcoporum finibus suarum dioeceseon contenta, atque constricta (quod patrum tam multis, tamque perspicuis locis demonstratum est) manebit, invitis haereticis, pontificis in christana re publica principatus.

Decimum est argumentum haereticorum ductum ex iis veterum scriptornm locis, quibus episcopos *vicarios esse Christi*, universaeque ecclesiae curam sustinere, atque uti in aliena dioecesi sua auctoritate, christianaeqne rei publicae leges dare, synodosquo cogere posse, statui videtur.

Sed non animadvertunt haeretici episcopos a patribus, in primisque ab Ignatio martyre (1), et Cypriano (2) vicarios Christi dici, quod eorum quisque primas in sua ecclesia partes teneat, ita tamen, ut a romano pontifice pendeat (3), non puod univer-

„ omnium charismatum fonte tam copiosis est irrigationibus inundatus, ut cum multa solus acceperit, „ nihil in quemquam sine illius participatione transierit..... De toto mundo unus Petrus eligitur, qui „ et universarum gentium vocationi, et omnibus apostolis, cunctisque ecclesiae patribus praeponatur, ut „ quamvis in populo Dei multi sacerdotes sint, multique pastores, omnes tamen proprie regat Petrus, „ quos principaliter regit et Christus. Magnum, et mirabile, dilectissimi, huic viro consortium potentiae „ suae tribuit divina dignatio, et si quid cum eo commune ceteris voluit esse principibus, numquam nisi „ per ipsum dedit quidquid aliis non negavit „. Et *p.* 10. „ In Petro ergo omnium fortitudo munitur, „ et divinae gratiae ita ordinatur auxilium, ut firmitas, quae per Christum Petro tribuitur, per Petrum „ apostolis conferatur „. Consule etiam *serm.* IV. *p.* 12. et 13. Idem habet aliis in locis permultis, quos brevitatis ergo praetereo. Est id etiam ex sententia Ioannis chrysostomi *lib.* II. *de sacerdotio cap.* I. *pag.* 572. *tom.* I. *opp. edit. paris. Montf.* consequens. Consule Natalem Alexandrum *diss.* IV. *in hist. saec.* I. §. IV. *pag.* 96. *seq. edit. lucensis an.* 1749., et Iosephum Augustum Orsium *lib.* II. *de auctor. rom. pontif. cap.* XII. *art.* I. et II. *pag.* 281. *seqq.* et 285. *seqq.* Caesarius arelatensis *Symmacho papae epist.* XIV. n. 2. „ Sicut a „ persona, *inquit*, beati Petri apostoli episcopatus sumsit „ initium, ita necesse est, ut disciplinis competentibus „ sanctitas vestra singulis ecclesiis, quid observare debeant, evidenter ostendas „. Neque repugnat Lucae *in act. apost.* locus. Nam sive ἀμέσως *immediate* a Deo, sive a Christo per Petrum in episcopos iurisdictionis auctoritas permanasit, manebit certe, *episcopos a Spiritu sancto positos esse regere ecclesiam Dei.* Quo sane modo explicari etiam caput illud septimum synodi toletanae potest. Quod si Ignatii martyris de *episcopis Christi sententia* constitutis opposuerint ex epistola ad ephesios testimonium *cap.* III. *pag.* 989. *seq. edit. londin. an.* 1746. *tom.* II. *apostolicor. pp.*, eadem illis responsione facile satisfaciam. Nec enim ita sunt instituti, ut Ignatium cum ceteris patribus, quorum descripsi testimonia, pugnare arbitrentur. Miror autem ab iis locum Cypriani quosdam afferri de *episcopis in toto mundo divina dignatione praepositis. Epist.* LXXIII. *ad Caecilium pag.* 148 *edit. opp. oxon. an.* 1682. Nam perspicua sunt, quae Cyprianus de sede Petri *radice unitatis*, *sole*, ex quo veluti radii, *arbore*, ex qua rami, *fonte* ex quo rivi iurisdictionis episcopalis profluant, scribit. Confer *tom.* V. *part.* I. *huius operis pag.* 58. *seqq.*

(1) Confer Ignatium *epist. ad smyrnaeos* n. VIII. *pag.* 54. *tom.* II. *apostolicor. pp. edit. londin. an.* 1746., *epist. ad magnesianos* n. VI. *pag.* 127., et *ad trallianos* n. II. *pag.* 171. et III. *p.* 173.

(2) *Epistola* LXI. *ad Cornelium al.* LV. *pag.* 129., quo loco iudicem vocat episcopum *vice Christi*. Consule Hincmari remensis episcopi ad conventum episcopor. etc. epistolam *tom.* V. *concilior. edit. paris. Hard. p.* 670.

(3) Confer quae scripsi *tom.* V. *par.* I. *huius operis pag.* 58. *seqq.*

Digitized by Google

sae rei publicae christianae praesit: romanum vero pontificem, qui universae ecclesiae praesidet (1) (ut qui successerit Petro, quem Christus sui loco principem apostolorum, rectoremque totius ecclesiae constituit) vere, proprieque a patribus vocari vicarii Christi nomine. Rursum si curam aliquando (2) episcopi alinae ecclesiae susceperunt, non auctoritate, qua in universa ecclesia valeant (hac enim eos carere liquet), sed charitate, quae nullis continetur finibus, susceperunt. Quod ipsum de iis est etiam statuendum, qui in alienis dioecesibus usi sunt auctoritate (3) sua. Qui autem leges ab episcopis datas ecclesiae fuisse contendunt, hi certe, cum quod factum doctrina (4) est, factum fuisse aucto-

(1) Vide supra *pag.* 2. *seqq. huius vol. seq.*

(2) Consule quae scripsi *tom.* v. *huius operis pag.* 62. *seqq.* Nam quod pseudo-Clemens *lib.* vi. *constitutionum apostolicarum cap.* xiv. *pag.* 346. *to.* i. *apostolicorum pp. edit. amstelod. an.* 1724, *fidei episcoporum universalem episcopatum esse commissum*, quodque Ignatius *epistola ad philadelphenos*, *susceptum ab episcopo ministerium communis ecclesiae*, et Eleutherius pontifex *epistola ad pontifices* gallicanos, *universalem ecclesiam episcopis commissam*, et Venantius episcopus e Tinisis, *sponsam suam a Christo episcopis commendatam*, et Alexander alexandrinus, *corpus catholicae ecclesiae episcopis traditum* aut scripserunt, aut scripsisse feruntur, expediri facile potest. Constitutionibus enim apostolicis auctoritas inest nulla. Sunt namque confictae fraude, adscriptaeque falso Clementi. Deinde etiamsi essent verae, tamen ita explicandae essent, ut est a nobis *tom.* v. *par.* i. *huius operis pag.* 62. *seq.* explicatus hac de re Cypriani locus. Ignatii autem martyris in epistola ad philadelphienses n. i. *pag.* 145. *seq.* locus longe aliter habet. Nihil enim de communi ecclesia loquitur. Episcopum eamque philadelphiensium non a se ipso, neque per hominem, sed in amore Dei patris, domini nostri Iesu Christi possedisse ait τὴν διακονίαν τὴν εἰς τὸ κοινὸν ἀνήκουσαν *administrationem, quae est spectans ad commune*, seu ad *populum*, nempe philadelphiensem. Eleutherio porro falso est ea *epistola* attributa. At in ea de charitate agitur, quae permovere episcopos debet, ecclesiae non suae modo, sed etiam universae, ut consulant quemadmodum possunt. *Ut pro omnibus*, inquit, *laboretis, et cunctis opem ferre non negligatis.* Ceterum summam potestatem pontifici romano reservat. *Ibid. tom.* i. *concilior. p.* 102. *seqq. edit. paris. Hard.*,, Episcoporum, *inquit*, iudicia hac de-,, ferantur, ut huius sanctae sedis auctoritate finiantur, ,, sicut ab apostolis, eorumque successoribus multorum ,, consensu episcoporum iam definitum est. Nec in ,, eorum ecclesiis alii aut praeponantur, aut ordinen-,, tur, antequam hic eorum iuste terminentur nego-,, tia etc. Quid? si laicis ipsis curam ecclesiae Avitus viennensis tribuat *ep.* xxxvi. *pag.* 77. *tom.* ii. *opp. Sirmondi*? Id vero de charitate intelligendum est. Venantii a Tinisis episcopi in concilio carthaginiensi a Cypriano coacto *opp. s. Cypr. edit. oxon. an.* 1682. *pag.* 239. testimonium eodem modo explicandum est atque locus Cypriani a nobis est explicatus *tom.* v. *par.* i. *huius operis pag.* 147. *seqq.* Quod idem est de Alexandri alexandrini episcopi loco statuendum.

(3) S. Epiphanius Salaminae in Cypro episcopus Palaestinam lustrans, diaconum, et sacerdotem in monasterio bethleemitico fratrum peregrinorum ordinarat, qui provinciae Iohannis hierosolymitani, ut idem scribit Epiphanius, nihil debebant, dissidebantque ab eodem Iohanne, propterea quod is origenianorum patrocinium suscepisse diceretur. Id vero se charitatis studio fecisse testatur, nec quidquam contra canones, aut prohibente episcopo loci egisse. Qua de re omni consule Natalem Alexandrum *dissert.* iv. *in hist. saec.* v. §. iv. *pag.* 98. *seqq. edit. lucensis an.* 1749. *tom.* iii.

(4) Gregorius nazianzenus *orat.* xxi. quae est de *s. Athanasio pag.* 392. *tom.* i. *opp. edit. colon. an.* 1690. Eum postea Alexandriam revertit, doctrinam restituisse catholicam scribit, et νομοθετεῖ, *inquit*, τῇ οἰκουμένῃ πάλιν. *Leges rursum universo orbi praescribit.* Sed is auctor praescripsisse eis aegyptiis Athanasium indicat, ut cuivis Gregorii locum consulenti patebit. Deinde si de universis egit christianis, de doctrina Athanasii, qua omnes erudirentur egerit, non de veris legibus necesse est. *Aliis*, inquit, *epistolas mittens, alios accersens, nonnullos etiam ultro accedentes erudiens, omnibusque liberam voluntatem pro lege proponens. Hoc enim solum ad praemonstrandam virtutis iter sufficere censebat.* Atque id quidem Athanasium amore in christianos omnes incitatum, non *iurisdictionis potestate*, qua potiretur, facere consuesse, ex *epist.* lxix. *al.* lii. *Basilii magni tom.* iii. *opp. edit. paris. Garnerii p.* 161.

ritate putent, turpissime labantur necesse est. Denique concilia episcoporum, qui ad suam provinciam, ditionemque haud pertineant, ab archiepiscopo, aut patriarcha cogi posse, coactave aliquando fuisse (1), nullo vetere monumento ostendi, efficique potest.

Undecimum est haereticorum argumentum huiusmodi. Is iure divino primas ecclesiae universae non est, cui a patribus primatum fuisse propter urbis nobilitatem concessum constat. Constat autem a patribus propter urbis excellentiam, nobilitatemque fuisse primatum pontifici romano datum. Non est ergo romanus pontifex ecclesiae universae primas.

Si propter urbis nobilitatem solum id genus principatus concessum romanis pontificibus fuisse synodi veteres, patresque dicerent, nulla inter nos esset adversariosque contentio. Sed cum ob factam a Christo servatore principi (2) apostolorum Petro ligandi, solvendi, ecclesiamque universam regendi, potestatem, eam in romanos pontifices, Petri successores primatus auctoritatem manasse dixerint, et litteris, memoriaeque posterorum mandarint; quid est, quod urbis nobilitatem nobis haeretici obiicere audeant, exeque ea, quasi solam patres nominarint, argumentum petere perfidiae impietatisque suae? Sed quod facere malae caussae patroni solent, ut cum documentis quibus tueri se possint careant, quidvis sibi esse arripiendum putent, ac grave, leve, verum, falsum non aeque curent, id ipsum protestantes, velut in ceteris, sic etiam in hac controversia faciunt, ut qui cum eis contendere instituerit, nae is bonum otium frustra conterere videatur.

Quod postremo loco opponunt, carere pontificem abrogandorum canonum potestate, adeoque principem, pastoremque christianae rei publicae universae dici nequire; inane est, dissolvitque patrum (3) eorumdem sententiis, quorum auctoritate adversarii

intelligitur, quo loco, *tantum*, inquit, *curam omnium ecclesiarum geris, quantam eius, quae tibi* ἰδίως; *proprie a Domino commissa est, quippe cum nullum tempus intermittas disserendi, admonendi, scribendi etc.*

(1) Totum hoc argumentum epigraphe synodi alexandrinae *an.* 369. habitae nititur, quae in inscriptione sic habetur.„ *Athanasius, ceterique episcopi, qui ex Ita„ lia, Arabia, Aegypto, et Lybia, Alexandriae adfuerunt „ etc. Salutem*, „. Sed quam hoc sit argumentum ridiculum nemo non videt. Confer Natalem Alexandrum loco modo indicato *pag.* 99. Vide *tom.* 1. *concilior. pag.* 730. *seqq. edit. paris. Hard.*

(2) Vide supra *pag.* 4. *huius vol.*, *et pag.* 7, 15, *seqq.*

(3) Non agitur hoc loco de legibus, quae iure naturae, ac divino praescriptae sunt. Nam his reges, pontificesque teneri, nemo est qui negare audeat. De canonibus ecclesiasticis sermo hic est, quorum dispensandorum, cum ratio, aequitasve postulat, auctoritatem pontifici inesse, ob potestatem *ligandi, solvendique* Petro divinitus datam, defendunt nostri. Qua quidem

abutuntur, potest. Nec vero intelligo, quo demum modo haeretici principatum pontificis tolli posse canonum observatione (1) putent. Nam si daremus (quod quibusdam placet) pontificis id

auctoritate, aiunt, uti pontifices oportere *in aedificationem*, ut inquit apostolus, *non in destructionem*, quemadmodum reges quacumque demum monarchica potestate praesint, eo non ad perniciem, sed ad rei publicae salutem utantur necesse est. Quare nemo fuit veterum, qui Caelestinum I. pontificem accusandum arbitraretur, quod secus atque canonibus nicaenis XV. et XVI. praescriptum fuerat, Proclum cyzicenum ad constantinopolitanum thronum transferendum censuerit. Socrates enim *lib.* VII. *histor. eccl. cap.* XL. *pag.* 329. *edit. taurin.* „ Id, *inquit*, Caelestini episcopi romani litterae tunc exhibitae confirmabant, quas ille Cyrillo Alexandriae episcopo, et Iohanni antiocheno, et Rufo thessalonicensi in eam rem miserat, docens nihil obstare, quo minus is, qui alicuius ecclesiae nominatus sit, aut reipsa existat episcopus, ad aliam ecclesiam transferatur „. Multa eiusmodi afferri possent ab Leone, Simplicio, Hadriano I. et II. date (nemine id iuris pontificibus adimente) exempla. Atque Gelasius quidem I. *epist.* VII. *ad episcopos Dardaniae tom.* II. *concilior. pag.* 909. *edit. paris. Hard.* „ Nec reticemus, *inquit*, quod cuncta per mundum novit ecclesia, quoniam quorumlibet sententiis ligata pontificum sedes beati Petri apostoli ius habeat resolvendi, utpote quod de omni ecclesia fas habeat iudicandi, neque cuiquam de eius liceat iudicare iudicio, siquidem ad illam de qualibet mundi parte canones appellari voluerint, ab illa autem nemo sit appellare permissus „. Confer eiusdem *epist.* XI., quae est *ad Faustum, ibid. p.* 895., ut etiam Aviti viennensis *epistolam an.* 503. *communi episcoporum Galliae nomine scriptam. Tom.* II. *concilior. pag.* 982. *seqq. edit. Hard.* Quo loco, „ Dum de causa, *inquit*, romanae ecclesiae anxii nimis, ac trepidi essemus, utpote nutare statum nostrum in laeso illo vertice sentientes, quos omnes una criminatio absque sinu invidiae multitudinis percusserat, si statum PRINCIPIS obruisset, perlata est sollicitudini nostrae ab Italia in exemplaribus sacerdotalis formula decreti, quam de papa Symmacho apud urbem collecti antistites ediderunt. Quam constitutionem licet observabilem numerosi, reverendique concilii reddat assensus, intelligimus tamen sanctum Symmachum papam, si saeculo primum fuerat accusatus, consacerdotum suorum solatium potius, quam recipere debuisse iudicium: quia sicut subditos nos esse terrenis potestatibus iubet arbiter caeli .... ita non facile datur intelligi, qua vel ratione, vel lege ab INFERIORIBUS EMINENTIOR IUDICATUR. Nam cum celebri praecepto apostolus clamet, accusationem nec in presbyterum recipi non debere, quid in PRINCIPATUM GENERALIS ECCLESIAE criminationibus licere censendum est? Quod synodus ipsa venerabilis laudabili constitutione prospiciens, causam quam (quod salva eius reverentia sit) pene temere susceperat, divino potius ASSERVAVIT EXAMINI, perstringens tamen prout breviter potuit, nihil vel sibi, vel gloriosissimo viro Theodorico regi, de his, quae papae dicebantur obiecta, patuisse .... In sacerdotibus ceteris potest, si quid forte nutaverit, reformari, at si papa urbis vocatur in dubium, episcopatus iam videbitur, non episcopus vacillare .... Expedit ut gubernatorem vestrum participato labore tueamini; alias autem, quae ratio est, si nautis in magistrum frementibus, non sine illorum periculo cedatur isto discrimine? Reddet rationem, qui ovili dominico praeest, quam commissam sibi agnorum curam administratione disponat. Ceterum non est gregis pastorem proprium terrere, sed iudicis „. S. Gregorius magnus *lib.* II. *al.* IX. *epist.* XLV. *al.* XXXIX. *pag.* 1129. *seq. tom.* II. *opp. edit. paris. an.* 1705. „ Si (Petrus apostolus) *inquit*, cum a fidelibus (ob baptizatum Cornelium centurionem) culparetur, auctoritatem, quam in sancta ecclesia acceperat, attendisset, respondere poterat, ut pastorem suum oves, quae ei commissae fuerant, reprehendere non auderent „. Mitto cetera pontificum et patrum loca, quod haec satis esse ad rem demonstrandam putem. Consule interea, si placet, Iosephum Augustinum Orsium S. P. A. magistrum, *tom.* III. *par.* II. *operis de auctorit. romani pontificis, lib.* VII. *cap.* VI. *seqq. pag.* 651. *seqq. edit. romanae an.* 1740., et adnotation. *in Natal. Alex. hist. eccl. saec.* I. *dissert.* IV. §. I. *seqq. pag.* 110. *seqq. edit. lucensis an.* 1749. *tom.* III.

(1) Iulius I. pont. max. *epist. ad orientales apud s. Athanasium lib. de synodis, et tom.* I. *epistolar. romanor. pontif. edit. Coustantii n.* IV. *p.* 362. „ Fieri non potuit, *inquit*, ut ordinatio Secundi ariani in ecclesia catholica valeret. Illud enim revera synodo, et episcopis, qui in ea consenere, contumeliosum esset, si quae illi tanto studio, ac pietate, tamquam Deo praesente, egerunt, quasi nullius pretii abrogarentur. „ *Et n.* XIII. *pag.* 374. „ Haec cum ita dicerentur .... totque ipse (Athanasius) afferret innocentiae suae argumenta, quid agendum fuit, aut quidnam aliud postulabat ecclesiastica regula, nisi ut virum non damnaremus „? Sed haec ad rem non pertinent, quae ceteroqui nobis obiiciuntur. Primum enim de ordinatione episcopi ariani est, quem manentem in haeresi, pontifex certe summus recipere ut legitimum episcopum omnino non poterat, cum tales recipi Christi legibus vetitum esse constet; al-

Digitized by Google

esse proprium, tueri solum canones, imperareque eorum observationem, nonne is etiam principatus consisteret, quem adversarii sublatum vellent? Quamquam traditum a maioribus esse vidimus, si iusta caussa postulet, abrogari a pontifice canones, dispensarive iure posse.

Consulendi scriptores catholici Agobardus (1) episcopus lugdunensis, Aeneas parisiensis (2), Arnulphus episcopus lexoviensis (3), Anselmus havelbergensis antistes (4), Thomas Aquinas (5), Manuel Calecas (6), Barlaamus episcopus gyracenus (7), Alexan-

terum de innocente damnando, quod iuri naturae, ac divino repugnat. Quare de reliquis pontificibus videamus. Innocentius I. *epist.* VII. *ad clerum, et populum constantinop.* n. III. *pag.* 799. *epistolar. rom. pontif. tom.* I. „ Quod ad canonum observationem attinet, „ solis illis parendum esse dicimus, qui Nicaeae defi„ niti sunt, quos solos sectari, et agnoscere debet ec„ clesia catholica „. Eadem fere habent Zosimus *epist.* IV. *ad Aurelium, et reliquos episcopos africanos*, num. 1. *ibid. p.* 955., ut *epist.* V. *ad episcopos provinciae viennensis et narbonensis pag.* 959., Bonifacius *epist.* III. *ad Hilarium narbonensem tom.* I. *conciliorum pag.* 1240. *edit. paris. Hard.* Confer Leonis I., Felicis III., Agapeti, Hilari, Gelasii, Gregorii magni, Martini I. etc. testimonia, quae collegit natalis Alexander *dissert.* IV. *in hist. saec.* I. *pag.* 101. *seq. edit. lucensis modo laudatae tom.* III., quae quidem omnia vindices esse canonum romanos pontifices, atque adsertores efficiunt, quod nemo inficiatur. Quod si s. Caelestinus epistola III. ad *Perigenem* etc. scripsit: „ Neque praecipue „ circa omnes cura constringimur, quibus necessita„ tem de omnibus tractandi Christus in sancto Petro „ apostolo, cum illi claves aperiendi, claudendique da„ ret, indulsit, et inter apostolos suos, non qui al„ tero esset inferior, sed eum maxime, qui esset pri„ mus, legit: dominentur nobis regulae, non regulis „ dominemur; simus subiecti canonibus, cum canonum „ praecepta servamus. „ *Tom.* I. *epistolar. rom. pontif. pag.* 1063. *edit. paris. Constantii*: non eo scripsit, quo iusta caussa poscente *dispensare* a canonibus nequeat apostolica sedes, cum eum, repugnante nemine, *dispensasse* ostensum paullo ante fuerit; sed quo non temere sibi quidquam hac in re agendum, neque violenter dominatione quadam praescribendum sciret, abrogando canones, aut dispensando, qui constituti tanta et diligentia, et sapientia, tantaque utilitate populi christiani essent. Quod ipsum Augustinus animadvertit in epistola ad Caelestinum n. IX. *ibid. pag.* 1057. „ Non sinas ista fieri, obsecro te per „ Christi sanguinem, per apostoli Petri memoriam, „ qui christianorum praepositos populorum monuit, „ ne violenter dominentur in fratres „.

(1) Vixit nono eccl. saeculo, edLditque librum *de comparatione utriusque regiminis ecclesiastici, et politici*, qui extat *tom.* II. *operum Agob. edit. paris.* Baluzii an. 1665. *pag.* 43. *seqq.*

(2) Saeculi eiusdem scriptor *lib. advers. graecos cap.* CLXXXVII. *pag.* 143. *seqq. tom.* I. *spicileg. acheriani edit. paris.* an. 1723.

(3) Saeculi XII. scriptor *lib. contra Gerardum engolismensem de schismate orto post* decessum Honorii II. *cap.* IV. *seqq. pag.* 156. *et seqq. tomo eodem spicilegii acheriani.*

(4) Eiusdem saeculi auctor illustris *lib.* III. *dialogorum in prooem. tomo eodem spicileg. acher. pag.* 170. *seq. et lib.* III. *cap.* V. *seqq. pag.* 193. *seqq.*

(5) Doctor angelicus, qui vixit saeculo XIII. *opusculo contra errores graecor. lib.* II. *cap.* XXXII. *seqq. pag.* 17. *seqq. edit. paris. opusculor.* an. 1656. Idem pluribus aliis in locis de pontifice successore beati Petri, ecclesiaeque universae primate disputat, quos quidem locos collegit Iohannes card. Torrecremata, transtulitque in suum libellum, quem inscripsit *de summi pontificis auctoritate flores sentent.* s. *Th.*, et Iuliano card. Caesarino dicavit. Hunc ipsum libellum edidit Florent. an. 1715. Thomas Nifsle.

(6) Constantinopolitanus ex ord. praedicator., qui vixit saeculo XIV. scripsitque praeter cetera adversus graecos libros quatuor. Atque in quarto quidem de *primatu pontif. rom. disputat.* Vide *tom.* XXVI. *biblioth. patrum edit. lugd.* an. 1677. *pag.* 460. *seqq.*

(7) Hieracensis, vixit saec. XIV. *In epistola ad amicos suos in Graecia constitutos, de unione sacrosanctae romanae ecclesiae tom. eodem bibl. patrum pag.* 4. *seqq.* Et *epist. ad eosd. de primatu ecclesiae rom. et process. Spiritus sancti ibid. pag.* 7. *seqq.* Et *epist. ad Demetrium thessalonicensem ibid. pag.* 19. *seq.* Et *epist. ad Alexium Calochetum ibid. pag.* 20. *seqq.* pontificem maximum primas in ecclesia universa obtinere non dignitatis modo, sed etiam potestatis partes, ut qui sit Petri successor, ostendit.

Digitized by Google

der a s. Helpidio (1), Alvarus Pelagius (2), s. Antoninus (3), Cataldinus Boncompagnius (4), Iohannes a Turrecremata cardinalis (5), Thomas waldensis (6), Georgius Trapezuntius (7), Ioannes Plussiadenus (8), et Iohannes a monte Nigro (9), Augustinus Steuchus eugubinus (10), Albertus Pighius campensis (11), Dominicus Sotus (12), Alphonsus de Castro (13), Alphonsus Mendoza (14), Cyprianus Benetus (15), Camillus Campegius (16), Ioannes Ekius (17), Iohannes Faber (18), Antonius Florebellus (19), Franciscus Victoria (20), Petrus Sotus (21), Ambrosius Catharinus (22), Alanus Copus (23), Boetius Epo (24),

(1) Eremita augustiniensis saeculi xiv. scriptor *tract. de ecclesiastica potestate* apud *Roccabertum* tom. II. *biblioth. pontif. pag.* 1. *seqq. edit. rom. an.* 1698.

(2) De planctu ecclesiae *lib.* I. *cap.* I. *seqq. p.* 1. *seqq. edit. venetae an.* 1560.

(3) III. p. summae tit. XXII. *cap.* I. *seqq. p.* 1174. *seqq. edit. veron. an.* 1746.

(4) De *potestate papae, et translat. concilii tom.* XIII. *par.* 1. *tractatuum illustrium, pag.* 16. *seqq. edit. venetae an.* 1584.

(5) In summa de ecclesia *lib.* II. *cap.* I. *seqq. edit. venetae an.* 1560. *pag.* 116. *seqq.*

(6) In summa contra waldenses *tom.* I. *lib.* II. *cap.* XXVIII. *seq. pag.* 114. *seqq. edit. an.* 1532.

(7) Oratione ad creten. *de process. Spir. s. et una sancta catholica ecclesia n.* VII. *pag.* 550. *tom.* I. *Graeciae orthod. Leon. Allatii edit. rom. an.* 1652.

(8) *Discept. pro concilio florent. pag.* 645. *tom.* I. *Graeciae orthod. edit. Allatii. Videndae etiam Bessarion card. nicaenus epist. ad graecos hortatoria, quae extat inter Arcudii opusc. pag.* 327. *edit. rom. an.* 1670.

(9) *Collat.* XXIII. *synodi florentinae pag.* 958. *seqq. concilior. edit. paris. Hard.* Eodem spectant, quae collegit Georgius Scholarius, seu Gennadius patriarcha constantinopolitanus, seu quisquis est auctor *defensionis* V. *capitum concil. florent. cap.* V. *pag.* 177. *seqq. edit. rom. an.* 1637.

(10) Saeculi XVI. auctor, *de unitate religionis christianae, quae ex uno capite, unaque sede romana pendeat, lib.* II. *edit. an.* 1530. *Extat etiam apud Roccabertum biblioth. pontificiae tom.* IV. *pag.* 553. *seqq.* Saeculo XV. scripserat beatus Iohannes a Capistrano ord. min. *de papa, et concilii auctoritate*, editum est id opus Neapoli *an.* 1613.

(11) Visit eodem saeculo XVI. Confer eius *de hierarchia ecclesiastica opus lib.* III. *cap.* I. *seqq. pag.* 90. *seqq. edit. coloniensis an.* 1558.

(12) *De potest. ecclesiast.* Extat apud Roccabertum *tom.* X. *bibl. pontificiae pag.* 137. *seqq.*

(13) *Adversus haereses lib.* XII. *ad* V. *papa, p.*786. *seqq. edit. paris. an.* 1678.

(14) *De regno, et dominio Christi, et de finibus summi pontificis. Extat apud Roccabertum tom.* III. *biblioth. pontif. pag.* 1. *seqq.*

(15) *Aragoniensis ord. praed. doctor. paris., et s. theologiae in archigymn. rom. cathedrae moderator, in opere, quod inscripsit, de prima orbis sede, de concilio, et ecclesiastica potestate, ac de S. D. N. papae dominio ad Leonem X., edit. rom. an.* 1512. *pag.* 1. *seqq.*

(16) Seu quisquis tandem ille est auctor, qui opusculum perfecit, inscripsitque: *Pro ss. romano, et catholicae ecclesiae episcopo sacri veritatis testes, rationes, et ecclesiae progressus fidelis observatio, adversus Matthiam Flacium Illyricum. Extat tom.* VII. *bibliothecae pontificiae Roccaberti pag.* 133. *seqq.*

(17) In enchiridio *locor. communium adversus Martinum Lutherum, lib.* III. *de primatu sedis apostolicae et Petri pag.* 38. *seqq. edit. colon. an.* 1600., *et in libris tribus de primatu Petri pag.* 1. *seqq. edit. ingolstad. an.* 1551.

(18) *Lib. de primatu Petri, et romani pontificis. Extat tom.* XIV. *biblioth. pontificiae Roccaberti pag.* 226. *seqq.*

(19) *De auctoritate ecclesiae ad Iacobum Sadoletum episcopum carpentoratensem edit. lugdun. an.* 1546. *p.* 62. *seqq.*

(20) *Relect.* IV. *de potestate papae, et concilii p.*123. *seqq. edit. lugd. an.* 1586.

(21) *In defension. catholicae confess. adv. confess. Wittembergensium. Extat tom.* XVIII. *biblioth. pontif. Roccaberti pag.* 62. *seqq.*

(22) *In excusatione disputationis adv. Martinum Lutherum ad universam eccl. pag.* 32. *seqq. edit. florent. an.* 1521. Vide etiam Franciscum Vargam *de auct. pontif. max. et iurisd. episcop. edit. rom. an.* 1563.

(23) In dialogo, qui est *contra summi pontificatus oppugnatores, pag.* 1. *seqq. edit. antuerp. an.* 1566.

(24) De iure sacro, seu *de principiis iuris pontificii etc. deque uno capite ecclesiae in terris aspectabili cap.* III. *seqq. Extat tom.* V. *biblioth. pontif. Roccaberti p.* 763. *seqq.*

Digitized by Google

Franciscus Turrianus (1), Melchior Canus (2), Hieronymus Mutius (3), Thomas Bozius (4), Ramundus Rufus (5), Caesar Baronius (6), Gaspar Contarenus (7), Iacobus Latomus (8), Iacobus Simanchas (9), Ioh. Fischerus roffensis episc. (10), Dominicus Bannesius (11), Leonardus Coquaeus (12), Nicolaus Sanderus (13), Onuphrius Panvinius (14), Reginaldus Polus (15), Stanislaus Hosius (16), Silvester Prieras (17), Sixtus Senensis (18), Thomas Caietanus (19), Thomas Campegius (20), Thomas Stapletonus (21), Willelmus Lindanus (22), Iodocus Coccius (23), Robertus Bellarminus (24), Antonius Polus (25), cardinalis Perro-

(1) Soc. Iesu, de hierarchicis ordinationibus lib. I. cap. III. seqq. pag. 7. seqq. edit. diling. an. 1569.

(2) Locor. theologicor. lib. VI. cap. I. seqq. p. 177. seqq. edit. patav. an. 1714.

(3) Difesa della messa, de' santi, del papato contra le bestemmie del Vireto. Pisauri an. 2558. lib. III. pag. 267. seqq. Confer tom. XIII. bibl. pontif. Roccab. pag. 216. seqq.

(4) Eugubinus presbyter oratorii, de signis ecclesiae Dei lib. XVII., signo LXXXIII. pag. 216. seqq. et lib. XVIII. seq. p. 225. seqq. tomo II. edit. rom. an. 1591.

(5) In Molinaeum pro pontifice max. etc. pag. 1. seqq. edit. paris. an. 1553.

(6) In annalibus passim. Videndus etiam Radulphus Cupers tract. de unio. eccles. etc. eiusque principatu etc. pag. 27. seqq. edit. venetae an. 1588.

(7) De potestate romani pontificis in usu clavium, et de potest. in composit. edit. florentinae an. 1558. p. 1. seqq. Extat etiam tom. XIII. bibl. pontific. Roccaberti pag. 175. seqq. Confer diatribam card. Quirini ad tom. III. epistolar. card. Poli cap. VI. pag. LV. seq. edit. brix. an. 1749.

(8) De primatu pontificis contra Lutherum apud Roccabertum tom. XIII. biblioth. pontif. pag. 232. seqq.

(9) De eodem argumento ibid. pag. 270. seqq.

(10) In convulsione calumniarum Ulrichi Veleni minhoniensis, quibus Petrum numquam Romae fuisse cavillatus est pag. 1300. seqq. edit. Wirceburgensis an. 1547. Idem in confutat. errorum Lutheri art. XXV. ibid. p. 531. seqq.

(11) In secundam secundae summae theologicae s. Thomae, lib. I. art. X. dubit. IV. seq. pag. 292. seq. edit. venetae an. 1586.

(12) In Antimornaeo, p. 1. seqq. edit. paris. an. 1613. Extat in biblioth. pontific. Roccaberti tom. XV. p. 267. seqq.

(13) De visibili monarchia ecclesiae, lib. I. seqq. cap. I. seqq. pag. 1. seqq. edit. lovan. an. 1571. Et de clavi David, seu regno Christi contra calumnias Acleri pro visibili monarchia ecclesiae edit. rom. an. 1588.

(14) Libro de primatu Petri edit. veron. an. 1569. pag. 1. seqq.

(15) De summo pontifice Christi in terris vicario, eiusque officio, et potestate. Extat apud Roccabert. tom. XVIII. pag. 138. seqq. biblioth. pontif.

(16) De loco et auctoritate rom. pontif. etc. pag. 361. seqq. edit. operum antuerp. an. 1572.

(17) Adv. Luther. lib. I. cap. II. seqq. pag. 2. seqq. edit. romanae an. 1520.

(18) Biblioth. sanctae lib. VI. annot. LXVII. seq. p. 770. seqq. edit. neapol. an. 1742.

(19) Tract. I. de auctorit. papae, et tract. II. de comparata auctor. papae, et concilii, et tract. III. de institut. et auctorit. papae pag. 1. et seqq. tom. I. opusculor. edit. venetae an. 1593.

(20) Cardinalis, anno 1540. floruit. Extat eius de auctorit. et potest. rom. pont. opus tom. XIX. biblioth. pontif. Roccabert. pag. 568. seqq.

(21) Controvers. lib. VI. cap. I. seqq. pag. 935. seqq. tom. I. opp. edit. paris. an. 1620., et de magnitud. rom. eccl. lib. I. cap. I. seqq. pag. 1. seqq. tom. II. par. II.

(22) Extat eius opus de vera Christi eccl. tom. XX. biblioth. pontific. Roccaberti pag. 463. seqq.

(23) Thesauri catholici libro VII. art. X. seqq. p. 781. seqq. edit. colon. an. 1619. Eodem spectant, quae scribit Iohannes Maria Verratus carmelita in disputat. adversus lutheranos pag. 173. seqq. edit. venetae an. 1547.

(24) Controv. II. de summo pontifice lib. I. seqq. cap. X. seqq. pag. 268. seqq. edit. operum venetae an. 1721. tom. I.

(25) In lucidario potestatis papalis pag. 1. seqq. edit. venetae an. 1876. Confer etiam Alexandrum Carerium patavinum lib. de potestate rom. pontif. pag. 1. seqq. edit. patav. an. 1599.

Digitized by Google

nius (1), Abrahamus Bzovius (2), Alphonsus Alvaresius (3), Andreas Duvalius (4), Andreas Lao (5), Antonius Charlas (6), Ludovicus Abelly, et Antonius Augustinus (7), Antonius Possevinus (8), Carolus Mannellus, et Balduinus Iunius (9), Dominicus Gravina (10), Sebastianus Caesar (11), Iacobus Gretserus (12), Michaël Nau (13), Franciscus Agricola (14), Thyrsus Gonzalesius (15), Iohannes Matthaeus Caryophilus (16), Leo Allatius (17), De Lartigue (18), Augustinus de Bellis (19), Augustinus Oregius (20), Balthasar Nardius (21), Caelestinus Sfondratus (22), Didacus de Cea (23), Dominicus a s. Trinitate (24), Dominicus

(1) *Répliques à la response du ser. roy de la grande Bretagne lib. I. cap. XXV. seqq. pag. 13. seqq. edit. paris. an.* 1622.

(2) In opere inscripto, *pontifex romanus, seu de praestantia, officio, auctoritate etc. romanor. pontificum cap. I. seqq. Extat tom. I. biblioth. pontif. Roccaberti pag.* 1. *seqq.*

(3) In opere edito *venetiis a.* 1150., quod inscripsit *de ecclesiastica divina potestate, et de unitate s. matris ecclesiae, ac de unitate, et plenissima potestate sacri summi romani pontificis.*

(4) *Tract. de suprema summi pontificis auctoritate,* quem inseruit *comment. in II. II. summae theol. s. Thomae,* ediditque an. 1631. Extat etiam *tom. III. biblioth. pontif. Roccaberti pag.* 405. *seqq.*

(5) In opere *de summo pontifice contra sectarios. Edit. rom. an.* 1663.

(6) *Lib.* inscripto, *primatus iurisdictionis rom. pont. assertus, edit. colon. an.* 1700.

(7) *Défense de la hiérarch. de l'église, et de l'autorité légitime de N. S. P. le pape etc., par. I. observ. I. seqq. pag.* 1. *seqq. edit. paris. an.* 1659. De Antonio Augustino vide, quae ex eius *epitome iuris pontif.* de pontifice maximo transtulit in *tom. IV. bibliothecae pontificiae* Roccabertus *pag.* 161. *seqq.*

(8) *De potestate papae ad Moscoviae ducem.* Continetur liber *tom. IV. biblioth. pontific. Roccaberti p.* 455. *seqq.*

(9) Carolus Mannellus episcopus thermoliensis, *difesa della monarchia ecclesiastica, asserv. I. seqq. p.* 1. *seqq. edit. rom. an.* 1655. Balduinus Iunius *tract. de romano pontif.* Extat *tom. V. bibl. pontif.* Roccaberti *pag.* 161. *seqq.*

(10) Ord. praed. *catholicarum praescriptionum controv. V. seqq. de ecclesiae catholicae cathedr. pag.* 1. *seqq. tom. IV. part. I. edit. neapolit. an.* 1635. Confer etiam Angelum Petriccam ord. min. convent. *de eccles. milit. et triumph. lib. II. disp. I. seqq. pag.* 39. *seqq. edit. rom. an.* 1647.

(11) *De ecclesiastica hierarchia par. I. disp. I. de rom. pontif. pag.* 103. *seqq. edit. conimbricensis an.* 1628.

(12) *Tom. II. defens. controvers. Roberti Bellarm., controv. de summo pontif. cap. I. seqq. pag.* 397. *seqq. edit. ingolst. an.* 1109.

(13) *In vera effigie ecclesiae romanae, graecaeque, dialogo I. pag.* 119. *seqq. edit. paris. an.* 1680.

(14) *De primatu s. Petri apostoli, et eius successor. rom. pontif.* Extat. *tom. XII. biblioth. pontif. Roccab. pag.* 1. *seqq.*

(15) Praepositus generalis societatis Iesu, *de infallibilit. romani pontificis disp. I. seqq. pag.* 1. *seqq. edit. rom. an.* 1189.

(16) In opere inscripto Ἀντίῤῥησις πρὸς Νίλον τὸν Θεσσαλονίκης περὶ τῆς ἀρχῆς τοῦ πάπα. *Confutatio Nili thessalonicensis de primatu papae, pag.* 1. *seqq. edit. paris. an.* 1626.

(17) *De ecclesiae occidentalis, atque orientalis perpetua consensione lib. I. cap. II. seqq. pag.* 7. *seqq. edit. colon. an.* 1148.

(18) *De la puissance hiérarchique, ou primauté, qui est en l'eglise, avec la réfutation de Blondel, Mestrezat, Sommaise etc. Lugd. an.* 1111.

(19) Clericus regularis, *de absoluta divi Petri monarchia tract. I. seqq. pag.* 1. *seqq, edit. rom. an.* 1657.

(20) Cardinalis *tract. de eccl. hierarch.* Extat apud Roccabertum *tom. IV. bibl. pontif. pag.* 629. *seqq.*

(21) Arretinus in opere inscripto, *expunctiones locorum, qui in libro de papatu romano ignoti auctoris depravantur, mutilantur, et tam false afferuntur, quam in prima parte reipub. M. Antonii de Dominis, unde per compendium videntur congesti. Edit. paris. an.* 1611.

(22) In *Gallia vindicata diss. IV. p.* 117. *seqq. edit. Sanct. Gall. an.* 1117., et in *regali sacerdotio*, *quod nomine Eugenii lombardi edidit an.* 1184. *p.* 579. *seqq.*

(23) *In archeologia sacra.* Extat *apud Roccab. tom. VIII. biblioth. pontif. pag.* 1. *seqq.*

(24) Carmelita excalceatus, *bibl. theolog. tract. de summo pontifice, romano etc. edit. rom. an.* 1166. *p.* 152. *seqq. tom. III.*

Digitized by Google

Marchesius (1), Elias Astorinus (2), Emmanuel a Schelstrate (3), Franciscus Macedo (4), M. Antonius Cappellus (5), Ludovicus Thomassinus (6), Rosweydus (7), Nicolaus Coeffetau (8), Petrus Labat (9), Felix Antonius Guarnerius (10), Michaël Mauclerius (11), Richardus Simonius (12), Franciscus Harlaius antistes rotomagensis (13), Andreas Evdaemon Iohannes (14), Honoratus Faber (15), Antonius Diana (16), Zaccharias Boverius (17), Iohannes Iaubertus (18), Franciscus Veronus (19), Theophilus Raynaudus (20), Cardinalis Richelius (21), Iustus Calvinus (22), Petrus de Marca (23), Bernardinus Vetuveis (24), Faustus Naironus (25), Cellotius, Pallavicinus (26), Augustinus Redin-

(1) *Tract. de capite visibili ecclesiae.* Extat tom. IX. *biblioth. pontificiae Roccaberti p.* 623. *seqq.*

(2) *Ord. carmelit. Prodrom. apologet. de potest. s. sedis apostolicae.* Extat apud *Roccaberti tom.* XI. *bibl. pontif. pag.* 3. *seqq. Et de vera Christi ecclesia lib.* I. *seqq. pag.* 25. *seqq. edit. neapol. an.* 1700.

(3) *Antiquit. eccl. tom.* II. *dissert.* II. *pag.* 75. *seqq. edit. rom. an.* 1697.

(4) *Ord. minor. De clavibus beati Petri lib.* I. *p.* 1. *seqq. edit. rom. an.* 1660.

(5) Ord. minor. conventual. *Disput. de summo pontificatu beati Petri, et de success. episcopi rom. in eundem pontificatum. Disp.* I. *seqq. pag.* 1. *seqq. edit. coloniensis an.* 1621.

(6) Multa is disputat de *primatu P. M. in dissert. de conciliis diss.* I. *seqq. p.* 1. *seqq. edit. paris. an.* 1667.

(7) Heribertus soc. Iesu *in lege talionis XII. tabular. card. Baronio ab Isaaco Casaubono dicta : edit. antuerp. an.* 1614.

(8) Ord. praed. *pro sacra monarch. eccl. catholicae adversus rem publicam M. Antonii de Dominis lib.* I. *seqq. cap.* I. *seqq. pag.* 1. *seqq. edit. paris. an.* 1623.

(9) Ord. praed. *de infallib. et potest. papae.* Extat apud Roccabertum *tom.* XVIII. *bibl. pontif. p.* 46. *seqq.*

(10) De ecclesia militante *lib.* II. *cap.* III. *seqq. pag.* 91. *seqq. edit. rom. an.* 1694.

(11) *De monarchia eccl. par.* II. *lib.* III. *seqq. p.* 357. *seqq. edit. paris. an.* 1622.

(12) *Critique, ou examen de preiuges de Mr. Iurieu contre l'église romaine: par.* II. *cap.* III. *seqq. pag.* 76. *seqq. edit. paris. an.* 1690.

(13) In apologia *evangelii lib.* II. *pag.* 228. *seqq. edit. paris. an.* 1625.

(14) Soc. Iesu, in eo libello, quem inscripsit, *responsio ad epistolam Isaaci Casauboni. Edit. colon. an.* 1612. *pag.* 1. *seqq.* Quamquam is leviter quaestionem hanc attigit, quae est de summo in ecclesia rom. pontif. principatu. Copiosius rem egit auctor, qui sub nomine *Fidelis Annosi veremontani* libros publicavit Antuerpiae *an.* 1620. inscriptos : *hypocrisis M. Antonii de Dominis detecta, seu censura in eius libros de republica ecclesiastica lib.* I. *seqq. p.* 1. *seqq.*

(15) In libello inscripto: *Hermanni Conringii concussio excussa, et romanae fidei firmitas inconcussa: edit. Augustae Vindel. an.* 1664. *pag.* 6. *seqq.*

(16) In opere, cui titulus, *dogmaticae. Tract.* I. *pag.* 1. *seqq.*

(17) *In censura paraenetica in* IV. *libros de rep. eccl. M. Antonii de Dominis lib.* I. *seqq. pag.* 82. *seqq. edit. mediol. an.* 1621.

(18) Archiep. arelatensis. *Bouclier de la Foy tom.* II. *cap.* XIV. *seqq. pag.* 484. *seqq. edit. paris. an.* 1631.

(19) *Méthodes de traiter les controv. de rélig.* II. *par.* II. *contr. c.* XVI. *pag.* 307. *seqq.*

(20) *Corona aurea rom. pont. subnot.* II. *verit.* I. *seqq. pag.* 130. *seqq. tom.* X. *opp. edit. lugd. an.* 1665.

(21) *Traité pour convertir ceux, qui se sont séparés de l'église: lib.* II. *cap.* I. *pag.* 144. *seqq. edit. paris. an.* 1651.

(22) *Praescriptionum adversus haereticos perpetuarum cap.* XIX. *seqq. pag.* 87. *seqq. edit. mogunt. an.* 1602.

(23) *De concord. sacerd. et imperii lib.* I. *c.* XI. *p.* 62. *seqq. edit. francof. an.* 1708.

(24) *In speculo ecclesiae Christi lib.* V., *qui est de ecclesia romana, et eiusdem summo pontifice pag.* 184. *seqq. edit. colon. an.* 1664.

(25) *Evoplias* III. *p. cap.* II. *pag.* 262. *seqq. edit. rom. an.* 1694.

(26) Cellotius soc. Iesu. *Lib.* IV. *hierarch. eccles. cap.* VII. *pag.* 182. *seqq. edit. potomag. an.* 1641. Nicolaus Pallavicinus scriptor item soc. Iesu ingens opus edidit in tria volumina distributum, inscriptumque, *difesa del pontificato romano, e della chiesa cattolica, ove si dimostrano la sovranità, l'infallibilità, la santità, e altre sublimi doti del principato apostolico : edit. rom. an.* 1687.

Digitized by Google

gius (1), Abrahamus Echellensis (2), Hailerius (3), Iohannes Thomas Rocabertius (4), Liberius a Iesu (5), Ludovicus Gottus cardinalis (6), Benedictus Bacchinus (7), Franciscus Antonius de Simeonibus (8), Philippus Anastasius (9), Natalis Alexander (10), Dominicus Brennerus (11), Petitidierus (12), Schewmacherus (13), Nicolaus Comnenus Papadopulus (14), Michaël Lequienius (15), Iohannes Andreas Tipaldus (16), Iosephus Augustinus Orsius (17), Aloysius Lucinius S. R. E. cardinalis (18), Aloysius Andruzzius (19), Franciscus Antonius de Cavalcantibus clericus regularis theatinus archiepiscopus consentinus (20), Hieremias a Bennettis (21) ordinis minorum capuccinorum, ut alios propemodum innumerabiles praetermittam, qui in suis institutionibus, commentariisque theologicis de summo romani pontificis principatu (ut cuiusque propositum, institutumque poscebat) copiose, vel brevibus disseruerunt. Hos autem, Grotiumque virum

(1) *De papae, et concilii, quoad superioritatis praerogativam inter se comparatione etc. pag. 9. seqq. edit. an.* 1688. Et *in dissertationibus controversisticis diss. IV. pag. 198. seqq. edit. olnudiensis an.* 1670.

(2) *De origine nominis papae*, nec non de illius proprietate in romano pontifice, *adeoque de eiusdem primatu, cap. XXI. seqq. pag. 991. seqq. edit. rom. an.* 1660. Confer etiam Martinum Becanum *de republ. eccl. contra Marcum Antonium de Dominis lib. II. seqq. pag. 44. seqq. edit. mogunt. an.* 1619.

(3) *Lib. IV. hierarch. eccl. cap. III. art. I. seq. pag.* 682. *seqq. edit. paris. an.* 1656. Confer etiam *Angeli de Sonnemo opus de regno Christi D. N. par. I. disp. III. seqq. pag. 24. seqq. edit. rom. an.* 1671.

(4) *De rom. pontif. auctorit. vol. I. et II. edit. valentinae an.* 1691.

(5) *In controv. dogmat. to. I., controv. IX. seqq. pag. 56. seqq. edit. rom. an.* 1701.

(6) Ord. praed. *della vera chiesa. Tom. II. par. I. art. I. seqq. pag. 1. seqq. edit. bonon. an.* 1719. Consule etiam Andreae Semerii *soc. Iesu* opus inscriptum, *breve difesa della vera religione cap. III. seqq. p.* 27. *seqq. edit. brixiensis an.* 1710.

(7) *Lettere polemiche contro il sig. Giacomo Piccinino, lett. IV. seq. pag. 251. seqq. edit. altorfianae an.* 1730.

(8) *De romani pontificis iudiciaria potestate tom. V. cap. I. seqq. pag. 4. seqq. edit. rom. an.* 1747.

(9) *De suprema rom. pontif. in eccl. potestate edit. benev. an.* 1725.

(10) *In hist. eccl. nov. test. dissert. IV. pag. 77. seqq. edit. lucensis an.* 1749.

(11) *Selectar. assertion., assert. XXI. seqq. pag. 16. seqq. edit. paris. an.* 1713. Confer etiam opus inscriptum, *de locis theologicis theologi lovaniensis. dissertation. V. pag. 390. seqq. edit. lov. an.* 1737.

(12) *Tratt. teol. sopra l'autorità, e infall. de' sommi pontefici, edit. rom. an.* 1725. Est id opus de gallico conversum a Vincentio M. Ferrettio, qui post ord. praed. proc. init.

(13) Soc. Iesu. Lettres d'un docteur allemand de *l'université catholique de Strasbourg, epist. III. pag.* 125. *seqq. edit. argentinae an.* 1730.

(14) In praenotionibus mystagogicis *resp. VI. sect. I. seq. n. VII. seqq. pag. 341. seqq. edit. patav. an.* 1697.

(15) In opere inscripto: *Stephani de Altimura ponticensis contra schisma graecorum etc. adv. criminationes Nectarii P. H., quas congessit in lib. de primatu papae pag. 1. seqq. edit. paris. an.* 1718.

(16) Soc. Iesu. *La guida alla vera chiesa di Gesù Cristo proposta principalmente a' seguaci di Fozio par. I. cap. IV. prop. III. art. I. seqq. edit. rom. ann.* 1752.

(17) *De auctorit. rom. pontif. lib. IV. cap. I. seqq. pag. 500. seqq. tom. II. editionis rom. an.* 1731.

(18) *De privilegiis rom. pontificis §. I. seqq. edit. venetae an.* 1734.

(19) Libro inscripto, *vetus Graecia de s. romana sede praeclare sentiens, sive responsio ad Dositheum patriarcham hierosolymitanum, edit. venetae an.* 1713.

(20) *In vindiciis rom. pontif. edit. rom. an.* 1749.

(21) In eo opere refertissimo eruditionis atque doctrinae, quod inscripsit, *privilegiorum in persona s. Petri romano pontifici a Christo Domino collatorum vindiciae in duas partes, et quinque tomos distributae edit. rom. an.* 1756.

ipsum de protestantinm quidem factione, qui (ut concordiae, pacisque constituendae studiosus erat) catholicis est assensus pro episcopi romani primatu (1) agentibus; hos, inquam, si cum haereticis, cumque schismaticis graecis, qui contra pugnant, contuleris, intelliges quidem certe, non de Salmasio solum (quem unum Iohannes Franciscus Buddeus (2) homo de secta lutheranorum omnibus iis, quorum opera pontificia Rocaberti bibliotheca continentur, opponit), sed de omnibus etiam lutheranis, calvinianis, sectariisque ceteris ecclesiam catholicam triumphasse. Atque ut mittam modo argumenta orthodoxorum, traditionemque perpetuam ecclesiarum, de qua satis multa supra disputata sunt; sola profecto novitatis, qua unice haeretici hoc praesertim in genere delectantur, reprehensione concidet, quidquid nobis (ab catharis, waldensibus (3), Photiique asseclis, qui post Michaëlem Cerularium (4) scripserunt, acceptum) Barlaamus (5), Nilus thessalonicensis (6), Meletius alexandrinus studiosissimus

(1) Non ita tamen, ut iure divino id genus primatus pontifici competere arbitraretur, quod catholici omnes statuunt, sed ita ut *more antiquo, canonibus, privilegiisque imperatorum* eam uiti dignitatem omnem scriberet, nec animadverteret eos canones eaque privilegia, eumque morem institutione divina niti. *Discuss. Rivetiani apolog. pag.* 682. *tom.* III. *opp. theologicor. edit. londin. an.* 1679.

(2) *Apparat. ad theolog. positiv. tom.* II. *cap.* V. *pag.* 834. *seq. edit. lips. an.* 1727.

(3) Waldenses quidem romano pontifici primatum negarunt. Confer Monetam cremonensem *lib.* V. *adv. catharos, et Waldenses cap.* II. §. I. *pag.* 410. *edit. rom. an.* 1743., quo loco, *ad probandum*, inquit, *quod romana ecclesia non habuit regimen a Christo, vel successore eius beato Petro, dicunt quod ecclesia romana non erat pacata, nec secura de eius successione. Praeterea dicunt Petrum numquam fuisse Romae.* Olim equidem *ibid. ad pag.* 411. *not.* 76. adnotaveram, iam usque ab XII. saeculo a waldensibus Petri adventum in urbem fuisse negatum, quare labi eos, qui quarto demum ac decimo saeculo ortum hunc errorem fuisse arbitrarentur. Sed ita ut fit aliquando, oblitus eius adnotationis meae, *to.* V. *huius operis pag.* 453. primos omnium, qui lapsi hoc in genere sint, saeculo primum XIV. fuisse exortos scripsi. Quare id nunc ab lectoribus emendari volo. Rursum cathari, et waldenses tam fuerunt male in romanam ecclesiam animati, ut quod modo protestantes faciunt, *bestiam*, quae XVII. *seqq.* apocalypseos *capitibus* memoratur, eam esse, et *mulierem ebriam de sanguine sanctorum*, et *Babylonem*, et *Antichristum* defenderent. *Moneta ib.* §. I. *seq. p.* 397. *seqq.*

(4) Nempe post seculum XI.

(5) Calaber saec. XIV. scriptor, de quo paullo ante dictum est, quique primum pro latinis, tum pro graecis schismaticis, rursumque pro latinis pugnavit. Is edidit libellum contra latinos inscriptum: Περὶ τῆς ἀρχῆς τοῦ πάπα, *de principatu papae*, *editum Oxon. an.* 1692., et *Hanoviae, post Nilum thessalonicensem*, opera, et studio Claudi Salmasii an. 1608. *pag.* 183. *seq.*

(6) De Nilo thessalonicensi antistite, XIV. saeculi scriptore, confer quae scribit Allatius in *diatriba de Nilis art.* XIV. *pag.* 59. *seqq.*, quam diatribam transtulit in quintum *bibliothecae graecae volumen* Iohannes Albertus Fabricius; quo in volumine *pag.* 69. *seqq.* de Nilo hoc agitur. Nili autem, praeter cetera contra latinos opuscula, extat pluries editum περὶ τῆς τοῦ πάπα ἀρχῆς, *de papae principatu*, *p.* 45 *seqq. edit. hanov. an.* 1608. Huic deinceps saec. XV. accesserunt Georgius Scholarius, Marcus Ephesius, Syropulus, aliique plures, quos brevitatis causa praetereo.

Digitized by Google

protestantium (1), et Dositheus (2), Nectariusque (3) hierosolymitani patriarchae, ut etiam sectatores Iohannis Wiclefi (4), Lutheri (5), Calvini (6), Oecolampadii (7), reliquorumque ma-

(1) Τοῦ μακαριωτάτου πάπα τῆς μεγάλης Ἀλεξανδρείας κυρίου Μελετίου λόγος κατὰ τῆς ἀρχῆς τοῦ πάπα τῆς Ῥώμης, *beatissimi papae magnae Alexandriae domini Meletii sermo contra principatum papae Romae.* Extat in τόμῳ χαρᾶς *tomo gaudii edit. ab episcopo Rhimnici an.* 1705. *pag.* 553. *seqq.* Vixit is Meletius saeculo XVI.

(2) Extant huius *praefat. ad tomum gaudii* supra indicatum, qua in praefatione nonnulla contra pontificis primatum contumeliosissime, mendacissimeque scribit *pag.* 62. *seqq.*

(3) Huius est saepius a me supra nominatus περὶ τῆς ἀρχῆς τοῦ πάπα *de papae principatu* liber scriptus saeculo XVII. De eodem argumento *adversus latinos enchiridium* XVI. saeculo edidit Maximus peloponnesius. Inde Nicolaus Cerameus e Ioanninorum civitate medicus antirrheticum librum adversus primatum pontificis romani conscripsit, qui supra indicato *tomo gaudii* ab Dositheo patriarcha insertum est *par.* II. *c.* V. *seqq. pag.* 18. *seqq.* Adamus praeterea Rhysius, qui sese Smyrnis esse natum affirmat, cum sit cretensis omnium mendacissimus, Smyrnis autem degat, libellum edidit Amstelodami *an.* 1746. inscriptum Λατίνων θρησκείας ἔλεγχοι *latinorum superstitionis argumenta.* Quem ego libellum plenum ineptiae, et calumniarum, si per otium licuerit, ex instituto refellendum suscipiam, ut et alterum anabaptistae Argenti inscriptum: Ὡραιότατον περὶ βαπτίσματος σοφοῦ ἀνδρὸς βιβλιάριον εἰς τριάκοντα δύο κεφάλαια διαιρούμενον. *Speciosissimus de baptismo sapientis viri libellus in triginta duo capita divisus etc.* Quis autem is sit, qui sese virum sapientem in operis fronte, (modestia, credo, causa) dici passus est, ex altera, quae mox sequitur, inscriptione, intelliges. Habet enim hoc modo: Ἐγχειρίδιον περὶ βαπτίσματος καλούμενον χειραγωγία πλανωμένων, συντεθὲν παρὰ τοῦ ἰατροφιλοσόφου κυρίου Εὐστρατίου Ἀργέντου τοῦ Χίου, θείῳ ζήλῳ κινηθέντος, τρανῶς ἐν αὐτῷ ἀποδεῖξαι ὅτι ἀδύνατον ἄλλως πως τελεῖσθαι τὸ θεόθεν τοῖς ἀποστόλοις δοθὲν βάπτισμα, εἰ μὴ ἐν τρισὶ ταῖς καταδύσεσιν ὡς παρ' ἐκείνων δογματικῶς ἡ ἁγία τοῦ Χριστοῦ καθολική, ἀποστολικὴ καὶ ἀνατολικὴ ὀρθόδοξος ἐκκλησία διεδέξατο, καὶ μέχρι τοῦ νῦν ποιεῖ· ἤδη δὲ τύποις ἐκδοθὲν δι' ἀδείας τοῦ παναγιωτάτου Κυρίλλου, ἐν Κωνσταντινουπόλει τῷ αψνϛ' σωτηρίῳ ἔτει, Μαρτίου α'. *Manuale de baptismate appellatum manuductio eorum qui in errorem impulsi sunt* (Non hercle appellari melius potuit. Nam eos ita manu ducit, ut in errorem anabaptismi impulsos, confirmare videatur) *compositum a medico philosopho* (dignum patella operculum) *domino Eustratio Argento chio, divino zelo permoto* (philautia debuerat scribere, non *divino zelo*), *manifeste in ipso demonstrante, quod fieri non possit ut aliter perficiatur divinitus apostolis datum baptisma, nisi in tribus immersionibus, ut de ipsis dogmatice sancta Christi catholica, apostolica, et orientalis orthodoxa ecclesia accepit, et usque nunc facit* (Mentitur. Nec enim ita facit orientalis ecclesia, ut is iactat), *iam typis datum auctoritate sanctissimi oecumenici patriarchae domini Cyrilli: Constantinopoli an. salutifero* 1756. *kalendis martii.* Non praetermittam autem tertium hoc ipso saeculo (Venetiis ne, an in Moldovallechia nescio) editum ab impostore quodam, qui ut audio, sese *doctorem lombardum* appellabat Chii, mentiebaturque fuisse se aliquando Iesuitam, atque de gente lenzoniorum. Est autem eius operis inscriptio huiusmodi: Ἡ ἀλήθεια κριτὴς εἰς τὰς μεγάλας διαφορὰς τῶν τεσσάρων χριστιανικῶν λατρειῶν τῶν γραικῶν, παπιστῶν, καλβινιστῶν, καὶ λουθηρανῶν· πρᾶξις δικαστική, ἠθικὴ τοῦ πατρὸς Βεντζόνη ἀπὸ τὴν συντροφίαν τῶν Ἰησουίτων τοῦ ὕστερον ἐπιστρέψαντος εἰν ἀληθινὴν ἐκκλησίαν τὴν ἀνατολικήν. μεταφρασθεῖσα ἀπὸ τὴν ἰταλικὴν εἰς τὴν κοινὴν διάλεκτον τῶν γραικῶν, διηρημένη εἰς τόμους δύο. Hoc est. *Veritas index in magnis differentiis quatuor christianorum cultuum graecorum, papistarum, calvinistarum, et lutheranorum; actio iudicaria moralis patris Benzonii e societ. iesuitarum tandem ad verum orientalem conversi ecclesiam, translata ab italica in communem linguam graecorum divisa in tomos duos.* Nihil quidquam hoc opere vidi ineptius.

(4) *Lib.* IV. *dialogor. cap.* XXVI. *pag.* CXLIII. *seq. edit. an.* 1525. Eodem fere spectant, quae disputat Iohannes Hus *de eccl. cap.* VII. *seqq. pag.* VI. *seqq.* In extrema hac tractatione sic legitur. *Explicit tractatus magistri Iohannis Hus, quem collegit an. Dom.* 1413. *et est pronunciatus publice in civitate pragensi.*

(5) *De potestate papae pag.* CCCXIII. *seqq. tom.* I. *opp. edit. ienen. an.* 1556., ut adversus Nannium viterbiensem *ibid. pag.* XXXIV., et contra Ambrosium Catharinum *pag.* 372. *seqq. tom.* II. et aliis pluribus in locis.

(6) *Institution. cap.* VIII. §. 94. *seqq. pag.* 88. *seqq. edit. Roberti Stephani an.* 1553.

(7) Epistola ad Ioannem Zuichium *lib.* I. *pag.* 5. 6. *edit. basil. an.* 1536.

Digitized by Google

iorum gentium haereticorum (1) adversus romanorum antistitum in universa ecclesia primatum obiecerunt. Atque in his quidem numerari iure possunt, et vero debent Theodorus Beza (2), Petrus Martyr Vermilius, Flaccius illyricus, tubingenses pseudotheologi, Philippus Melanchthon, Martinus Bucerus, Isaacus Casaubonus, David Blondellus, Iacobus Usserius, Claudius Salmasius, Mornaeus, quique horum sunt studia aemulati, Heideggerus, Iohannes Gerardus, Chamierus, Fridericus Spanhemius, Hoornbeekius, Maresius, Forbesius, Szegedinus, Turretinus, Richardus Montacutius, Hermannus Convigius (3) auctor opusculi gallice de eversione papatus scripti (4), Ioannes Hulsemannus (5), Gaspar Bebelius (6), Andreas Carolus (7), Guillelmus Vhitakerus (8),

(1) Zuinglius cum aliis saepe, tum *lib.* IV. epistola ad Conhardum *pag.* 119. *et seq. d. edit. basil. an.* 1536.

(2) Theodorus Beza *de ecclesia cap.* V. *pag.* 33. *edit. opp. genev. an.* 1658., P. Martyr Vermilius *locor. commun. class.* II. *cap.* XXIII. *n.* 40. *pag.* 607. *edit. genev. an.* 1626., Matthias Flaccius illyricus multa hac de re congerit in eo opere, quod inscripsit, *catalogus testium veritatis, qui ante nostram aetatem pontifici romano..... reclamarunt*, *edit. argentinensis an.* 1562. Pseudotheologi tubingenses *in antidotis tom.* I. *et* II. *edit. francof. an.* 1561., Melanchthonus in *apol. confess. august. de ecclesia pag.* 71. *part.* I. *opp. edit. Vittemberg. an.* 1562., Martinus Bucerus *lib.* I. *de regno Christi p.* 22. *et alibi saepe edit. opp. basil. an.* 1577., huic consentit Andreas Fricius *lib.* II. *de ecclesia cap.* XI. *pag.* 673. *seqq. edit. basil. ann.* 1551., Casaubonus *in exercitationibus de rebus sacris, et ecclesiasticis adversus card. Baronium pag.* 753. *et alibi saepe, edit. londin. an.* 1614., quod ipsum faciunt magdeburgenses in *suis centuriis*, David Blondellus, *trait. de la primauté sur l'église*, *edit. genev. an.* 1641. *pag.* I. *seqq.*, Iacobus Usserius in lib. supra indicato, inscriptoque *papatus romanus edit. londin. an.* 1617., Claudius Salmasius in opere *de primatu papae praef. et pag.* I. *seqq. edit. Lugd. batav. an.* 1645., Philippus Mornayus *in mysterio iniquit. seu histor. papatus, edit. gorichemensis an.* 1662. p. I. *seqq.*, Iohannes Henricus Heideggerus *hist. papatus periodo* I. *seqq. p.* I. *seqq. edit. amstelodam. an.* 1684., Iohannes Gerardus *loco supra indicato*, Daniel Chamierus panstratiae catholicae *tom.* II. *lib.* IX. *seqq. de oecumenico pontifice cap.* I. *seqq. p.* 287. *seqq. edit. genev. an.* 1626., Fridericus Spanhemius senior in *tom.* II. *panstratiae Chamieri tom.* II. *seqq. p.* 425. *seqq. edit. genev. anno* 1645., Iohan. Colnerus in *cronolog. et syncretismate papatus classe* I. *p.* 35. *seqq. edit. Corbachii an.* 1675., Meisnerus *scholar. academ. disp.* IV. *q.* 7. *th.* 295. p. 395., Iohannes Forbesius *instructionum historico-theologicarum lib.* XV. *seq. p.* 734. *seqq. edit. genev. anno* 1580., Iohannes Hoornbeekius cum alibi, tum in *summa controversiarum religionis cum infidelibus, haereticis, schismaticis etc. lib.* IV. *de papismo p.* 192. *seqq. edit. colbergensis an.* 1676., Stephanus Szegedinus in *theologiae sincerae locis communibus p.* 498. *seqq. edit. basileensis an.* 1608., Franciscus Turretinus *institut. theologic. part.* III. *locum* XVIII. *quaest.* XVII. *seqq. p.* 173. *seqq. edit. traiecten. an.* 1701., Richardus Montacutius in *antidiatribis ad priorem partem diatribarum I. Caesaris Bulengeri, antidiatr.* II. *seqq. p.* 31. *seqq. edit. anno* 1625., Daniel Tilenus *in disp. contra Bellarm. de controv.* III. *quae est de summo pontifice lib.* I. *seqq. p.* I. *seqq. edit. sedanen. an.* 1619.

(3) *De republica imperii germanici exercit.* VI. *p.* 235. *seq. edit. francof. et lips. an.* 1677.

(4) *La destruction de la papauté, ou la réformation, et la réunion de l'église, edit. colon. an.* 1686. *par.* I. *cap.* I. *seqq. p.* I. *seqq.*

(5) *In vindiciis s. scripturae art.* XV. *sect.* I. *p.* 747. *seqq. edit. lips. an.* 1670. *et de eccles. papist. non habente success. episcopor. continuam edit. Vittemb. an.* 1648.

(6) *In antiquit. eccles. saecul.* III. *art.* VII. §. 27. *seqq. edit. argentor. an.* 1669. *p.* 181. *seqq.*

(7) Is multa hac de re tuebat in opere inscripto: *memorabilia ecclesiastica saeculi a nato Christo* XVII. *edit. tubingens. an.* 1697.

(8) *Controv. de rom. pontif. tom.* I. *opp. theologicor. pag.* 611. *seqq.* Et contra *Sanderum ibid. p.* 746. *edit. genev. an.* 1610.

Digitized by Google

Melchior Goldastus (1), Lambertus Danaeus (2), Hieronymus Kromayerus (3), Gisbertus Voetius (4), Samuel Maresius (5), professores wittembergenses (6), Simon Episcopius (7), Franciscus Bredowius (8), Vantilius (9), Iacobus Piceninus (10), Cornelius Dietericus (11), Salomon Deylingius (12), ut Veissemanum, Reisenum, Baumannum, Tannhaverum, Iacobum Basnagium, Thomam Ittigium, Mestrezatium, Willelmum Mommam (13), Limborchium, Iacobum Lenfantium, Iohannem Henricum Hottingerum (14), Fridericum Spanhemium iuniorem, Andream Rivetum, aliosque praetercam, quorum tamen argumenta eodem fere atque ea recidunt, quae ab iis, quorum opera indicavi, et in libris de re publica ecclesiastica a Marco Antonio de Dominis apostata spalatensi iactantur (15).

(1) Qui tribus voluminibus comprehendit, quae contra auctoritatem pontificis max. facere videntur. Est autem haec illius collectionis inscriptio: *monarchiae S. R. imp. sive tractatuum de iurisd. imperiali, seu regia, et pontificia etc. deque potestate imp. et papae etc. edit. francford. an.* 1614. Imitatus autem Wolfangum Ruinemburgium est, qui an. 1555. ediderat Basileae *antilogiam papae etc.* in eaque calumnias, fallaciasque transtulerat Matthaei Paris, Willelmi Sanctamorii, Marsilii patavini, Georgii haymburgensis etc.

(2) *Ad Roberti Bellarmini disputationes; ad* III. *controv. p.* 211. *seqq. tom.* I. *edit. genev. an.* 1596.

(3) *In scrutinio religionum disp.* XII. *p.* 254. *seqq. edit. lips. an.* 1673.

(4) *P.* II. *politiae eccles. lib.* II. *edit. amstel. anno* 1669. plurima contra P. M. principatum in ecclesia miscet.

(5) *Theolog. elenchticae controv.* VI. *p.* 1192. *seqq. edit. Groningae an.* 1648. *tom.* I. *et compendios. papismi refutat. p.* 253. *seqq. Fasciculi myrrhae edit. Groningae an.* 1660.

(6) In *fideli admonitione de religione papistica fugienda, edit. Vittemb. an.* 1625. *p.* 39. *seq.*

(7) *In labyrintho pontificio cap.* III. *seqq. p.* 149. *seqq. par.* II. *opp. theologicor. edit. Hagae Comit. an.* 1617.

(8) *Dissert. de papa romano non omnium eccles. cap. edit. Rostochii an.* 1690.

(9) *De Petro Romae martyre, non pontifice edit. Lugd. batav. an.* 1710.

(10) *Del trionfo della vera religione cap.* V. *p.* 62. *seqq. edit. genev. an.* 1712.

(11) *De singulari primatu Petri, edit. Vittemberg. an.* 1720.

(12) Observationum sacrarum tom. IV. *exercit.* VI. *de novitate regiminis monarchici in eccl. universam. Observ.* I. *seqq. p.* 421. *seqq. edit. lips. an.* 1747.

(13) *De varia conditione et statu ecclesiae Dei, tomo* II. *lib.* III. *cap.* I. *p.* 436. *seqq. edit. amstelod. an.* 1683.

(14) *Hist. eccl. saec.* XVI. *tom.* V. *edit. tigur. an.* 1655., *et in L. Allatio nimiae temeritatis convicto dissert.* VIII. *Ennead. dissertationum philologico-theologicar. edit. tigur. an.* 1662.

(15) *Lib.* IV. *seqq. cap.* I. *seqq. tom.* I. *sq. edit. londin. an.* 1617.

Digitized by Google

§. III.

Quae esse dixerint patres pontificii principatus iura; utque romanum antistitem et esse, et haberi caput christianae rei publicae ac radicem, fontem, matricem unitatis oportere statuerint.

Ac de romani quidem pontificis successoris beati Petri summo in christiana re publica principatu dixi pluribus, atque si minus ut rei gravitas postulabat, at saltem, ut potui, diligenter. Restat coniunctus ei disputationi locus de eiusdem principatus iure. Qui sane locus, etsi latissime pateat, est tamen breviter perstringendus mihi; quod et sit ab aliis tractatus uberrime, et longa oratione implicari potius fortasse, quam declarari posse videatur. Atque ius illud praecipuum pontificis maximi, hoc est apostolicae sedis (1), esse confirmant patres, ut *caput*, *fons*, *radix*, *matrixque* sit *ecclesiasticae unitatis*, ad quam sedem *omnem ecclesiam*, *eos scilicet*, *qui sunt undique fideles*, *convenire necesse sit*, et a qua sine infamia, ac nota schismatis seiungi quisquam nullo modo possit. Nam capitis appellationem, decus, et dignitatem romano pontifici iure esse tributam synodi ephesina, et chalcedonensis (2) ultro concesserunt; quibus certe synodi aquileiensis (3) IV. saeculo celebratae patres praeluxerant, qui-

(1) Romanum pontificem, Petrique cathedram, seu apostolicam sedem reciprocari demonstrat Hieronymus loco supra descripto *p.* 15. *not.* 4.

(2) Vide supra *p.* 4. *not.* 2. *et* 3.

(3) Confer supra *not.* 2. *p.* 6. Quo ex loco ab synodo laudata romanam ecclesiam, hoc est Damasum pontificem, *totius orbis romani caput* appellari cognosces. Quo illud etiam Athanasii spectat, romanam sedem θρόνον ἀποστολικόν *thronum apostolicum esse*, *histor. arianor. ad monachos num.* 35. *p.* 364. *tom.* I. *part.* I. *opp. edit. paris. Montfauconi ann.* 1698., et μητρόπολιν Ῥώμην τῆς Ῥωμανίας, *et Romam metropolim Romaniae*. Nam *Romania* orbem romanum apud veteres significabat universum. S. Epiphanius *haeresi* LXIX. *n.* II. *p.* 728. *edit. paris. Petavii* conflagrasse igne arianae haereseos ait, πᾶσαν τὴν Ῥωμανίαν σχεδὸν, μάλιστα τῆς ἀνατολῆς τὰ μέρη, *universam fere Romaniam*, *et praesertim orientis partes*. Petavius autem id convertit hoc modo Epiphanii sententiam sequutus: *universum propemodum romanorum imperium*, *ac praesertim orientales illius partes*. Quod ipsum ex Possidio *in vita Augustini cap.* XXX. *tom.* X. *par.* II. *opp. s. August. p.* 279. *edit. paris. an.* 1700. intelligitur, qui wandalos gothosque *Romaniae eversores* vocat. Id ante iam animadverterant Iustellus in *not. in cod. canonum eccl. univ. pag.* 94. *seqq. tom.* II. *biblioth. iur. canon. veter. edit. paris. an.* 1661., Isaacus Casaubonus in *Lampridium pag.* 134. *not.* 40. *pag.* 175. *edit. paris. an.* 1620., Leo Allatius *lib.* I. *de eccl. occid. et orient. consens. cap.* XVII. *n.* VIII. *pag.* 259 *seqq. edit. colon. an.* 1648., Cangius *gloss. mediae et infimae latin. ad v. Romania*, Coteleriue in *not. ad monument. eccl. graecae tom.* I. *pag.* 751. Post autem, ubi barbari occidentis imperium occuparunt, tum quod reliquum romanis fuit in oriente, est *Romaniae* nomine appellatum. Qua de re vide

busque deinceps Iustinianus Augustus (1), aliique perplures (2) assensi sunt. De radicis autem unitatis ecclesiasticae iure, ac nomine, praeter Cyprianum (3), qui etiam *fontis* (4), atque *matricis* (5) meminit, Optatus milevitanus (6) commemoravit. Iam vero omnibus, qui *sunt undique fidelibus* conveniendum ad ecclesiam romanam esse, auctor est in tertio contra haereses libro Polycarpi auditor Irenaeus (7), qui saeculo, ut notum est, secundo scripsit, initioque fere tertii ecclesiam lugdunensem moderatus est. Schismatis denique reum esse eum, qui ab sedis apostolicae consortio, communioneque seiunctus sit, non Cypriani modo (8), atque Optati (9), sed etiam Hieronymi (10), aliorumque patrum (11) auctoritate liquet.

Cotelerium loco *modo indicato*. Neque ea metropolim Romaniae romanam ecclesiam Athanasius dixit, quod imperii romani finibus contineri auctoritatem pontificis, neque latius protendi arbitraretur; sed quo *orbis romani* nomine (propterea quod pars orbis terrarum maxima haberetur) *universum orbem* interdum indicari, et *universi orbis* appellatione *romanum imperium* aliquando significari sciret. Quo ex re factum est, ut imperatores *orbis terrarum domini* dicerentur. Quod cum notissimum, pervulgatissimumque sit, longiore oratione non eget.

(1) *Epist. ad Iohannem papam* II. *tom.* II. *concilior. edit. paris. Hard. p.* 1146. „Nec enim patimur, in„*quit*, quidquam, quod ad ecclesiarum statum perti„net, quamvis manifestum, et indubitatum sit, quod „moveture, ut non etiam vestrae innotescat sanctitati, „quae, CAPUT EST omnium sanctarum ecclesiarum„. Haec si Nectarius hierosolymitanus patriarcha, ut et loca ss. synodorum ephesinae et chalcedonensis legisset, non eo inscitiae pervenisset, ut *caput omnium ecclesiarum* numquam fuisse romanum pontificem appellatum scriberet.

(2) Cod. canonum arabicor. synodo nicaenae attributorum, *canon* XXXIX *tom.* I. *concilior. p.* 469., Nicolaus I. p. m. *epist.* VI. *ad Photium p.* 133. *tom.* I. *concilior. edit. paris. Hard.*, Iohannes VIII. p. m. *ep.* LXXXVIII *ad Michaëlem regem bulgarorum p.* 59. *tom.* VI. *par.* I. *concilior. edit. eiusd.*..., Ad romanam ecclesiam, quae omnium gentium retinet principatum.... totius mundi quasi ad unam matrem, et unum caput, conveniunt nationes. Vide supra *p.* 17. *huius. vol. not.* 3. locum Victoris Vitensis.

(3) Confer, quae scripsi *tom.* V. *par.* I. *huius operis p.* 59. *seqq. notat.* 2. *seqq.*, et *huius vol. p.* 12. *not.* I.

(4) *Ibid.*

(5) *Huius operis tom.* V. *p.* 60.

(6) Confer *not.* 5. *p.* 15. *huius vol.*

(7) Vide *p.* 6. *seqq. huius vol. not.* 5. *seqq.*

(8) Consule *tom.* V. *huius operis par.* I. *p.* 59. *seqq.* et *huius vol. p.* 12. *not.* I.

(9) *Lib.* II. *adv. donatistas cap.* II. *p.* 31. *edit. antverp. an.* 1702. „Negare non potes, scire te, in „urbe Roma Petro primo cathedram episcopalem esse „collatam, in qua sederit omnium apostolorum ca„put Petrus, unde et Cephas appellatus est, in qua „una cathedra unitas ab omnibus servaretur, ne ce„teri apostoli singulas sibi quisque defenderent, ut „iam schismaticus, et peccator esset, qui contra sin„gularem cathedram, alteram collocaret. Ergo cathe„dram unicam, quae est prima de dotibus, sedit prior „Petrus, cui successit Linus, Lino successit Clemens etc. „Syricius hodie, qui noster est socius, cum quo no„biscum totus orbis commercio formatarum in una „communionis societate concordat. Vestrae cathedrae „vos originem reddite... Sed et habere vos in urbe „Roma partem aliquam dicitis. Ramus est vestri er„roris protentus de mendacio, non de radice verita„tis. Denique si Macrobio dicatur, ubi illic sedeat, „numquid potest dicere in cathedra Petri, quam ne„scio si vel oculis novit, et ad cuius memoriam non „accedit, quasi schismaticus „?

(10) Vide *p.* 15. *huius vol. not.* 4.

(11) Confer, quae scripsi *hoc in vol. p.* 16. *not.* 4. *de Cyrillo alexandrino*, *quaeque p.* 19. *de Iustiniano Augusto not.* 9. Vide praeterea, quae ex Cypriano, aliisque proferunt Constantius in *praef. ad.* I. *tom. epistolar. rom. pontific. n.* 7. *seq. p.* IV. *edit. paris. an.* 1721., et Schelstratius *dissert.* V. *antiq. eccles. cap.* V. *p.* 430. *seqq. edit. romanae an.* 1697.

§. IV.

Quemadmodam patres pontificem max. hoc est sedem apostolicam radicem esse veritatis dixerint, a qua sit doctrina ecclesiae, et τὸ ἀσφαλὲς τῆς πίστεως infallibile fidei *repetendum.*

Rursum Optatus in primo contra donatistas libro, cum de romana sede, deque sncсessione eius ecclesiae antistitum dixisset, Parmenianum confutaturus, qui donatistas suos episcopum habere, adeoque *partem aliquam Romae* iactabat; *ramus*, inquit, *est* (1) *vestri erroris protentus de mendacio, non de* RADICE VERITATIS, hoc est de apostolica Petri sede. Itaque Gabriel Albaspinaeus episcopus aurelianensis in adnotationibus ad hunc ipsum Optati locum (2), *ille*, inquit, *pseudo-episcopus, quem Romae constituistis*, o donatistae, *est ramus productus ex trunco erroris vestri, et schismatis, quod est in Africa: non est radix, sed ramus. Atqui episcopi romani non sunt mihi ab aliquo, non sunt rami, sed sunt* RADIX; *ceteri ab ea manant, et originem ducunt, illi a nullo oriuntur.* Cum igitur *radix veritatis*, ut ab Optato, *caputque fidei*, ut ab synodo ephesina (3) *perque omnia principatum* in christiana re publica tenens, ut ab Theodorito (4), habensque *sicut fidei, ita et sacerdotii principatum* ut a Cassiano (5), *sedemque fidei* regens, ut a Bachiario (6), magisterque *fidelitatis orthodoxae* sit, ut ab Iohanne Vecco patriarcha constantinopolitano (7) est traditum; insque obtineat *de fide et sacerdotibus iudicandi*, quemadmodum est a Valentiniano III. Augusto (8) scriptum; factum hinc est, ut ad eum referendum quidquid novi contra fidem excogitatur, exque eo

(1) *Cap. IV. p. 32. eiusd. edit.*

(2) *Not. 42.*

(3) Vide synodi *ephesinae locum supra p. 4. not. 2.*

(4) Confer. p. 16. *huius vol. not.* 5.

(5) Et *p.* 17. *not.* 4.

(6) Consule quae scripsi *ibid. not.* 2.

(7) *In litteris ad Iohannem papam an 1277. e concilio constantinopolitano scriptis p. 754. tom. VII. concilior. paris. Hard.*,, *Si quae de fide subortae fuerint quae-*,, *stiones, eius* (hoc est sedis apostolicae) *debent iudicio*,, *definiri*,,. *Et epist. ad universos, ad quos ea pervenerit etc. ibid. p.* 758.,, Omnes schismaticos, *inquit*...,, qui non recipiunt sanctam romanam ecclesiam esse,, matrem, et caput omnium aliarum ecclesiarum, et,, fidelitatis orthodoxae magistram, et ipsius summum,, pontificem primum pastorem omnium christiano-,, rum; quocumque fungantur officio... excommunica-,, vimus,,.

(8) *Pag.* 18. *huius vol. not.* 9.

Digitized by Google

τὸ ἀσφαλὲς τῆς πίστεως, quod est *infallibile fidei* repetendum esse Theodorus Studites (1) scriberet, Theodosiusque senior Augustus constantinopolitanis ediceret, *ut ii, quibus ipse imperaret, eam religionem sequerentur, quam iam usque ab initio Petrus vertex apostolorum romanis tradiderat, quamque eo tempore Damasus episcopus Romae, Petrusque alexandrinus antistes custodiebant* (2): Sixtusque Caelestini successor confirmaret, fas esse nemini sese ab sedis apostolicae doctrina seiungere (3). Quin etiam tantum iura ecclesiae romanae apud Irenaeum auditorem Polycarpi, et lugdunensem episcopum valuerunt, ut necesse esse statuerit, eos, qui sunt undique fideles, eidem coniungi non societate modo communionis, sed etiam doctrinae, et dogmatum. Nam Irenaeus eo in loco de doctrina, et religione, in primis contra suorum temporum haereticos agit, quo (nisi doctrinae, quam proposuit, apostolicae sedis pontificum assensi essent) in errore mansuros, pronunciat (4). Itaque in omnes certatim enitebantur, ac contendebant ut iudices doctrinae ipsorum romani pontifices constituerentur (5). Quamobrem Theodoritus cyrensis ad Leonem pontificem scribens (6), *Ego*, inquit, *apostolicae vestrae sedis expecto sententiam, et oro, atque obtestor sanctitatem tuam, ut mihi rectum, ac iustum tribunal vestrum invocanti opem ferat, iubeatque ad vos venire, et doctrinam meam apostolicis vestigiis inhaerentem ostendere.* Sed omnes persequi longum est.

(1) *Ibid.* p. 22. *not.* 1.

(2) Apud Sozomenum *lib.* VII. *cap.* IV. *hist. eccl. pag.* 260. *edit. taurin.* Πάντας τοὺς ἀρχομένους θρησκεύειν, ὡς ἐξ ἀρχῆς Ῥωμαίοις παρέδωκε Πέτρος ὁ κορυφαῖος τῶν ἀποστόλων· ἐφύλαττον δὲ τότε Δάμασος ὁ Ῥώμης ἐπίσκοπος, καὶ Πέτρος ὁ Ἀλεξανδρείας. Confer codicem Iustinianeum *lib.* I. *tit. de summa Trinit. et fide catholica lege* I. *cunctos populos.*

(3) Vide *p.* 18. *huius vol. not.* 2.

(4) Consule quae scripsi *p.* 6. *seqq. huius vol.*

(5) Quod Polycarpi, de quo Hieronymus *lib. de viris illustribus cap.* XVII. *p.* 108. *tom.* IV. *opp. edit. Martianaei paris.*,, Hic, *inquit*, propter quasdam super die paschae *quaestiones sub imperatore Antonino Pio, ecclesiam in urbe regente Aniceto, Romam venit*: schola Montani, quae, ut scribit Baronius, conceditque Rigaltius, non male initio sentiebat (*In notis ad cap.* I. *lib. Tertull. contra Praxeam p.* 501. *edit. venetae an.*1744.), quaeque ab episcopo romano litteras *pacis* impetrarat (*Tertull. ibid.*), et Origenis, qui (ut est auctor Hieronymus *epist.* XLI. *ad Pammachium, et Oceanum de erroribus Orig. tom.* IV. *opp. edit. paris. Martianaei p.*347.) ad Fabianum apostolicae sedis antistitem scripsit, veniamque ob errores, in quos inciderat, petiit: Dionysii episcopi alexandrini, qui cum accusatus haereseos esset, suae fidei rationem Dionysio romano reddidit, ut animadversum a me est *p. huius vol.* II. *not.* 5., Athanasii alexandrini, Pauli constantinopolitani, Marcelli ancyrani (confer. epistolam *Iulii I. pont. max. ad eusebianos n.* XXIII. *p.* 374. *tom.* I. *collect. epistolar. romanor. pontif. edit. paris. Constantii, et num.* XVI. *p.* 378. *seqq.*), Eustathii, qui suam haeresim vafre simularet, litterasque a Liberio pontifice acceperat, quibus suae fuit restitutus sedi (Basil. *epist.* CCLXIII. *al.* LXXIV. *p.* 406. *tom.* III. *opp. edit. paris. monach. s. Mauri*), Theodoriti epistola ad Leonem papam, *tom.* II. *opp. s. Leonis edit. romanae Cacciarii p.* 213. aliorumque innumerabilium exemplis constat.

(6) *Loco modo indicato.*

§. V.

Traditum proinde a maioribus nostris est, inconcussum manere, retractarique non posse, quod romani pontifices definierint.

I. Est autem id utrumque ex paragraphis superioribus, in primisque ex tertio consequens. Ac maiorum quidem auctoritate ductus Nicolaus I. pont. max. epistola VI. ad Photium (1), *constat*, inquit, *sanctam romanam ecclesiam per beatum Petrum principem apostolorum, qui dominico ore primatum ecclesiarum suscipere promeruit, omnium ecclesiarum caput esse .... et ideo consequens est, ut quod ab huius sedis rectoribus plena auctoritate sancitur, nullius consuetudinis praepediente occasione, proprias tantum sequendo voluntates, removeatur*, SED FIRMIUS, ATQUE INCONCUSSE TENEATUR. Quo etiam spectat, quod Stephanus VI. pont. max. ad universos episcopos (2) scripsit, *ecclesiam romanam veluti speculum quoddam, et exemplar ecclesiis ceteris esse propositam, quae si quid definierit, id saeculis omnibus firmum, et inconcussum manere.*

II. Multo autem ante Zosimus pontifex in iis litteris, quas anno 418. ad Aurelium, et synodi carthaginiensis patres dedit (3), quibusque significavit, non omnibus se Caelestii haeresiarchae verbis adiunxisse fidem, *cum tantum*, inquit, *nobis esset auctoritatis*, UT NULLUS DE NOSTRA POSSIT RETRACTARE SENTENTIA, *nihil egimus, quod non ad vestram notitiam nostris ultro litteris referremus, dantes hoc fraternitati, ut in commune consulentes, non quia quid deberet fieri nesciremus, aut faceremus aliquid, quod contra utilitatem ecclesiae veniens displiceret etc.* Quamobrem Caelestinus pontifex eos, quos ad synodum ephesinam legatos miserat, monuit *ut cum ad destinata venissent loca .... auctoritatem sedis apostolicae custodirent .... siquidem instructiones, quae ipsis traditae fuerant, hoc loquebantur, ut inter-*

(1) *Tom. v. concilior edit. paris. Hard. p. 135.*

(2) *Ibid. p. 1129. seq. in act. syn. constantinop. IV.* Ὡς κάτοπτρον, καὶ ὑπόδειγμα ἡ ἁγία τῶν Ῥωμαίων ἐκκλησία ταῖς λοιπαῖς ἐκκλησίαις καθίσταται, καὶ εἴτι ἂν ὁρίσῃ, εἰς τὸν αἰῶνα ἀκλόνητον διαμένει.

(3) *Epist. xii. tom. i. epistolar. rom. pontif. p. 973. edit. paris. Coustantii.*

esse conventui deberent, ad disceptationem si ventum esset, ipsi legati de eorum sententiis iudicare deberent, non subire certamen (1). Atque huius quidem rei universae ratio ab aliis olim, ut vidimus (2) indicata, post a patribus aquileiensibus (3) anno 381., ab Innocentio I. pont. max., ceterisque, qui deinceps floruerunt, pontificibus, scriptoribusque ecclesiasticis explicata est. Innocentius autem in ea epistola, quam ad synodi milevitanae episcopos scripsit (4), *diligentius*, inquit, *et congrue apostolici consulitis honoris arcana (honoris inquam illius, quem praeter illa, quae sunt extrinsecus, sollicitudo manet omnium ecclesiarum) super anxiis rebus, quae sit tenenda sententia; antiquae scilicet regulae formam sequuti, quam toto semper ab orbe mecum nostis esse servatam. Verum haec missa facio: neque enim hoc vestram credo latere prudentiam; quid id etiam actione firmastis, nisi scientes, quod per omnes provincias de apostolico fonte petentibus responsa semper emanent? praesertim quoties fidei ratio ventilatur, arbitror omnes fratres, et coepiscopos nostros nonnisi ad Petrum, idest sui nominis, et honoris auctorem referre debere, velut nunc retulit vestra dilectio, quod per totum mundum possit ecclesiis omnibus in commune prodesse.* Petrus quoque Chrysologus episcopus ravennas in litteris ad Eutychem presbyterum abbatem (5), *in omnibus*, inquit, *hortamur te, ut his, quae a beatissimo papa romanae civitatis scripta sunt, obedienter attendas: quoniam beatus Petrus, qui in propria sede vivit, et praesidet, praestat quaerentibus fidei veritatem. Nos enim pro studio pacis, et fidei extra consensum romanae civitatis episcopi caussas fidei audire non possumus.* Episcopi item Galliarum in iis litteris, quas e synodo arelatensi, ut Iacobus Sirmondus est opinatus, ad Leonem I. pontificem mise-

(1) Coelest. *epist.* XVII. *tom.* I. *collect. epistolar. rom. pontif. pag.* 1152. *edit. Coustantii*, *et novae collect. concilior. a Baluzio curatae e cod.* 1865. *Colbertino*, *et e vaticano* 1320. *edit. paris. pag.* 389. Confer Iosephum Augustinum Orsium *de auctorit. rom. pontif. tom.* I. *par.* I. *lib.* I. *cap.* XIII. *art.* I. *pag.* 147. *seqq. edit. rom. an.* 1739.

(2) §. *superiore.*

(3) *In litteris ad Gratianum, Valentinianum, et Theodosium imperatores tom.* I. *epistolar. rom. pontificum pag.* 554. *n.* 4. *edit. paris. Coustantii*: „ Quod etiamsi „ deforet, tamen totius orbis romani caput romanam „ ecclesiam, atque illam sacrosanctam fidem apostolorum ne turbari sineret, obsecranda fuit clementia „ vestra „.

(4) *Epist.* XXX. *pag.* 896. *tom.* I. *epistolar. rom. pontif. edit. paris. Coustantii.* Confer et *epist.* XXIX. *ad concil. carthag. p.* 888. *seq.* Et synodi milevitanae ad Innocentium eumdem litteras *ibid. epist.* XXVIII. *p.* 875. *num.* 3.

(5) *Tom.* II. *opp. s. Leonis post epistolam* XXIV. *al.* XXIII. *pag.* 192. *edit. rom. an.* 1755.

runt (1). *Ad laudem*, inquiunt, *sollicitudinis vestrae pertinet, quod malorum error latere non potuit: ad gloriam fidei redundat, quod prava persuasio participes aut non invenit, aut inventos amisit. Respiciat itaque, oramus, conservando apostolatum vestrum, misericors Dominus ecclesiam suam toto orbe diffusam. Vobis enim ita vigilantibus, et hi qui curam animae suae gerunt, solicitiores in fide redduntur, et hi qui paullo desides sunt, tanto ad solicitudinem accenduntur exemplo. Quod nos ante oculos semper habentes, non desinemus Domino, ac Deo nostro gratias agere, et pariter supplicare, gratulantes, quod tantae sanctitatis, tantae fidei, tantaeque doctrinae apostolicae sedi, unde religionis nostrae, propitio Christo, fons, et origo manavit, antistitem dederit.* Iam vero ut mittam, quae supra ex litteris Valentiniani imperatoris ad Theodosium, exque synodi chalcedonensis actis descripsi, synodus romana, quae anno 465. sub Hilaro pontifice celebrata est, *nullis fas* est, inquit, *sine status sui periculo vel divinas constitutiones, vel apostolicae sedis decreta temerare* (2). Quod idem ante Bonifacius I. litteris ad Rufum thessalonicensem (3) confirmarat: *De nostro*, inquiens, *non est iudicio retractandum; numquam enim licuit de eo rursus, quod semel statutum est ab apostolica sede, tractari.* Atque haec quidem satis esse arbitror. Nam plura qui volet, Orsium consulat.

Sunt autem horum similia, quae de Petro Asterius episcopus amasenus (4), episcopi provinciae tarraconensis (5), deque romanis pontificibus, Felix papa II. (6), Gelasius item pontifex (7),

(1) *Tom. I. concilior. edit. paris. Hard. pag.* 1777.

(2) *Tom. II. concilior. eiusd. edit. pag.* 799.

(3) *Tom. II. concilior. pag.* 1123.

(4) *Orat. in ss. Petrum, et Paulum tom. auctarii biblioth. pp. Combefisii pag.* 146. *edit. paris.* Σχεδὸν, inquit, ἀνθ' ἑαυτοῦ τὸν πιστότατον μαθητὴν ἔδωκεν ὁ Κύριος τοῖς προσηλύτοις πατέρα, καὶ νομέα, καὶ παιδευτήν. *Fere sui loco fidelissimum discipulum dedit Dominus iis, qui sunt ad fidem accessuri patrem, et pastorem, et institutorem.*

(5) *Epist. ad Hilarum papam tom. II. concilior. edit. paris. Hard. p.* 787. „ Etiamsi nulla extaret necessitas ecclesiasticae disciplinae, expetendum revera nobis fuerat illud privilegium sedis vestrae, quo susceptis regni clavibus post resurrectionem Salvatoris, per totum orbem beatissimi Petri singularis praedicatio universorum illuminationi prospexit: cuius vicarii principatus sicut eminet, ita metuendus est ab omnibus, et amandus. Proinde nos Deum in vobis penitus adorantes, cui sine querela servitis, ad fidem recurrimus apostolico ore laudatam, inde responsa quaerentes, unde nihil errore, nihil praesumptione, sed pontificali totum deliberatione praecipitur „.

(6) Epist. ad Zen. imp. *to. II. concil. edit. eiusd. pag.* 815. „ Nonne mea fides est, quam solam esse unam, et nulla adversitate superandam Dominus ipse monstravit, qui ecclesiae suae in mea confessione fundatae portas inferi numquam esse praevalituras promisit „? Confer etiam eius *epistolam* v. *ad eumdem imperat. pag.* 827.

(7) *Epistola I. ad Euphemianum constantinop. ibid. pag.* 879., *epist. II. ad Faustum magistrum fungentem legationis officio Constantinopoli ibid. p.* 884. *et p.* 886. *ubi:*

Alcimus Avitus episcopus viennensis in Gallia (1); utque ceteros, quos maximo numero esse video, missos faciam, Facundus hermianensis (2), Sophronius patriarcha Hierosolymorum (3), Agatho pontifex maximus (4), Constantinus Pogonatus Augustus (5), Leo secundus pontifex (6) scripserunt. Ita fit, ut magnus Augustinus, quod rescripta contra Pelagianos Roma in Africam a pontifice transmissa essent, caussam eorum haereticorum *finitam* fuisse defenderet. *Iam enim*, inquit, *de hac caussa duo concilia missa sunt ad sedem apostolicam*; *inde etiam rescripta venerunt. Caussa finita est. Utinam aliquando finiatur error* (7). Rursum adversus Iulianum scribens, quid, inquit, *adhuc quaeris examen*,

,, Non est mirum, si isti sedem beati Petri apostoli blasphemare praesumant, qui talia portenta vel corde gerunt, vel ore diffundunt ... Sed captos mente facere ista mirum non est. Quaero tamen ab his, iudicium, quod praetendunt, ubinam possit agitari? An apud ipsos, ut iidem sint inimici, et testes, et iudices?... Si quantum ad religionem pertinet, nonnisi apostolicae sedi iuxta canones debetur summa iudicii totius. Si quantum ad saeculi potestatem, illa a pontificibus, et praecipue a beati Petri vicario debet cognosci, non ipsa eadem iudicare. Nec sibi hoc quisquam potentissimus saeculi, qui tamen christianus est, vindicare praesumit, nisi religionem forsitan persequens ... Ineptias itaque suas sibi servent, nisi resipiscant, potius cogitantes Christi vocem non esse superfluam, quae confessioni beati Petri apostoli inferni portas numquam praevalituras asseruit. Quapropter non veremur, ne apostolica sententia resolvatur, quam et vox Christi, et maiorum traditio, et canonum fulcit auctoritas, ut totam potius ecclesiam semper ipsa adiiudicet; sed cogitent magis, si quis in eis religionis est sensus, ne pravitatem suam nullatenus deponentes, apud eum hominesque, sedis apostolicae perpetua constitutione, damnentur. Sic autem dicitur fuisse definitum, ut deinceps de negotio nihil dicatur ,,. Et *epist.* IV. *ad Anastasium imperatorem p.* 894. *seq.*, *et epist.* VIII. *pag.* 920.

(1) *Epistola* XXXVI. *ad Senarium tom.* II. *opp. Sirmondi p.* 77. *edit. paris. an.* 1695. ,, Scitis synodalium legum esse, ut rebus, quae ad ecclesiae statum pertinent, si quid fuerit dubitationis exortum, ad romanae ecclesiae maximum sacerdotem, quasi ad caput nostrum, membra sequentia recurramus, ex consensu antistitum provinciae viennensis ad s. Hormisdam, seu quicumque nunc ille est, papam debitae venerationis obsequium cum sollicitudine destinavi, audire a praefatae sedis auctoritate desiderans, quid de affectu directae a se ad orientem legationis agnoverit. Cum ergo, ut dixi, a provincialibus meis consuluar, respondere etiam ego, ni priorem consulam, non praesumo .... Cum de fidei regula vel aegrotet aliquis, vel sanatur, nobiscum vos aut gaudere oportet, aut gemere... Tantum mihi veritas innotescere poterit, quantum se romanae urbis antistes auctoritatis privilegio expetentibus respondisse gaudebit,,.

(2) *Lib.* II. *cap.* VI. *p.* 464. *seq. edit. opp. Sirmondi tom.* II. *edit. eiusd.*, *et lib.* XII. *cap.* II. *p.* 803. *seq.*

(3) Ut est in synodo lateranensi sub Martino I. ex epistola Stephani eiusdem urbis Hierosolymorum episcopi lectum *act.* II. *p.* 715. *tom.* III. *concilior. edit. paris. Hard.* ,, Duxit me, *inquit*, indignum Sophronius, et statuit in sancto Calvariae loco,... et ibi alligavit me vinculis indissolubilibus dicens: tu debis rationem ipsi, qui propter nos secundum carnem in hoc sancto loco sponte crucifixus est Deus,..si distuleris, et postposueris fidem eius periclitantem. Quantocius ergo de finibus terrae ad terminum eius deambula, donec ad apostolicam sedem, ubi orthodoxorum dogmatum fundamenta existunt... pervenias, et non quiescas, donec noviter introductorum dogmatum perfectam faciant secundum canones destructionem etc.,,

(4) *Epist. ad imperatores, quae extat act.* VI. *oecumenicae p.* 1123. *tom.* III. *concilior. edit. eiusd.*

(5) *In diva sacra ad Agathonem pontificem*, quae edita est post *acta synodi* VI. *p.* 1462. *eiusd. tomi*, quo loco sedem apostolicam comparat monti Sion, ex quo exire lex debeat. ,, Lex, *inquit*, de Sion exit, ab apostolicae montis cacumine doctrinae ,,.

(6) *Epist.* IV. *ad Simplicium comitem*, *et epist.* V. *ad Ervigiam regem Hispaniae tom. eod. concilior. p.* 1732. *seqq.*

(7) *Serm.* CXXXI. *al.* II. *de verbis apost. c.* X. *p.* 449. *to.* V. *opp. edit. antuerp. an.* 1700.

quod iam factum est apud apostolicam sedem (1)? Quod quidem apostolicae sedis *examen*, atque iudicium, *ecclesiae Dei catholicae* iudicium Possidius in vita Augustini vocat (2). Est praeterea in chronicis quibusdam Prosperi hoc modo (3): *Honorio XII. et Theodosio VIII. coss.* concilio apud *Carthaginem habito* 217. *episcoporum ad pontificem Zosimum synodalia decreta perlata sunt*; *quibus probatis, per totum mundum haeresis pelagiana damnata est.* Hoc idem confirmat Prosper in carmine, quod de *ingratis* inscribitur (4).

§. VI.

Ante sedis apostolicae iudicium, fas esse nemini de fidei caussa quidquam proferre; romanosque antistites, qui lapsi numquam errore fuerint, aliosque in fide confirmaverint, satis fuisse ad haereses quasque funditus evertendas.

I. Iam Innocentius I. epistola ad episcopos synodi carthaginiensis scribit hoc modo (5): *Patres.... non humana, sed divina decrevere sententia, ut quidquid, quamvis de disiunctis, remotisque provinciis ageretur, non prius ducerent finiendum, nisi ad huius sedis notitiam perveniret, ut tota huius auctoritate iusta quae fuerit renunciatio firmaretur, indeque sumerent ceterae ecclesiae (veluti de natali suo fonte aquae cunctae procederent, et per diversas totius mundi regiones puri latices incorrupti fontis manarent) quid praecipere etc.* Vigilius autem pontifex in constituto (6), *antiquum*, inquit, *et regularem custodientes ordinem, ne ante nostrae, hoc est sedis apostolicae, cui per Dei gratiam praesidemus, promulgationem sententiae, quidquam pro-*

(1) *Lib.* II. *operis imperfecti adv. Iul.* n. CIII. *p.* 741. *tom.* X. *opp. edit. antverp. an.* 1700.

(2) *Cap.* XVIII. *p.* 181. *tom.* X. *opp. s. Augustini edit. eiusdem.*

(3) Vide cardinalis Norisii *hist. pelag. l. cap.* XIV. *p.* 47. *edit. patav. an.* 1709.

(4) *V.* 39. *seq. pag.* 72. *edit. operum venetae an.* 1735.

..... Pestem subeuntem prima recidit
Sedes Romae Petri, quae pastoralis honoris
Facta caput mundo, quidquid non possidet armis
Religione tenet.

Confer Iosephum Augustinum Orsium *tom.* II. *de auctoritate rom. pontif. lib.* III. *cap.* II. *art.* I. *pag.* 22. *edit. rom. an.* 1739.

(5) Epistola XXIX. *tom.* I. *epistolar. rom. pont. edit. Coustant. p.* 889.

(6) Tomo III. *concilior. pag.* 13. *edition. paris. Hard.*

ferre tentarent, unde scandali rursus, quae sopita fuerat, oriri posset occasio. Nam ut est ab Hadriano II. pontifice maximo scriptum in tertia, quae est ad Carolum Calvum, epistola (1), *quamdiu manet meritum beati Petri apostoli, Deo, cui omnia vivunt, non moriuntur, nequaquam fidei suae, vel sollicitudinis haeredes deficient, nec deerunt prorsus, qui regulam, quam circa Deum ferventissimae charitatis ostendit, pro quantitate virium, pro capacitate divinitus collati doni sequantur. Ipse namque quidquid ab indignis ministris negligenter agitur, supplet: ipse locum, quem olim delibatione proprii corporis Domino consecravit, quiscumque vel qualiscumque* VICARIUS *exster, suae claritatis lumine hodieque indeficienter illustrat.* Quin etiam Hincmarus antistes remensium, ut est in actis synodi duziacensis primae parte secunda (2), *apostolica sedes,* inquit, *est omnium ecclesiarum in toto orbe terrarum mater, et magistra.... Ideo beatus Petrus.....specialiter claves regni caelorum, et* PRIMATUM IUDICIARIAE *potestatis, et curam pascendarum ovium dominici ovilis accepit, et in primatu illius successores ipsius in sede eius acceperunt, ut omnes per orbem credentes intelligant, quia quicumque ab unitate fidei, vel societatis illius quolibet modo semetipsos segregant, tales nec vinculis peccatorum absolvi, nec ianuam possunt regni caelestis ingredi.* Accedit Theodori Studitae viri sanctissimi, omniumque hegumenorum ad Michaëlem imperatorem orientis scribentium, qui, *Iubeat*, inquiunt, *magna sua, et a Deo confirmata potentia.... a seniore Roma mitti huius rei declarationem, ut per antiquam traditionem ab initio servatum est. Haec est supremus apex Dei ecclesiarum, cui primus praesedit Petrus, ad quem Dominus:* Tu es Petrus etc. (3) Rursum Theodorus ipse epistola ad Naucratium, *Deum hominesque*, ait, *in praesenti contestor: seiunxerunt se a corpore Christi a coryphaea sede,* IN QUA CHRISTUS POSUIT FIDEI CLAVES, ἐν ᾗ Χριστὸς ἔθετο τὰς κλεῖς τῆς πίστεως, *adversus quas non praevaluerunt per omne sae-*

(1) Tomo v. *concilior. class. edit. p.* 694.

(2) Tomo *eod.* v. *p.* 1163. *seq.*

(3) Ἡ μεγάλη, καὶ θεοστήρικτος αὐτῆς χεὶρ....κελευσάτω παρὰ τῆς πρεσβυτέρας Ῥώμης δέξασθαι τὴν διασάφησιν, ὡς ἄνωθεν, καὶ ἐξ ἀρχῆς πατροπαραδότως ἐξεδόθη. Αὐτὴ ἡ κορυφαιοτάτη τῶν ἐκκλησιῶν τοῦ Θεοῦ, ἧς Πέτρος πρωτόθρονος, πρὸς ὃν ὁ Κύριός φησι: σὺ εἶ Πέτρος etc. *epist.* XXXVI. *edit. ann.* 1696. *tom.* v. *opp.* Sirmondi *p.* 522., *et tom.* IX. *concilior. edit. Hard. paris. p.* 665.

culum, nec praevalebunt usque ad finem saeculi inferi portae, ora videlicet haereticorum, sicut promisit ille, qui non mentitur (1). Qua ex re intelligis, quanto in errore, quantaque in ecclesiasticarum rerum ignoratione Nectarius hierosolymitanus patriarcha versaretur, qui nusquam se vidisse epistolas illas Theodori dixit (2), et hoc uno responso satis se illis fecisse est arbitratus. *Ecquis hoc umquam negavit*, inquit, *romanam ecclesiam verticem esse ecclesiarum secundum ordinis primatum?* Quasi vero de primatu non *iurisdictionis*, non *curae*, *non sollicitudinis* omnium ecclesiarum, non *auctoritatis*, denique caussarum de religione, disciplina, rebusque ecclesiasticis diiudicandarum, sed de primatu solum ordinis Theodorus egerit. Sunt enim haec atque alia, quae supra descripsimus, Theodori (3) loca tam clara, tamque perspicua, ut qui ea de uno *ordinis* primatu explicare conabitur, nae is otio abutetur et litteris.

II. Romanos antem antistites numquam in errorem incidisse iam usque ab saeculo IV. ostenderat Gregorius nazianzenus, quod idem V. saeculo Theodoritus testatus est (4). Agatho praeterea pontifex in *litteris ad Constantinum, Heraclium, et Tiberium* (5), *s. Petri*, inquit, *adnitente praesidio haec apostolica eius ecclesia numquam a via veritatis in qualibet erroris parte deflexa est, cuius auctoritatem, utpote apostolorum omnium principis, semper omnis catholica Christi ecclesia, et universales synodi doctrinam amplexi, per quam et probatissima ecclesiae Christi lumina claruerunt, et sancti quidem doctores orthodoxi venerati, atque sequuti sunt, haeretici autem falsis criminationibus, ac derogationum odiis insequuti... Haec est vera fidei regula* (6) *quam, et in prosperis, et in adversis vivaciter tenuit, et defendit; haec spiritalis mater vestra tranquillissimi imperii apostolica Christi ecclesia, quae per Dei omnipotentis gratiam a tramite apostolicae traditionis numquam errasse probabitur, nec haereticis novitatibus depravata succubuit; sed ut ab exordio*

(1) Tomo cod. IX. concilior. p. 665. et tom. V. opp. Sirm. p. 487. edit. paris. an. 1696.

(2) Pag. 99. edit. londin. an. 1706. Καὶ τίς τοῦτ' ἄν ποτε ἀπηγόρευσεν, καὶ κορυφὴν εἶναι τῶν ἐκκλησιῶν κατὰ πρωτεῖον νοουμένην τάξεως.

(3) Pag. 17. huius vol. not. 5. Theodoritus ep. ad Renat. p. 212. to. II. opp. s. Leon. edit. rom. Cacciar.

(4) Vide p. 16. huius vol. not. 5.

(5) Synodi VI. oecumenicae an. 680. habitae actione IV. p. 1079.

(6) Ibid. p. 1082.

fidei christianae percepit ab auctoribus suis apostolorum Christi principibus, illibata fine tenus permanet, secundum ipsius Domini Salvatoris divinam pollicitationem, quam suorum discipulorum principi in sacris evangeliis fatus est. Atque sequutus is quidem sententiam Gelasii I. est, *epistola* I. *ad Euphemianum constantinopolitanum antistitem* (1), a quo item accepit Aeneas parisiensis IX. saeculi scriptor, qui, *Non vero*, inquit, *in romana sede, Deo rectore, tale umquam contigit dedecus, ut aliquis haeresiarches eidem praesideret, quam summus apostolorum princeps sua sessione illustravit, et fuso sanguine consecravit, cui suas regendas oves Dei filius speciali cura commisit* (2). Quid? si Hadriani pontificis libellum synodus constantinopolitana IV. an. 869. laudavit, in quo erat scriptum hoc modo? *Quia non potest Domini nostri Iesu Christi praetermitti sententia dicentis: tu es Petrus etc. Haec, quae dicta sunt, rerum probantur effectibus, quia in sede apostolica immaculata est semper catholica servata religio, et sancta celebrata doctrina* (3) .... *Tota sancta synodus exclamavit: iuste, et convenienter lectus nobis libellus expositus est a sancta romanorum ecclesia, et propterea omnibus placet* (4). Sed ne omnes persequar, magnitudo voluminis prohibet.

III. Venio ad partem huius §. tertiam. Quam quidem partem esse omnem, diximus, de confirmatis a romana sede in fide iis, quos haeretici circumvenire, atque in errorem impellere sunt conati. Hoc autem praeter ceteros Basilius in ea epistola, quae fuit ad Damasum missa, testatus est. Nam cum detrimenta, quae arianae haereseos caussa orientis ecclesiae ceperant, descripsisset, traditamque improbis hominibus, qui fallere incautos conarentur, summam de rebus ecclesiasticis decernendi, constituendique potestatem graviter sane conquestus esset; tum *horum malorum*, inquit, *unicam solutionem expectavimus miserationis vestrae visitationem. Ac nos semper miserata est mirabilis vestra charitas praeterito tempore, et laeto rumore allato, fore ut a vobis inviseremur, animis ad breve tempus corroborati sumus. Postquam autem spe excidimus, non iam amplius ferentes eo devenimus,*

(1) *Tom.* II. *concilior. p.* 879. *edit. eiusd.*
(2) *Tom.* V. *concilior. p.* 316. *edit. eiusd.*
(3) *Actione* I. *tomo eod. p.* 774.
(4) *Ibid. p.* 776.

ut vos per litteras obsecremus, ut ad opem nobis ferendam excitemini, et ex iis, qui idem ac nos sentiunt, mittatis aliquos, qui vel dissidentes concilient, vel Dei ecclesias ad amicitiam reducant, vel saltem perturbationis auctores vobis clarius indicent .... Omnino autem nihil exposcimus novi .... Novimus enim ex serie memoriae a patribus nostris interrogatis, et litteris etiamnum apud nos asservatis edocti, Dionysium beatissimum illum episcopum, qui apud vos et recta fide, et reliquis virtutibus enituit, invisisse ecclesiam nostram caesariensem, et patres nostros per litteras consolatum esse, ac misisse, qui fratres captivos redimerent. Nunc autem difficilior est, ac tristior rerum nostrarum status, et cura maiore indiget.... Quare nisi iam ad suppetias ferendas excitemini, paullo post nec quibus manum porrigatis inventuri estis, omnibus sub haeresis potestatem redactis (1). Rursum: *operae pretium visum est ad episcopum Romae scribere, ut res nostras invisat .... Ipso suo marte hoc negotium aggrediatur, eligens homines idoneos ad perferendos itineris labores, idoneos ad eos, qui apud nos perversi sunt, lenitate, ac animi constantia corrigendos etc.* Romano namque pontifici *non parum oneris, ac laboris incumbit, ut ecclesiae macula desit, et ruga* (2); *cura namque circa omnes constringitur* (3), *ac propria sibi omnia ecclesiarum studia facit* (4), quae quidem cura *se per omnia, qua nomen Dei praedicatur, extendit* (5), *portatque onera omnium*, qui *gravantur* (6). Quare a romanis antistitibus *semper catholicis* hominibus *subventum est* (7). Itaque Clemens I. deincepsque Soter curarunt, ut co-

(1) *Epist.* LXX. *tom.* III. *opp. edit. paris. monachor. congr. s. Mauri p.* 164.

(2) *Xystus III. epist.* VI., *quae est ad Iohannem antiochenum n.* V. *p.* 1261. *tomo* I. *epistolar. rom. pontif. edit. paris. Coustantii.*

(3) S. Caelestinus p. m. *epist.* III., *quae est ad episcopos Illyrici. Ibid. p.* 1063.

(4) Synodus ephesina *in relat. rerum ab ipsa gestar. ad Caelestinum P. M. ibid. p.* 1164. *seqq. Tunc quidem sanctitatis zelus, et circa rectam fidem Salvatoris omnium nostrum Deo amica, vel placens sollicitudo digna omni admiratione fuit:* ἔθος γὰρ ὑμῖν τοῖς οὕτω μεγάλοις εὐδοκιμεῖν εἰς ἅπαντα, ἐρείσματά τε τῶν ἐκκλησιῶν τὰς ἑαυτῶν ποιεῖσθαι σπουδάς. NOS ENIM VOBIS ITA MAGNIS EXISTENTIBUS OMNIBUS ESSE PROBARI, ET OMNIA STUDIA ECCLESIARUM VESTRA PROPRIA FACERE.

(5) Idem Caelestinus *epist.* IV. *ad episcopos prov. viennensis, et narbon. ibid. p.* 1066.

(6) Siricius papa *epist.* I. *ad Himerium tarraconensem n.* I. *ibid. p.* 624.

(7) Idem Caelestinus I. *epist.* XIV. *ad populum constantinopolitanum n.* VII. *ibid. p.* 1165. *Athanasius, inquit, fugatus in nostris partibus receptus est. Denique hic ei redintegratus est status, et in hac sede requiem communionis invenit,* ἀφ' οὗ ἀεὶ τοῖς καθολικοῖς γεννᾶται βοήθεια, E QUA OMNIBUS CATHOLICIS NASCITUR AUXILIUM.

Digitized by Google

rinthii *optimis documentis abundarent* (1). Data item est a romanae ecclesiae antistitibus opera, ut ii, quos Marcion deceperat, ecclesiae restituerentur (2). Quantum autem studii, diligentiaeque Cornelius revocandorum ad pietatem eorum, qui in novatianorum errorem inciderant (3), Stephanus deterrendorum africanorum a rebaptizandis haereticis (4) delendique schismatis, Dionysius (5), Iulius, Liberius (6), Damasus confirmandorum in fide orientis catholicorum, ceteri denique qui post floruerunt pontifices constabiliendae, propagandaeque orthodoxae religionis caussa (7) impenderint, publicis tabulis, historiarumque illustribus monumentis constat.

IV. Quarta est pars huius §. de summa pontificis maximi auctoritate, quae una satis ad haereses evertendas sit. Ea vero non catholicorum modo scriptis sententiis liquet, sed confessione etiam schismaticorum. Ac pelagianorum quidem caussam sanctae apostolicae sedis auctoritate fuisse *finitam* testimoniis Augustini, et Prosperi demonstratum est. Iustinianus autem imperator, ut reliquos mittam, ne longior sim, quam oporteat, *in omnibus*, inquit, *servato statu unitatis sanctissimarum ecclesiarum cum ipso sanctissimo papa veteris Romae, ad quem similia hisce perscri-*

(1) Confer Dionysii corinthiorum episcopi *epistolam ad ecclesiam romanorum* apud Euseb. *lib.* IV. *hist. eccl. cap.* XXIII. *pag.* 159. *edit. taurin.* an. 1746., quo loco, *haec enim vobis consuetudo est*, inquit, *iam inde ab ipso religionis exordio, ut fratres omnes vario beneficiorum genere afficiatis.... Hodie sacrum dominicum diem transegimus, in quo epistolam vestram legimus, quam quidem perpetuo deinceps legemus, perinde ac priorem illam nobis a Clemente scriptam, optimis praeceptis, ac documentis abundabimus.*

(2) Vide quae scripsi supra *p.* 24. *not.* 1.

(3) Confer quae de Eleutherio scribit Coustantius *tom.* I. *epistolar. rom. pontif. p.* 87. De Zephyrino autem, ut se erga Natalem ab haereticis deceptum gesserit, vide anonymum scriptorem eius aequalem apud Eusebium *lib.* V. *h. e. cap.* XXVIII. *p.* 219. *seq.*, et Coustantium loco *modo indicato p.* 107. *seqq.* Ad Cornelium quod attinet, vide eius epistolam ad Cyprianum, quae inter cyprianicas *est* XLIX. *al.* LIII., et inter cornelianas VI. *tom.* I. *collect. epistolar. romanor. pontificum num.* 2. *pag.* 135. *edit. Coustantii*, *et ep.* IX. *ad Fabium antiochenum tom. eodem* I. *epistolar. rom. pont. p.* 146.

(4) De Stephano, quem Dionysius alexandrinus de rejectu ab omnibus superstitione novatianorum, paceque iotis certiorem fecit, vide Eusebium *lib.* VII. *hist. eccl. cap.* II. III. *et* IV. *pag.* 282. *seqq. edit. taurin.* Confer etiam Coustantium *tom.* I. *epistolar. romanor. pontif. pag.* 223. *n.* 6. §. III. *De rebaptizantium caussa* consule praeter ceteros eumdem Coustantium *ibid.* §. IV. *seqq. p.* 224. *seqq.*, et Iosephum Augustinum Orsium *lib.* III. *de auctoritate summi pontif. cap.* III. *art.* I. *seqq. p.* 34. *edit. rom. an.* 1739. *tom.* II.

(5) Ut autem Dionysius monuerit Dionysium alexandrinum constat ex Athanasii epistola *de sententia Dionysii n.* XIII. *et lib. de synodis n.* XLIII. Consule Coustantium *ibid. p.* 272. *seqq.*

(6) De Iulio, et Liberio confer, quae scripsit Coustantius *tom.* I. *epistolar. rom. pontif. pag.* 354. *seqq.* Consule etiam epistolam *Iulii ad alexandrinos, ibid. pag.* 399., ut Liberii *epist.* III. *ad Eusebium vercellensem ibid. p.* 422. *et* IV. *ad Constantium ibid. p.* 423. *et seqq.* De Damaso vide Socratem *lib.* IV. *hist. eccl. c.* XXXVII. *p.* 219. *edit. taurin.*

(7) Adeundus Thomas Bozius *de signis ecclesiae Dei lib.* V. *signo* XII. *cap.* III. *p.* 165. *seqq.*, *et cap.* IV. *seqq. p.* 169. *seqq. tom.* I. *edit. rom. an.* 1591., *et l.* XIX. *signo* LXXXI. *cap.* I. *seqq. pag.* 262. *seqq. tom.* II.

Digitized by Google

psimus. Nec enim patimur, ut quidquam eorum, quae ad ecclesiasticum spectant statum, non etiam ad eiusdem referatur beatitudinem, cum ea sit caput omnium sanctissimorum Dei sacerdotum, vel eo maxime, quod QUOTIES IN EIS LOCIS HAERETICI PULLULARUNT, ET SENTENTIA, ET RECTO IUDICIO ILLIUS VENERABILIS SEDIS COERCITI SUNT (1). Denique Eutherius thyanensis, et Helladius tharsensis, qui post synodum ephesinam contumaciter Cyrilli alexandrini doctrinam haereseos esse condemnandam iactabant, ad Xystum III. litteras in hanc sententiam scripserunt: *Et olim saepius, iam ex Alexandria huiusmodi haereticis zizaniis insurgentibus, suffecit vestra apostolica sedes per universum tempus illud ad mendacium convincendum, impietatemque reprimendam, et corrigenda, quae necessarium fuit, muniendumque orbem terrarum ad gloriam Christi, tam sub illo ter beato, et inter sanctos habendo episcopo Damaso, quam sub pluribus aliis gloriosis, atque admirabilibus* (2).

(1) *Codicis Iustinian. lib.* I. *tit.* I. *de summa Trinit. et fide cathol. lege* VIII. *Cognoscere volentes, pag.* 3. *edit. lips. an.* 1735. Atque de haeresibus sublatis opera romanorum pontificum legendus Hieronymus *epist.* XCVII. al. VIII., quae est ad Demetriadem *p.* 793. *tom.* IV. *opp. edit. paris. Martian.*, quo loco, *dum esset parvula*, inquit, *et s. memoriae Anastasius episcopus romanam ecclesiam regeret, de orientis partibus haereticorum saeva tempestas simplicitatem fidei, quae apostoli voce laudata est, pollucre, et labefactare conata est. Sed vir ditissimae paupertatis, et apostolicae sollicitudinis statim noxium percussit caput, et sibilantia hydrae ora compescuit. Et quia vereor, immo rumore cognovi in quibusdam adhuc vivere, et pullulare venenata plantaria, illud te pro charitatis affectu praemonendam puto, ut sancti Innocentii, qui apostolicae cathedrae, et supradicti viri successor, et filius est, teneas fidem*,,. Praeterea *lib. adversus Rufinum III. ibid. p.* 453. *Confessionem tuam ab omnibus Italiae episcopis asseris esse susceptam. Crederem dicenti, nisi dubitare de te lste liber, non Pamphili faceret. Et tamen miror quomodo probaverit Italia, quod Roma contempsit, episcopi susceperint, quod sedes apostolica condemnavit.* Theodoritus etiam in ea epistola, quae est ad Renatum presbyterum rom. eccl. *tom.* IV. *opp. s. Leonis edit. rom. an.* 1755. *pag.* 219. *Habet sanctissima sedes* (romana) *ecclesiarum, quae in toto sunt orbe, principatum multis nominibus, atque hoc ante omnia, quod ab haeretica tabe immunis mansit, nec ullus contraria sentiens in illa sedit, sed apostolicam gratiam integram conservavit.* Confer item alteram eius epistolam ad *archidiaconum urbis Romae ibid. pag.* 221. ubi, *Dignare*, inquit, *sanctissimi archiepiscopi* (Leonis) *zelum accendere, ut orientis* ***** *ecclesiae sollicitudine vestra fruantur etc.*

(2) Inter epistolas Xysti *epist.* IV. n. 2. *edit. Coustantii tom.* I. *pag.* 1240.

Digitized by Google

§. VII.

Romanos quosdam pontifices, per summam iniuriam in invidiam erroris fuisse vocatos, maiorum auctoritate constat.

Haec etsi ita sese habeant, tamen intelligo fuisse aliquos, qui romanos pontifices Victorem I., Stephanum I., Marcellinum, Liberium, Honorium I. Iohannemque XXII. in errorem incidisse dicerent.

I.

De Victore.

Nam Victorem (1) *litteras pacis* montanistis haereticis concessisse, lapsumque propter ea fuisse (2) pugnant. Sed scripserit ne eas litteras Victor, nec ne scripserit, parvi refert. Quamquam dubito. Qui namque uni Tertulliano montanistae, qui contra orthodoxos mentiri multa soleret, haec de suis praedicanti (3) credam? Fac autem vera dixerit. An pontificem contra *fidem* peccasse putem, qui montanistis initio sive recte sentientibus,

(1) *Litteras pacis* pro montanistis episcopum romanum emisisse scribit Tertullianus *lib. adversus Prax. cap.* I. *pag.* 501. *edit. venetae an.* 1744. A Victore autem eas litteras fuisse *emissas* censent Dupinius *biblioth. des auteurs ecclesiast. in Tertull. edit. paris. an.* 1693. *pag.* 98. *tom.* I., Cellierius *histoir. génér. des auteurs sacr. et eccles. tom.* II. *edit. paris. an.* 1730. *pag.* 197., Tillemontius *in s. Victoris vita tom.* III. *mém. pour servir a l'hist. eccl. art.* I. *pag.* 44. *edit. bruxell. anno* 1732., Coustantius *tom.* I. *epistolar. rom. pont. p.* 87., Pagius *ad an.* CLXXI. *num.* III., Basnagius ad *an.* CXCIV. *num.* VII. aliique permulti. Contra ab Eleutherio censent Renatus Massuetius *diss.* II. *praevia in Irenaei libros num.* 8. *pag.* 80. *edit. paris. monachor. s. Mauri, et pag.* 67. *seq. tom.* II. *opp. s. Irenaei edit. venetae an.* 1734., Valesius *in not. ad lib.* V. *hist. eccl. Euseb. cap.* III. *pag.* 104. *edit. taurin. an.* 1746., Natalis Alexander de Zephyrino loqui Tertullianum existimat *in hist. saec.* III. *dissert.* I. *pag.* 43. *tom.* IV. *edit. luc. anno* 1750. Baronius vero de Aniceto *ad an.* CLXXIII. *n.* III. Ego vero de Victore potius, quam de Eleutherio egisse Tertullianum arbitror, de Zephyrino autem, et Aniceto nullo modo. Sed de quocumque tandem egerit, non laboro.

(2) Nicolaus Sanderus *lib.* VII. *de visibili monarch. eccl. pag.* 278. *num.* 31.„ Zephyrinus, *inquit*, ooo montanizavit, ut nonnulli de ea loqui non erubuerunt„. Nollem autem a Pagio, qui abbatem de Fourt est sequutus, loco modo indicato, laudatus auctor *appendicis ad lib. de praescript. Tertullian.* fuisset, quasi *Victorem papam haeresim Praxeae corroborare curasse* scripserit. Non enim Victorem auctor ille, sed *Victorinum*, nescio quem, nominet. *Victorinum* autem eumdem atque *Victorem* esse defendere, non critici est, sed hominis suo ingenio, coniecturisque nimium indulgentis.

(3) Confer Natalem Alexandrum loco supra indicato *pag.* 44.

quod Baronius (1) arbitratur, sive recte sentire, pietatemque se colere simulantibus (2), *pacis litteras* non esse negandas existimavit? Cur enim ei sacris interdixisset, cuius sanam esse de religione doctrinam putasset? Quod si errorem Montanus occultarat, simulaveratque, ut pietatem, ita etiam veritatem, qui demum occultum, quod erat, diiudicari a pontifice potuisset? Atque hoc quidem nomine Stephanum (3), Liberium, Damasum, Zosimum-

(1) *Ad an.* CLXXIII. *num.* III. Rigaltius *not.* 2 *in lib. Tertull. advers. Praxeam pag.* 301. *edit eiusd. venetae* ,, Montani schola, *inquit*, sicut Baronius observat, aliquamdiu stetit innoxia: discipulos habuit adeo ,, morum sanctitate commendabiles, beneficio miraculorum potentia reverendos, martyriorum constantia ,, fortes, ut nemo praesentiores alibi numinis vires ,, agnosceret. Et vero recte doctissimus cardinalis censuit, Anicetum tunc pontificem romanum in hominibus nihil adhuc a fidei regula dissentientibus, haec ,, divini spiritus charismata agnovisse, eorum ecclesiis ,, pacem intulisse etc. ,,

(2) Simulatione virtutis, et pietatis, occultationeque pravorum dogmatum, quae propagabant, montanistas induxisse Victorem, ut litteras pacis emitteret, animadvertit post alios plerosque omnes Ceillerius *loco laud.* Id quod ne Basnagius quidem in *annalibus loco laud.* negat.

(3) Ut intelligas labi Pagium, qui Victorinum (ut legitur in *append. ad lib. Tertull. de praescr. cap.* LIII. *pag.* 223. *opp. Tertull. edit. eiusd. venetae*) eumdem atque Victorem romanum fuisse putat, qui *corroborare haeresim Praxeae* curarit, consule libellum synodicum, in XX. *synodo*, quo loco in Praxea certe damnatos a Victore papa *Sabellium, et Noetum* fuisse statuitur. Tom. V. *concilior. edit. Harduin. paris. p.* 1645. et apud Ioh. Albertum Fabricium *tom.* XI. *biblioth. graecae pag.* 191. Conferre etiam ad rem confirmandam posset Optati I. *lib. contra donatistas cap.* IX. *pag.* 8. *edit. antuerp. an.* 1702. locum, si pro *Victorino pictaviensi*, Victorem scripsisset, quod vult Basnagius *ad an.* 149. *num.* V. *pag.* 206. *annalium tom.* II. *edit. roterod. anno* 1706. At *Victorinus*, non *Victor* Optatus scripsit. Vide, quae de Stephano adnotavi. Quod ad Eustathium sebastenum attinet, supra *p.* 36. *not.* 2. quam vafer, quamque suae superstitionis, haeresisque dissimulator fuerit, atque Liberium permoverit, ut suo ipsum episcopatui, a quo deiectus fuerat, restitueret ex *ep.* CCXLIII. *alias* LXXIV. *Basilii ad occidentales*, n. 3. *p.* 406. *seqq. tom.* III. *opp. edit. paris. Garnerii mon. congr. s. Mauri* intelligitur. Ac Romae quidem Eustathium nicaenam fidem fuisse confessum testatur Basilius *epist.* CCXLIV. *al.* LXXXII. *num.* V. *pag.* 379. Consule quae adnotavit Coustantius *in monito ad epistolam inter liberianas* XIV. *tom.* I. *epistolar. rom. pontif. pag.* 450. *seqq. edit. paris. an.* 1721. Et hoc Eustathio memini me nonnihil dixisse in iis epistolis, quas anno 1748. adversus Mansium scriptas publicavi Romae *epist.* IV. *num.* XL. *p.* 391. Iuvat autem hoc loco, quoniam harum epistolarum incidit mentio, de Friderico Sartecchio auctore *biblioth. scriptor. congreg. cleric. Matris Dei* proponere, demonstrareque quae in historia *meditamenta mea de ratione temporum athanasiorum* fuisse a Mansio dilata affirmarit. Iam hoc praedico, eum epistolas illas adversus Mansium quatuor, Mansiique apologiam non legisse, et tamen non dubitasse *dilatas* eas a Mansio eodem fuisse confidenter scribere. Nam si legisset, nihil a Mansio contra epistolam priorem meam (in qua, fatente Zacharia homine Mansii studiosissimo *tom.* I. *histor. litter. lib.* II. *cap.* III. *num.* II. *pag.* 174. praecipua controversiae *vis*, ratioque inest) nihil contra secundam, nihil denique adversum argumenta praecipua, quae tertia, et quarta continentur, fuisse scriptum, animadvertisset. Cognosset praeterea confessum ipsum ultro fuisse, Theodoritum favere mihi, allatumque ab se locum quemdam, quasi Athanasii esset, quem tamen in Athanasii libris nusquam reperire quiverit. Nunc illud quaero, quo iure demum *is*, qui neque Mansii libellos, neque epistolas meas legerit, iudicium de hac controversia omni ferre, victoriamque ei adscribere potuerit, qui nihil contra epistolam I. et II. meam, nihilque fere contra tertiam, et IV. mutire sit ausus, quique Theodoritum mihi (contra atque antea scripserat) favere, seseque errasse in describendo Athanasii loco, quem adduxerat caussa oppugnandi mei, in quibus certe auctoribus duobus praecipuum suae caussae praesidium locarat, confessus sit? Hoccine erit, Sartecchio auctore, vincere nihil fere ad ea, quae adversarius protulerit, respondere, seque ipsum errasse, maleque descripsisse veterum loca fateri? Consule, obsecro te, lector, epistolas duas, quas italice ad Angelum Mariam Baldinium adversus postremam Mansii assertionem scripsi, inserique diario palestriniano an. 1748. *pag.* 337. *seqq. et p.* 399. *seqq.* eurabis perspiciesque, non ephemeridum italicarum auctoris cuiusquam, nec amicorum meorum auctoritate me, sed veteribus monumentis demonstrasse, quod ad demonstrandum susceperam; Mansium autem neque diligenter, neque ita, ut veritas, resque ipsa poscebat, in eo argumenti genere fuisse versatum. Admirabere praeterea non di-

Digitized by Google

que ab invidia, si quam usquam subire scelere possent calumniatorum, facile liberabimus; quod prior Basilidem, alter Eusta-

cam fidem (nam fortasse non vidit) sed confidentiam Sarteschii, qui cum non sit in historia huius rei exercitatus, tam haec tam aliena, atque inanis bibliothecam suorum scriptorum transtulerit. Alioqui si in hoc genere versatus esset, epistolas illas duas meas, quibus Mansii postremas obiectiunculas non *diflavi* modo, sed etiam in nihilum redegi, tacitus cumquam praetermisisset; quamquam satis ei fuisset quatuor priores epistolas latinas a me editas legere, cumque assertionibus Mansii conferre. Nam hoc si fecisset, candideque loqui voluisset, veritas ex ipso, ut victum a me fuisse Mansium diceret, extorsisset. Verum is auctor, qui tanti facit suos, ut ineditas eorum oratiunculas, dissertatiunculas, carmina nullius momenti celebret, amore item in Mansium latus, eius opusculum de *epochis*, quod non legerat, meis animadversionibus, epistolisque praeferendum putavit. At ephemeridum venetarum auctor laudat Mansium, quaeque a me opposita ei primum fuerunt, non probat, apologiae mansianae vi permotus. Sarteschius *ibid. pag.* 355. 356. Quid hoc ad rem? Scimus, qua is venetus scriptor auctoritate praestet. Deinde nonne is ipse auctor, ubi epistolas latinas meas legit, eo est adductus ut quamquam sit amicus Mansii, nihil se tamen hac de re definire velle dixit? Sarteschius *ibid. pag.* 356. Verumtamen est, inquit Sarteschius, *ephemeridum auctor in Mansium eumdem propensior.* Quasi vero pugnet, amicum Mansii ad Mansium esse propensiorem non desiisse. Sed quid is auctor statuit, quo sententiae Mamachii adversari videatur? Ferre, inquit Sarteschius, venetus scriptor non potest rideri a Mamachio Mansium, quod chronici a Maffeio editi auctorem, *maffeianam anonymum appellaverit.* Ridiculum! Nihil enim ad causam. Quamquam venetus ille, si rationem, quamobrem Mansium riserim, considerasset, non *aegre*, quod scripsi, *tulisset.* At Muratorii iudicium semper magni facient eruditi viri. Sarteschius *ibid. pag.* 357. Scilicet, si auctoritate veterum nitatur, facient maximi; sin minus, scito, nihili facturos. Non enim eruditi viri sunt pecudes, ut duci se quocumque Muratorius velit, patiantur. Veteribus illi monumentis diiudicari de re vetere disputationem oportere putant, non litteris amicorum Mansii novis. Ego veterum auctoritate pugnavi, quorum testimonia nihil habuit Mansius, quod opponeret; nam si habuisset, sito ea quidem silentio non pressisset, neque inanibus coniecturis rei clarae tenebras offundere curasset. Sed stet, ut Sarteschio placet, eruditi viri iudicio Muratorii, qui datis ad Mansium litteris, eius *de epochis dissertationem* laudavit. Quid? annon postmodum quatuor epistolis Mamachii disturbata, atque explosa fuisse dixit, quae de synodo sardicensi etc. Mansius ea ipsa dissertatione complexus fuerat? Scriptis enim 2. sept. die an. 1750. ad Mamachium litteris: *Ben so*, inquit, *che sembrerà sbaragliato* (il P. Mansi) *a chiunque leggerà le quattro lettere ultimamente da lei date alla luce.* Vide *diar. roman. palearin. an.* 1750. *edit. rom. an.* 1751. *pag.* 159. *seq.* At scripsit rursum ad Mansium, eiusque assertionem alteram adversus epistolam Mamachii editam *die* 9. *maii an.* 1749. laudavit. Iis, credo, iudicibus similem fuisse Muratorium, Sarteschius putat, quos ferunt, assentiri accusatori; post patrono; deinde rursum accusatori; patrono autem iterum; pergere porro, et utrique, cum diceret, assentiendi finem facere consuesse nullum. Quem autem locum probasse visus est Muratorius mansianae assertionis? Eum scilicet unum, qui est de pugna singarica, quemque exhibere negotium Mamachio posse existimaret. Verum Mamachius de eo non laborat, quod de pugna singarica attulerat non demonstrationis chronologicae loco, sed coniecturae. Argumenta autem a Mamachio prima epistola contra anonymum maffeianum comprehensa quae Muratorius laudaverat, et Mansius tacitus praeterierat, qui demum debilitata a Mansio fuisse Muratorium idem putasset? Immo vero cum in postremis ad Mansium litteris, non eiusmodi genus illud controversiae affirmarit esse, ut produci in longum tempus posse videretur, quod utrinque praecipua argumenta, quibus quisque maxime niteretur, allata essent; cumque nihil praecipuis argumentis Mamachii a Mansio fuisse responsum viderit; existimarit necesse est, quod ad haec saltem attinet, vetus esse monumentum omnino nullum, quod Mansio suffragaretur, adeoque, dempta ea una coniectura, quae erat de pugna singarica, in ceteris Mansium causa cecidisse. Quod si Muratorius epistolas duas meas contra *alteram assertionem* Mansii diario palearino an. 1748. *pag.* 337. *seqq. et p.* 339. *seqq.* insertas legisset, confessus esse fuisset, Mansio a me de pugna etiam singarica fuisse cumulatissime satisfactum. Quin etiam errata perplura, pugnas cum ipso se, quod malae causae patronis convenit, inconstantiam denique Mansii cognosset, confirmassetque, quod ad me scripserat, Mansium meis epistolis victum, et expugnatum fuisse. Sed modum faciam. Si scriptoribus novis pugnandum est, legito Francisci Mariani, Josephi Catalani, et Petri Moretti, hominum doctissimorum, totque libris editis illustrium, qui in rem hanc omnem diligenter inquisierant, meis epistolis quatuor praefixas adprobationes, perspiciesque ecquod demum de lucubrationibus mansianis iudicium tulerint. Confer etiam, si licet, acta lipsiensia ad an. 1750. *p.* 449. tumque intelliges utri, mihine Germani, quibus vix sum notus nomine, an Mansio palmam detulerint. Sed haec alias.

Digitized by Google

thium, tertius Timotheum, quartus Caelestium sua aut delicta, aut haereses reticentes, occulentesque, condemnandos non putarit (1).

II.

De Stephano I.

A Stephano I. etsi omnes iure Cypriani, Firmilianique de rebaptizandis haereticis omnibus errorem reprobatum statuant; non desunt tamen qui peccatum etiam graviter fuisse (2) arbitrentur. Nam lapsum eum in extremum alterum errorem fuisse, omninmque haereticorum, quacumque tandem forma datum fuisset, baptisma valere putasse defendunt, propterea quod scribi ad Cyprianum iusserit, *ut in nomine Iesu Christi ubicumque, et quomodocumque tincti*, baptismo rursum (3) non initiarentur. Sed qui sic disputant, ecclesiam universam, quod nemo umquam feret orthodoxorum, errore, eoque gravissimo implicatam aliquando fuisse fateantur, necesse est. Nullus enim tunc fuit catholicorum, qui aut Stephani, aut Cypriani partibus non studeret. Cum autem adversarii lapsum utrumque fuisse pugnent, non video, uti quemquam eorum, qui tunc viverent, catholicorum liberare ab nota erroris queant. Verumtamen Augustinus (4), Vincentius lirinensis (5), Facundus hermianensis (6) Stephani num-

(1) Confer, quae de Timotheo apollinariano, qui simulatione pietatis, veraeque doctrinae Athanasium deceperat, receptusque ab Damaso in communionem fuerat, scribunt Coustantius *tom. I. epistolar. rom. pont. in notit. epist. Damasi* §. IV. *seq. p.* 292. *seqq.*, et Antonius Merenda vir doctus *in dis. de s. Damasi opusc. et gestis cap.* XI. §. III. *seqq. pag.* 56. *edit. opp. s. Dam. romanae an.* 1754. Iam vero quod ad Zosimum pontificem maximum spectat, consule doctissimum cardinalem Henricum Norisium *hist. pelag. lib.* I. *cap.* XII. *seq. pag.* 38. *seqq. edit. patav. an.* 1709., monachos congregationis s. Mauri, *Augustini vitae lib.* VII. *cap.* XII. *pag.* 265. *seqq. edit. antverp. an.* 1700., Coustantium *ibid. pag.* 966. *seqq. et pag.* 974. *seqq.* Adeundi praeterea historici ecclesiastici Baronius, Tillemontius, Pagius, Natalis Alexander etc.

(2) Samuel Basnagius ad an. 256. num. IV., „ Natalis Alexander, *inquit*, Schelstratus, Pagius eam summo ecclesiae capiti inuri iniuriam volunt, ut „ quorumvis haereticorum baptismum admiserit. Nos „ vero extra omnem dubitationis aleam constitutum „ esse putamus, quorumvis haereticorum baptismum „ susceptum fuisse a Stephano „. Ita ille quidem velum ex tripode. Ei praeiverat Blondellus *De la prim.* *sect.* VIII. §. II. *pag.* 56. *edit. an.* 1641. Idem ab Launoio *tom.* VIII. *ep.* XV. *pag.* 607. poni, Dupiniumque *pag.* 404. et 480. saltem dubitare scribit Tillemontius in Cypriano *tom.* IV. *mém. pour ser. à l'hist. ecl. not.* XXXII. *pag.* 24. *edit. bruxell. in fol.*

(3) S. Cyprian. *epist.* LXXIV. *ad Pompeium pag.* 213. *edit. oxon. an.* 1682. At id *quomodocumque* additum a Cypriano fuisse animadvertit *Coustantius ibid. pag.* 230.

(4) *Lib.* V. *contra donatistas cap.* XXIII. *pag.* 105. *tom.* IX. *opp. edit. antverp. an.* 1700. Et *lib. de unico baptismo contra Petilianum cap.* XIV. *pag.* 366. *tom. eod.*

(5) Vide supra *pag. huius vol.* 17. *not.* 2.

(6) Libro contra Mocianum *pag.* 855. *opp. Sirmondi tom.* II. *edit. paris. an.* 1696.

quam probassent sententiam, nisi baptismum ad eo unum in nomine Patris, Filii, et Spiritus sancti datum admissum; reliqua, quae secus essent collata, reprobata cognossent. Atque Firmilianus caesariensis, qui Cypriano adhaeserat, quique litteras, quas a Stephano acceperat, longa epistola ad Cyprianum missa refutare conatus fuerat, solum baptisma, quod invocata Trinitate haeretici dedissent probari oportere, a Stephano fuisse scriptum demonstrat: *Non putant*, inquit, *quaerendum esse*, *quis sit ille*, *qui baptizaverit*, *eo quod qui baptizatus sit gratiam consequi potuerit*, *invocata Trinitate nominum Patris*, *et Filii*, *et Spiritus sancti* (1).

III.

De Marcellino.

Marcellinum vero pontificem una cum presbyteris Marcello, Melchiade, Silvestro, qui post episcopatu ecclesiae romanae perfuncti sunt, falsis nominibus honorem tribuisse thuris, mendacium fuit impudens (2) donatistarum. Qua etiam ex factione

(1) Firmilianus epistola *inter cyprianicas* LXXV. quod dixerat: *multum proficit nomen Christi*; *et quicumque*, *et ubicumque in nomine Christi baptizati fuerint*, *statim consequantur gratiam Christi*, sic explicat *p.* 221. *edit. oxon. opp. Cypriani*: *Illud quoque absurdum*, *quod non putant quaerendum esse*, *quis sit ille*, *qui baptizaverit*, *eo quod qui baptizatus sit gratiam consequi potuerit invocata Trinitate nominum Patris*, *et Filii*, *et Spiritus sancti*. Consulantur Coustantius *dissert. qua vera Stephani circa receptionem haereticorum sententia explicatur tom.* I. *epistolar. rom. pontif. pag.* 227. *seqq. edit. paris. an.* 1721., Tillemontius *tom.* IV. *mémoir. pour ser. à l' hist. eccl. de s. Cypr. art.* XLII. *pag.* 50. *edit. bruxell. in fol. et not.* XXXIX. *pag.*24., Natalis Alexander *dissert.* XIV. *hist. eccl. saec.* III. *tom.* IV. *pag.* 119. *seqq. edit. luc. an.* 1750. Qui plura de haereticis, qui baptismum invocatis tribus personis divinis conferebant, volet, is consulat Iosephum Augustinum Orsium virum summum *p.* II. *dissert. de baptismo in nom. Iesu Christi p.* 63. *seqq. edit. mediol. an.* 1733.

(2) S. Augustinus *lib. de unico baptismo contra Petilianum cap.* XVI. *n.* 27. *p.* 368. *tom.* IX. *opp. edit. antuerp. an.* 1700. „ Quid ergo iam opus est, ut episcoporum romanae ecclesiae, quos incredibilibus calumniis insectatus est, obiecta ab eo crimina diluamus? Marcellinus, et presbyteri eius Melchiades, Marcellus, et Silvester traditionis codicum divinorum, et thurificationis ab eo crimine arguuntur: sed numquid ideo etiam convincuntur, aut convicti aliqua documentorum firmitate monstrantur? Ipse sceleratos, et sacrilegos fuisse dicit; ego innocentes fuisse respondeo. Quid laborem probare defensionem meam, cum ille nec tenuiter probare conatus sit accusationem suam„? *Et num.* 28. „ Huc accedit, qui Melchiade tunc episcopo romanae ecclesiae praesidente, ex praecepto Constantini imperatoris, ad quem totam illam causam accusatores episcopi carthaginensis ecclesiae Caeciliani per Anulinum proconsulem detulerunt, idem Caecilianus innocens pronunciatus est. De quo iudicio cum maiores istorum importunissima pervicacia memorato imperatori quererentur, quod non plane, nec recte fuerit examinatum, atque depromtum, nihil de Melchiade traditione, vel thurificatione dixerunt. Ad cuius audientiam, nec venire utique debuerunt, hoc potius ante suggerentes imperatori, cui ut suggereretur instantes, quod apud traditorem codicum divinorum, et idolorum sacrificiis inquinatum, causam suam agere non deberent. Cum hoc ergo nec ante suggesserint, nec postea quam contra eos pro Caeciliano iudicatum est, saltem victi, et irati obiiciendum putarint, quid NUNC MANIFESTAS SUO CORRECTURI CALUMNIAS, quasi et innocentia Caeciliani, et Melchiadis iudicis decoloratione fuscentur? etc. „

Digitized by Google

schismaticorum fuisse Norisio videtur is, qui acta synodi sinvessanae scripsit, quibus omnis illa continetur de thure calumnia (1). Quo magis virorum quorumdam dignitate, doctrinaque illustrium rationem miror, qui capti specie primatus apostolicae sedis, quem impostor ille iisdem in actis celebrat (2), longissimam rerum complexionem probare coacti sunt non falsarum modo, sed etiam repugnantium (3).

IV.

De Liberio.

Fuerunt item, qui Liberium fractum taedio exilii, et incommodorum arianis demum consensisse dicerent (4). Quorum

(1) Ex veteri *cod. colbertino* 784., quo collectio canonum continetur, edidit acta sinvessanae synodi Petrus Coustantius in *append. ad tom. 1. epistolar. roman. pontif. pag.* 29. *seqq. edit. paris. an.* 1721. Nam ante ex aliis Crabius, Surius, Biniusque errorum plena descripserant, et publicarant. Atque Coustantius quidem p. II. *praef. in eamdem collect. epistolar. rom. pont.* §. IV. *num.* 97. *seqq. pag.* LXXXV. *et in monito in acta sinvess. pag.* 27. *append.* eos refellit, qui conficta ab recentioribus donatistis fuisse putarunt.

(2) *Num.* XIII. *pag.* 36., Prima sedes non iudicabitur a quoquam. „ Displicet hoc Natali Alexandro *dissert.* XX. *in hist. saec.* III. *pag.* 154. *edit. lucens. anno* 1750. *tom.* IV. Alienum enim ab ecclesiae sensu fuisse ait. Quam vero alienum ab ecclesiae sensu sit, quod nomine episcoporum Galliae Avitus episcopus viennensis VI. saeculi initio ad urbis senatores scripsit. Confer huius *vol. pag.* 41. *seq. not.* 2. Atque ex hoc quidem Aviti, qui Symmachi papae temporibus vixit, loco factum est, ut Coustantius acta eadem conficta Symmachi eiusdem aetate fuisse suspicaretur. *Coust. ibid. pag.* LXXXVI.

(3) Altercationis enim inter Urbanum ethnicum, et Marcellinum papam arbitri deliguntur Diocletianus, et Maximianus imperatores. Qua re quid dici potest absurdius? *Pag.* 29. Rursum qui tam magno numero episcopi persequutionis tempore congregati potuerint; et a quo demum convocati Sinvessam fuerint intelligi non potest. *Ibid.* Sed omnia absurda, atque pugnantia actis iisdem comprehensa describere longum est. Consulantur Coustantius *ibid. pag.* 29., Natalis Alexander *ibid.*, Norisius *histor. donatist. p.* I. *cap.* VII. *p.* 125. *tom.* IV. *opp. edit. veron.* Quod si lapsum Marcellinum putarunt Pighius *hierarch. eccl. lib.* IV. *pag.* 109. *edit. colon. an.* 1558., Sanderus *de monarch. eccl. lib.* VII. *pag.* 304. *edit. lovan. an.* 1571., Baronius, qui ante Marcellini lapsum negaverat, post mutata sententia, Nicolaum I. *epist. ad Michaelem imperat.* auctorem *pontifical. libri*, qui Damaso adscribitur, atque Hincmarum remensem sequutus acta sinvessana *ad an.* CCCIII. *numero* 100. probavit; fuerunt etiam gravissimi viri, ut Norisius, ut Coustantius, ut Pagius uterque, ut Natalis Alexander, qui contra acriter pugnarent. His autem vel ipsi haeretici doctores consentiunt, in quibus numerare Samuelem Basnagium possumus *ad an.* CCCIII. *num.* III. *seqq.* Ac Norisius quidem ex eorum fuit numero, qui acta sinvessana ab donatistis recentioribus fuisse composita crederent, *hist. pont. par.* I. *c.* VII. *pag.* 125. De Natali autem Alexandro, deque Coustantio quo loco Marcellinum ab nota idololatriae vindicent, paulo ante demonstratum est. Pagiorum autem alter *ad an.* CCCII. *num.* XVI., alter vero in *breviar. vitar. roman. antist. tom.* I. *pag.* 60. *seqq. edit. antuerp. an.* 1717. idipsum efficere sunt conati. Consule praeterea Tillemontium *tom.* V. *des mémoir. pour serv. a l'hist. eccl., persec. Dioclet. not.* XXXI. *editionis bruxell. in fol. an.* 1732. *pag.* 363. *seqq.*, Papebrochium *propyl. par.* II. *pag.* 42. *seq. dissert. de lapsu Marcell.*, Solerium qui Papebrochium ipsum *in not. ad martyrol. Usuardi ad diem* XXVI. *april. pag.* 335. *edit. antuerp.* laudans ab Menochenio recedendum putavit, qui in *act. ss. mens. apr. ad d.* XXVI. *pag.* 413. *edit. antuerp.* sequutus fuisse videtur Baronium; Christianum Lupum *ad can.* X. *concil. nicaen. pag.* 252. *tom.* I. *opp. edit. ven. an.* 1724., Didacum Cenam *in archiologia* SS. *Petri, et Pauli cap.* XI. §. V. *pag.* 154. *tom.* VIII. *biblioth. pontific. Rocab.*, Orsium, *hist. eccl. lib.* IX. §. XLI.

(4) Praeter ceteros Samuel Basnagius Liberium haereticam formulam probasse scribit, non vero sirmiensem adversus Photinum confessionem, quae Hilario non perfidia, neque haeresis fuit, sed pia, atque orthodoxa fides, *ad an.* CCCLVIII. *n.* XII.

Digitized by Google

est ab iis reiecta sententia, qui (ut monumenta quaedam Athanasio (1), Hilario (2), Hieronymo adscripta ferunt (3)), arianis se Liberium communionis societate, non dogmatum consensione iunxisse existimarunt (4). Ego vero ne his quidem postremis assentior. Longe namque mihi Corgnei sententia (5) videtur esse ad veritatem propensior, qui post Albertum Pighium campensem (6) arianorum fraude in Athanasii, Hilarii, Hieronymique libros inlatum fuisse censet, quidquid in iis de Liberii lapsu, cumque arianis communicatione sacrorum legitur. Nam chronici hieronymiani (7) exempla quaedam, eaque pervetusta esse video, in quibus nihil tale de Liberio scriptum reperitur. Theodoritus praeterea, qui eum pontificem strenuum orthodoxae religionis defensorem fuisse demonstrat semper, proditorem numquam (8);

(1) *Epist. ad episcopos Aegypti, et Libyae* n. VIII. *pag.* 278. *tom.* I. *opp. edit. paris.* an. 1698. Liberium *orthodoxum* vocat. Sed *apologia contra arianos* n. LXXXIX. *pag.* 204., Etsi, *inquit*, exilii aerumnas ad finem usque „ non toleraverit, attamen, quod conflatam in nos „ conspirationem probe nosset, biennio in exilio est „ commoratus„. Addita haec apologiae postmodum fuisse, animadvertunt benedictini congr. s. Maur., atque ab Athanasio quidem adiuncta putant. Quo teste? viderint ipsi. Nullum certe proferunt. Rursum idem Athanasius *hist. arianor. ad monach.* n. XLI. *pag.* 868. „ Liberius, *inquit*, extorris factus, post biennium de„ mique fractus est, minisque mortis perterritus sub„ scripsit „.

(2) S. Hilar. operis historici *fragm.* VI. n. 6. *p.* 5. 8. *tom.* II. *opp. edit. venetae* an. 1750. *perfidiam* arianam eam vocat, quam Liberius subscripsisse fertur. Et *pag.* 519. „ Anathema, *inquit*, tibi a me dictum, Li„ beri... Iterum tibi anathema, et tertio, praevaricator „ Liberi... perfidiam autem apud Sirmium descriptam, „ quam dicit Liberius catholicam a Demophilo sibi „ expositam, hi sunt, qui conscripserunt: Narcissus etc.„ Et libro contra Constantium imperatorem n. XI. *p.* 451. *tom. eodem* „ Vertisti, *inquit*, deinde usque ad Romam „ bellum tuum, eripuisti illinc episcopum, et o te mi„ serum, qui nescio utrum maiore impietate relegaveris, „ quam remiseris„.

(3) S. Hieronymus *lib. de script. eccl. cap.* XCVII. *pag.* 124.„ Fortunatianus afer, *inquit*,... Liberium ro„ manae urbis episcopum pro fide in exilium pergen„ tem, primus sollicitavit, ac fregit, et ad subscriptio„ nem haereseos compulit „.

(4) Bellarminus *de rom. pontif. lib.* IV. *cap.* IX. *tom.* I. *opp. pag.* 403. *edit. venetae an.*1721., Baronius ad an. 357. n. XL. *seqq.*, Hermantius *in vita s. Athanas. lib.* VIII. *cap.* V. *pag.* 173. *tom.* II., *et p.* 612. *edit. paris. an.* 1671., Natalis Alexander *hist. eccl. saec.* IV. *dissert.* XXXII. *pag.* 567. *seqq. edit. luc. an.* 1750. t. IV., Petrus Coustantius in *adnot. ad fragm.* VI. *Hilarii* t. II. *opp. Hilar. pag.* 518., Tillemontius *de arianis tom.* VI. *memor. hist. eccl. art.* LXIX. *pag.* 179. *seqq. et not.* LV. *in eamd. artic. ibid. pag.* 837. *seqq. edit. bruxell. in fol.* Primam sirmiensem ecthesim Liberium probasse pugnant, refelluntque argumenta eorum, qui eum secundae subscripsisse defendunt.

(5) *Dissert. sur le pape Libére, dans la quelle on fait voir, qu'il n'est jamais tombé. Paris an.* 1726.

(6) *Lib.* IV. *hierarch. eccl. fol.* 169. *edit. colon. an*no 1558. Confer Didacum Coam loco modo indicato §. VI. *pag.* 154.

(7) Quae de Liberio in ceteris chronici exemplis leguntur, non extant in vetustissimo cod. vat. Regin. 277., quem codicem alii *saec.* VII. alii VIII. fuisse perscriptum aiunt. Quae ex re conici potest, adiuncta post ab iis fuisse, qui aut arianorum calumniis decepti, aut fabulis delectati essent. Nam quod ibidem quasi scriptum ab Hieronymo traditur, Liberium *pergentem in exilium* a Fortunatiano impulsum fuisse, ut haeresi assentiretur, falsum est, adeoque indignum quod Hieronymo probaretur. Si enim lapsus Liberius est, post exilium annorum duorum, non ante fuerit lapsus necesse est, ut locus uterque supra descriptus Athanasii postulat.

(8) Is de Liberii exilio, reditque Romam agit. *Hist. eccl. lib.* II. *cap.* XVII. *pag.* 65. *edit. taurin.* anno 1748. Caussam reditus, non *subscriptionem*, quae haeresim probarit, aut communicationem cum arianis fuisse, sed preces matronarum romanarum scribit. Nec vero praetermisisset de Liberii lapsu, cum de reditu ageret, commemorare, si caussa cur Romam revocaretur, aut illius lapsus in haeresim, aut communio sacrorum, societasque cum arianis inita fuisset. Hoc equidem mihi persuadeo: arianos, ut consueverunt, Libe-

quique in litteris ad Renatum (1), episcoporum romanorum reum haereseos fuisse confirmat omnino nullum; quidquid est contra ab aliis in Liberium iactatum, fabulosum putarit necesse est. Iam romani, qui non dogma solum haereticorum, sed etiam consortium exsecrabantur; eius qui aut in errorem incidisset, aut sese ab Athanasio seiunxisset, inissetque cum arianis societatem, non tam esse cupidi potuissent, ut ab exilio redeunti, quasi de hostibus religionis triumphavisset, obviam procedendum (2), plaudendumque putassent. Ac de Liberio quidem hactenus.

rium sibi adhaesisse, fuisse commentos, idque in vulgus sparsisse, ut suam causam tanti praesulis auctoritate constabilirent. Epistolas praeterea Liberii nomine composuisse, ac divulgasse, itaque rem implicasse, ut aliquos deceperint; aliquos, qui fraude detecta (ut Theodoritum) ipsis ut crederet, impellere nequiverint, aliquos demum ita implicarint, ut quid hac de re statuendum esset, diiudicari nullo modo posse arbitrarentur. Nam Rufinus *in x. hist. eccl. libro*, qui liber est *Rufini primus cap.* XVII. *pag.* 236. *edit. basil. anno* 1528. „ Liberius, *inquit*, urbis Romae episcopus, „ Constantio vivente regressus est. Sed hoc utrum quod „ acquieverit voluntati suae ad subscribendum, an ad „ populi romani gratiam, a quo proficiscens fuerat „ exoratus, indulserit, pro certo compertum non habeo„.

(1) Inter opera s. Leonis *tom.* II. *pag.* 219. *edit. rom. Cacciar. an.* 1755. *ex epist. Theodoriti* CXVI. *tom.* III. *opp. edit. paris. Sirmondi. Vide locum pag.* 67. *huius vol. not.* 1.

(2) Theodoritus *lib.* II. *hist. eccl. cap.* XVII. *p.* 85. *seqq. edit. taurin. an.* 1648. Ὁ μὲν δὴ, *inquit*, νικηφόρος τῆς ἀληθείας ἀγωνιστής „ *victor quidem* „ *ille* (Liberius) *veritatis propugnator* „. Viden ut victoriam ferentem laudet? Quemadmodum autem laudasset eum, qui post lapsus tam misere fuisset? „ In „ Thraciam perrexit. Elapso autem biennio Constan„ tius Romam profectus est .... Praestantissimae fe„ minae, cum solemni cultu, atque ornatu imperato„ rem adierunt ... Cum ad imperatorem venissent, „ suppliciter ab eo petierunt, ut tantae urbis pastore „ suo orbatae, et luporum insidiis expositae, misere„ retur. Ille vero matronis respondit, urbem alio pa„ store non egere. Habere enim antistitem idoneum, „ qui ipsius curam gerat. Quippe post μέγαν ILLUM „ Liberium, ordinatus fuerat quidam ex eius diaconis „ Felix nomine; qui formulam fidei a nicaenis pa„ tribus expositae, integram quidem, atque inviola„ tam servabat, cum iis tamen, qui eam labefacta„ bant, libere communicabat. Οὐδεὶς μέν τοι „ τῶν οἰκούντων τὴν Ῥώμην εἰς εὐκτήριον εἰσελήλυθεν οἶκον ἔνδον ὄντος ἐκείνου. *Nemo proin*„ *de habitatorum Romae in ecclesiam ingressus est, cum* „ *ille intus esset.* Idque tum mulieres illae imperatori „ suggesserunt. *Flexus igitur imperator*, ACCERSITUM IL„ LUM, OMNIQUE LAUDE DIGNISSIMUM AB EXILIO REDIRE „ IUSSIT „. (Πάντα ἄριστον ne Liberium ab exilio revertentem, vocasset Theodoritus, quem a fide, aut a communione Athanasii recessisse cognosset?) „ ... Re„ versus est ὁ θεσπέσιος *admirandus* Liberius. Felix „ vero recedens ad aliam urbem se contulit„. Faustinus, et Marcellinus in eo libello, quem *imperat.* obtulerunt, in *praef.* apud Sirmondum *tom.* I. *opp. p.* 226. *edit. paris. an.* 1696. de Liberio agentes, „ Cui, *inquiunt*, „ obviam cum gaudio populus romanus exivit „. Hieronymus quoque in chronico, *Romam*, inquit, *quasi victor intravit.* Quemadmodum autem is *quasi victor intrasset, obviamque ei populus romanus exiisset*, quem aut subscripsisse formulam, quam ei ariani obtulerant, aut communionis societatem cum arianis iniisse intellexissent, si iidem Felicem, quod scribit Theodoritus, pati nequiverant, propterea quod etsi haereticorum dogmata non probabat, communionem tamen non aversabatur? Quid? quod nec Sulpicius Severus, nec Socrates, neque Cassiodorus lapsus Liberii unquam meminerint? Quod si conficta epistola Liberii ad Athanasium est, quam tamen extare in antiquissimis codicibus fatetur Coustantius, in *append. ad tom.* I. *epistolar. rom. pontif. pag.* 98., quid est, quod reliqua, quae sunt de lapsu Liberii cum Theodoriti etc. auctoritate pugnantia, conficta perinde fuisse non arbitremur? His accedit, quod Liberius, post reditum Romam, nullum poenitentiae indicium dedit, neque revocarit, quam adversarii iactant, subscriptionem; et habitus tamen catholicus catholicae religionis adsertor fuerit. Atque Ambrosius quidem *in opere de virginibus*, quod an. 377. perscripsit, *lib.* III. *cap.* I. *pag.* 207. *seq. edit. venetae an.* 1751. *tom.* III. Marcellinam sororem alloquens, *tempus est*, inquit, *soror sancta, ea quae mecum conferre soles*, BEATAE MEMORIAE LIBERII PRAECEPTA REVOLVERE, UT QUO VIR SANCTIOR, EO SERMO ACCEDAT GRATIOR. Desertorem ne, transfugamque, quem publici sceleris publice non poenituisset, *sanctum, bonaeque memoriae* appellasset Ambrosius? Eadem fere habet Epiphanius

V.

De Honorio I.

Is et a multis olim (1), et recentiore memoria velut a protestantibus plerisque omnibus, ita ab catholicis quibusdam (2) in invidiam monothelismi vocatus est, defensus autem a Maximo

haeres. LXXX. §. II. *pag.* 906. *tom.* I. *opp. edit. paris.* *an.* 1622. Neque discrepat Basilius magnus *epist.* CCLXIII. *alias* LXXIV. *ad occidental. an.* 377. n. 3. *pag.* 406. *edit. opp. paris. an.* 1730. *tom.* III. Quid? si post reditum in urbem eadem animi constantia, qua ante exilium adversus arianos egit, leges iis, qui lapsi Arimini fuerant, praescripsit, neque timuit umquam, ne simile ipsi sibi scelus e quoquam obiiceretur? Confer eius epistolas XIII. *seqq. apud Coustantium tom.* I. *epistolar. rom. pontif. pag.* 443. *seqq.* Scriptum deinde ad eum ab Athanasio, synodi in oriente habitae nomine, ut ad invictum nicaenae fidei defensorem fuisse, quis neget? Haec vero componi ne cum eius pontificis lapsu possunt? Sed de Liberio fusius fortasse, quam adnotationis brevitas pateretur. Qui de epistolis Liberio adscriptis, quae extant in *fragm. histor. s. Hilarii* de loco Athanasii historiae arian. ad monachos adiuncto, deque Hieronymi testimonio, ut etiam de Hilarii ad Constantium verbis, nihil evincentibus plura nosse cupit, ei ego sum auctor, Corgnei librum ut consulat.

(1) A monothelitis (adeundi s. Maximus *excerpt. ex epist. ad Petrum illustrem tom.* II. *opp. edit. paris. an.* 1675. *pag.* 75. *et tomo dogmat. ad Marinum presbyterum ibid. pag.* 129. Confer etiam Sirmondi operum *tom.* III. *pag.* 461.) inprimisque a Pyrrho patriarcha constantinopolitano, qua de re consulendi s. Maximus *disput. cum Pyrrho ibid. pag.* 181., et Iohannes p. maxim. *epist. ad Constantinum imperatorem tom.* III. *operum Syrmondi pag.* 473. *edit. paris. an.* 1696. Neque vero ab haereticis modo, sed etiam post ab catholicis accusatus monothelismi Honorius fuit. Quod cum ex actis synodorum VI., quae septimo saeculo, septimae quae octavo, et octavae, quae nono saeculo celebrata est, tum ex epistolis Leonis II. pontificis max. intelligitur; de quibus actis, epistolisque paullo post dicemus. Atque Honorium quidem ab synodo VI. veluti monothelitam fuisse damnatum scribunt Germanus constantinopolitanus patriarcha, qui opusculum de VI. oecumenicis synodis edidit apud Stephanum Moynium *varior. sacror. tom.* I. *p.* 77. *edit. Lugd. batav. an.* 1685. Auctor item tract. *de* VII. *synodis apud eumdem ibid. pag.* 106. *et pag.* 121., Photius *epist. ad Michaëlem Bulgariae principem de* VII. *oecum. synod. apud Harduin. tom.* V. *concilior. col.* 1474., quidquid contra opponat Iodocus Coccius, Photium nihil tale scripsisse statuens thesauri *catholici tom.* I. *pag.* 897. Iure autem ab synodo fuisse notatum Honorium defendunt VI. saec. Agatho diaconus actorum synodi eiusdem scriba in eo, quem adversus Bardanem edidit *peroratione, apud Combefisium cap.* III. *defens. actor.* VI. *synodi pag.* 203. *tom.* II. *auctarii biblioth. patrum edit. paris. an.* 1648. Octavo vero praeter Bedam Theodorus patriarcha hierosolymitanus, *in synodicis*, quorum extat exemplum *actione* III. *synod.* VII. *tom.* IV. *concilior. edit. Hard. pag.* 147., et nono Nicephorus constantinopolitanus *epist. synod. ad Leonem III. tomo eod. concil. p.* 995. Quod ipsum indicare videtur Eutychius decimi saeculi aegyptius scriptor *annalium tom.* II. *pag.* 351. *edit. oxon. an.* 1658., immemor sane eorum, quae paullo ante de Honorio adnotaverat. Neque discrepat Humbertus episcopus Silvae Candidae *resp. contra Nicetam Pectoratum tom.* XVIII. *biblioth. pp. edit. lugdun. p.* 411., et apud Baronium *tom.* XI. *annal. in append. pag.* 663. *edit. venetae an.* 1712. Floruit saeculo XI. His accedunt Georgius Cedrenus, qui eodem atque Humbertus saeculo vixit, *in compend. histor. pag.* 439. *tom.* I. *edit. paris. an.* 1647., Michaël Psellus *de* VII. *sacris synodis tom.* III. *concil. edit. colon. an.* 1567. *pag.* 65., et Nilus Chius metropolita Rhodi auctor saeculi XV. *lib. de synodis pag.* 1452. *tom.* V. *concilior. edit. Hard.* Iam cum haec in actis synodorum, inque scriptorum ecclesiasticorum libris schismatici graeci legissent, lapsum Honorii nostris obiectare non dubitarunt, quasi principatus sedis apostolicae in iure divino minime constituti notam. Quo in genere ab Nilo thessalonicensi *lib. de prim. papae pag.* 32. *edit. Salmasii Lugd. batav. an.* 1645. et deinceps a Nectario gravius, turpiusque peccatum est.

(2) A protestantibus maxime, in primisque a magdeburgensibus *centuria* VII. *cap.* XI. *de haereticis p.* 553. *edit. basil. an.* 1564. Mitto Witacherum, Danaeum, Iunium, Reinoldum, Sibrandum, quos nominat, refellitque Gretserus *defens. c.* XI. *lib.* IV. *Bellarm. de rom. pont. p.* 559. *seqq. tom.* IX. *opp. edit. ratisb. an.* 1737. Non discrepant Daniel Tilenus *in notis et animadv. ad controv.* III. *R. Bellarm., quae est de summo pont. lib.* IV. *cap.* XI. *pag.* 547. *seqq. edit. sedan. an.* 1619., Marcus Antonius de Dominis *lib.* VI. *de repub. eccles. cap.* V.

martyre (1), atque ab Iohanne IV. pontifice (2) primum, deincepsque ab aliis (3); quos uti studio veritatis, sic historiae peritia fuisse illustres constat. Sed non una omnium ratio illius vindicandi fuit. Nam Albertus Pighius saeculi XVI. insignis scriptor *praxes* synodi oecumenicae VI., quibus omnis in Honorium actio continetur, fraude fuisse graecorum (4) confictas dixit. Verum est eius a Torrensi ceterisque (5) expugnata sententia. Quamquam ne inter hos quidem convenit. Alii namque, acta synodorum VI. VII. et VIII. ab haereticis, graecisve inveterato in sedem apostolicam odio incitatis corrupta fuisse (6) censent: alii epis-

pag. 592. *et* 759. *tom.* II. *edit. londin. an.* 1620., Chamierus *lib.* III. *de canon. fidei cap.* XII. *tom.* I. *panstrat. cathol. pag.* 76. *seqq. edit. genev. an.* 1626., Iohannem Gerardus *confess. cathol. lib.* IV. *cap.* IV. *n.* III. *pag.* 788. *tom.* II. *edit. ien. an.* 1660, Marcus Zuerius Boxornius *hist. univ. ad an.* 628. *pag.* 408. *seq. edit. francof. et lips. an.* 1675., Iohannes Forbesius *instruct. histor. theol. lib.* III. *cap.* II. *pag.* 100. *edit. genev. an.* 1680., *et pag.* 102. *et lib.* V. *cap.* XXIV. *seqq. pag.* 273. *seqq.*, Gaspar Calvorius in *Fissur. Synodi lib.* VI. *c.* II. *pag.* 266. *seq. edit. lips. an.* 1700., Fridericus Spanhemius iunior *hist. christ. saec.* VII. *cap.* VIII. *pag.* 1249. *opp. tom.* I. *edit. Lugd. batav. an.* 1701. *De actis veris sextae synodi* Martinus Cladni *diss. de monothelismo Honorii papae in concilio* VI. *damnati adversus Benium, et Cabassutium Wittemb. an.* 1710., aliique permulti, quos omnes numerare longum esset. Non defuerunt catholici, qui idem statuendum arbitrarentur. In his fuisse videntur Melchior Canus *lib.* VI. *locor. theologicor. cap.* VIII. *p.* 202. *edit. patav. an.* 1714., Bartholomaeus Karanza, *in summ. concilior. pag.* 258. Sed is describere potius videtur, quae sunt in VI. synodo hac de re constituta, quam sequi. Vide controv. sim IV. de VI. synodo *edit. venetae an.* 1536. Franciscus Torrensis *pag.* 22. *seqq. edit. florent. an.* 1551., Ludov. Elies Dupinius *diss.* V. *de antiq. eccl. discipl. p.* 349. *edit. an.* 1686., Ludovicus Maimburgius *loco infra indicando, et auctor. defens. declar. cleri gallic. parte* III. *lib.* VII. *cap.* XXIV. *seqq. pag.* 36. *tom.* II. *edit. amstelod. an.* 1745. Dubitat Franciscus Combefisius *cap.* III. §. III. *defens. actor.* VI. *synodi*, quam addidit *historiae monothelitar.* edidditque *tom.* II. *auctar. biblioth. ss. patrum pag.* 178. *seq. edit. paris. an.* 1648.

(1) Confer excerpta Anastasii bibliothecarii ex Maximi epistola ad Marinum *tom.* III. operum Sirmondi *edit. paris.*, *et pag.* 489. *et tom* II. *operum Maximi pag* 75. *edit. paris. an.* 1675. „ Nec adversus „ apostolicam sedem, *inquit*, mentiri temere pigritati „ mei; sed quasi illius effecti consilii, et veluti quo„ dam ab ea recepto decreto, in suis contextis pro „ impia ecthesi actionibus secum magnum Honorium „ acceperunt, suae praesumtionis ostentationem ad „ alios facientes viri in causa pietatis maximam emi„ nentiam „. Confer etiam Maximi *epist.* XXIII. *ad Marinum presbyterum pag.* 129. *tom. eodem* II. *opp. et disput. cum Pyrrho ibid. pag.* 184. *seqq.*

(2) *Epist. ad Constantium imperator. apud Sirmondum tom.* III. *opp. pag.* 476. *seqq. edit. paris. an.* 1696.

(3) Anastasius bibliothecarius saec. IX. scriptor in primis excellens *epistola ad Iohannem diaconum urbis Romae* praefixa *collectaneis* de causa Honorii apud Sirmondum *tom. eod. pag.* 468. *seqq.*

(4) *Lib.* IV. *de hierarch. eccl. cap.* VIII. *fol.* 172. *a tergo edit. colon. an.* 1558. Sed multo clarius, copiosiusque in *diatriba in acta synodi* VI. *et* VII., quem oppugnant Torrensis, et Combefisius.

(5) Torrensis, et Combefisius locis supra demonstratis.

(6) Baronius ad ann. DCLXXVI. num. XIII. *seqq. et ad annum* DCLXXXII. num. XXVI., Bellarminus *lib.* IV. *de romano pontifice cap.* XI. *tom.* I. *opp. pag.* 407. *edit. venetae an.* 1721., Onuphrius Panvinius in *adnotation. ad Platinam in Honor. vita pag.* 70. *edit. an.* 1572., Iodocus Coccius in *thesauro catholico lib.* VII. *art.* VII. *pag.* 697. *edit. coloniens. an.* 1619. *tom.* I., Stanislaus Hosius *lib.* II. *de legit. iudicib. rerum eccles. pag.* 245. *edit. opp. antuerpiens. ann.* 1572., Abrahamus Bzovius in opere inscripto *pontifex romanus cap.* XIV. *pag.* 121. *tom.* I. *biblioth. pontific. Rocaberti*; Andreas Duvalius de *infallibilit. rom. pont. tom.* III. *biblioth. pontific. Rocaberti pag.* 479., Iacobus Gretserus *defens. Bellar. cap.* XI. *lib.* IV. *pag.* 559. *seq tom.* IX. *opp. edit. ratisb. an.* 1737., Severinus Binius in *adnot. ad vitam Honorii tom.* VI. *conciliorum edit. venetae an.* 1729. *pag* 1419. *seqq.*, Augustinus Oregius *de eccl. hierarch. cap.* V. *q.* VII. *obiect.* IV. *pag.* 638. *tom.* IV. *biblioth. pontif. Rocaberti.* Non discrepat Theophilus Raynaudus *diatriba II. de immunit. cyriacor. a censura pag.* 276. *tom.* XI. *opp. edit. an.* 1669. Quamquam is neque candide, ut par erat, neque accurate de Combefisii sententia egit. As-

Digitized by Google

tolarum, quarum caussa is pontifex fuisse damnatus fertur, a monothelitis alteram vitiatam, alteram calumnia excogitatam, atque compositam arbitrantur (1). Sunt etiam, qui eum etsi dissimulationis, *conniventiaeque*, quam vocant, condemnent, in haeresim tamen incidisse vehementer (2) negent.

Ego vero quid sentiam explicabo brevi. Nego acta synodi fuisse corrupta graecorum fraude. Iam vero epistolarum duarum, quae Honorio attribui solent, unam scelere monothelitarum fuisse vitiatam censeo; alteram si quis ab haereticis iisdem confictam pugnet, non moleste fero. Nihil autem suis litteris eum pontificem comprehendisse confirmo, quod ab orthodoxae religionis decretis alienum esset. Quod si damnatus haereseos a concilio sexto, postque a septimo, inde ab octavo est; eo certe illum fuisse damnatum statuo, quo patres aliorsum eiusdem dicta, atque ipse intellexisset, acceperint. Denique, concedentibus pontificibus maximis, notatum tam gravi ignominia a patribus Honorium fuisse, aio, non auctoritate pontificia ex cathedra Petri docentem, sed privatim scribentem ad Sergium. Qua quidem re non video, ut deripi quidquam de dignitate, auctoritateque apostolicae sedis possit.

Atque labi quidem eos, qui acta synodi sextae fraude fuisse graecorum vitiata putant, multis, iisque gravissimis argumentis efficitur. Principio fac illi exempla, quibus uti consuerant, corruperint; an exemplis etiam quae in romanis tabulariis serva-

sentiuntur porro Bellarmino Baronioque Didacus de Cea *in archiologia cap.* XI. §. IX. *pag.* 158. *seq. t.* VIII. *bibl. Rocaberti*, Dominicus Gravina II. *part. tom.* IV. *controv. de supremo iudice etc. q.* I. *art.* IV. *obiect.* XXV. *pag.* 99. *seqq. edit. neapolit. an.* 1639., Angelus Petricca *de appellationibus ad rom. sedem disp.* III. *pag.* 661. *tom.* III. *biblioth. pontificiae Rocaberti*, Caelestinus Sfrondratus *in Gall. vindic. diss.* III. *n.* IX., Thyrsus Gonzalezius *de infallibil. rom. pont. disp.* XV. *sect.* VI. §. II. *seq. pag.* 723. *seqq. edit. rom. an.* 1698., Daniel Papebrochius *in propyl. in acta ss. mens. maii, seu conat. chronolog. in catal. rom. pontif. dissert.* XV. *n.* XI. *seqq. pag.* 105. *edit. antuerp. an.* 1685.

(1) Ita quidem statuit Iohannes Baptista Bartholus ex episcopo feltriensi archiepiscopus nazianzenus vir eruditissimus in *apolog. pro Honorio rom. pont.*, quam *an.* 1750. publicavit.

(2) Id multis demonstrare statuerat singulari epistola Petrus de Marca, sed adversa valetudine impeditus non potuit. Confer Stephanum Baluzium in eius *vita tom.* I. *de concord. sacerd. et imperii* praefixa *pag.* 26. *edit. paris.* In eadem sententia fuerunt Ludovicus Thomassinus *dissertationum in concilia generalia, et particularia tom.* I. *dissert.* XX., quae est *de synodo oecumenica* VI. *n.* XVIII. *pag.* 941. *seqq. edit. paris. an.* 1673., Michaël Lequienius *panopl. contra schisma graecorum centur.* VII. *cap.* I. *num.* 6. *pag.* 119. *seqq. edit. paris. an.* 1718., Iohannes Garnerius in *append. ad notas cap.* II. *libri diur. roman. pontif. p.* 187. *seq. edit. paris. an.* 1680., Natalis Alexander *hist. eccl. saec.* VII. *dissert.* VII. *proposit.* II. *pag.* 597. *tom.* 5. *edit. lucens. an.* 1751., utque ceteros brevitati consulens praetercam, Iosephus Augustinus Orsius vir summus *de auctor. rom. pontif. lib.* I. *cap.* XXIII. *art.* I. *seqq. pag.* 334. *seqq. tom.* I. *edit. rom. an.* 1739.

Digitized by Google

bantur, artibus, dolisque vitium inferre potuerunt? In exemplis autem actorum synodi, quibus utebantur graeci, de Honorio nihil erat, quod in romanis codicibus desideraretur. Quare Leo secundus pont. max. notatum iure ab synodo, damnatumque Honorium fuisse testatus est non iis modo litteris, quas ad imperatorem Constantinum (1), sed in iis etiam, quas ad hispanorum episcopos (2), regemque (3) scripsit. Quod certe numquam dixisset, nisi rem ita habuisse, ex actis synodi eiusdem, quae Romae in tabulariis sedis apostolicae extabant, cognosset. Sed patiar exempla actorum synodi (quoniam Constantinopoli Romam transmissa fuerant) fuisse ante vitiata Theodori patriarchae byzantini scelere; id tamen (quod certe fieri nullo modo potuit, nam ante annum 683. acta eadem fuisse Romam transmissa liquet, Theodorus autem anno ipso 683. rursum in sedem constantinopolitanam invaserat) id tamen, inquam, latere Leonem potuisse, qui patiar? Legatos ne romanae ecclesiae, qui acta ipsa, ante quam in urbem fuissent missa, et viderant, et certe legerant, tam fuisse aut improbos, aut indiligentes credam, ut faciendum tanti sceleris certiorem pontificem non (4) putarint? Age vero detur id etiam adversariis, adiunctum epistolae Leonis (5) ad Constantinum fuisse fraude, quod pertinet ad Honorium; quid? tantum ne vetera-

(1) *Tom. III. concillior. edit. paris. Hard. pag.* 1475. „ Pariterque, *inquit*, anathematizamus novi erroris inventores, idest Theodorum pharanitanum episcopum, Cyrum alexandrinum, Sergium, Pyrrhum, „ Paulum, Petrum constantinopolitanae ecclesiae subsessores magis, quam praesules, nec non et Honorium, qui hanc apostolicam ecclesiam non apostolicae traditionis doctrina lustravit, sed profana proditione immaculatam fidem subvertere conatus est „.

(2) Epist. II. tomo eod. concillior. pag. 1730. „ Cum „ Honorio, qui flammam haeretici dogmatis, non ut „ decuit apostolicam auctoritatem, incipientem extin„ xit, sed negligendo confovit „.

(3) *Epist. v. ibid. pag.* 1735. „ Omnes haereticae „ assertionis auctores venerando censente concilio con„ demnati, de catholicae ecclesiae adunatione proiecti „ sunt: idest Theodorus pharanitanus.... *Et una cum* „ eis Honorius romanus, qui immaculatam apostolicae traditionis regulam, quam a praedecessoribus „ suis accepit, maculari consensit.

(4) Non enim est credibile, animadverti non potuisse tam multis in locis non uno, sed pluribus verbis admissum ab Theodoro scelus, *act.* XIII. *pag.* 1331. et 1334., *act.* XVI. *pag.* 1365. *et act.* XVIII. 1397. 1413. et 1421. Neque vero acta synodi modo corrupisset Theodorus, sed etiam epistolas imperatoris. Id vero aegerrime tulisset imperator, in eumque graviter animadvertisset. Quod cum numquam imperator fecerit, argumento est, nihil tale eum, aut orientalium quemquam fuisse suspicatum. Confer edictum *eiusd. imperat. post. acta synodi* VI. *pag.* 1447. *tom.* III. *concillior. edit. Hard. paris. et pag.* 1453.

(5) Baronius eas epistolas Leoni falso adscriptas putat, inprimisque hanc, quae fuisse ad Constantinum Pogonatum transmissa fertur. In hac enim notas esse temporum ita perturbatas, ut data ante fuisse indicetur, quam Leo pontificatu potitus esset. Sed est id genus argumenti egregie solutum ab eruditissimo Cennio in *adnot.* ad *Anast. vitas pont. sect.* CXLVII. *p.* 104. Non enim post obitum Agathonis an. I. m. VII. d. V. episcopo caruisse Romam, sed mens. VII. diesque V. solummodo. Id quod gravissimis illis argumentis demonstrat, quae volo omnia. Consule item Baldinum in *adnot. ad idem opus sect.* CXLVIII. *pag.* 106. *tom.* IV. *Anastas. edit. romanae, an.* 1735.

tores graecos artibus, dolisque valuisse dicent, ut eis item in exempla omnia epistolarum grassari liceret, quae fuerant ab Leone ipso ad hispanos scriptae? Scilicet hoc restat, ut scrinia omnia graeca, romana, hispanica impostoribus patuisse dicant, nihil ut esset (1), quod horum manus effugere posse videretur. Nam Hadrianus secundus pontifex, qui nono saeculo ecclesiam moderabatur, quibus demum monumentis (nisi iis, quae in tabulariis romanis extabant) usus, Honorium ab synodo sexta sedis apostolicae auctoritate fuisse damnatum (2) statuit? Anastasius autem bibliothecarius, cui codices (3) romanae ecclesiae ad manus erant, ecquid usquam de Honorii nomine in acta synodorum VI. VII. et VIII. saeculi (4) per calumniam iniecto conquestus est? Quod vero pontifices, bibliothecariosque sedis apostolicae veteres latuit, nostris aequalibus patuisse, quis credat? Mihi certe non fit verisimile, id nunc demum nobis obvenisse boni, ut cum maiores nostri ne suspicati quidem hoc fraudis genus (5) fuerint, novi scriptores non modo fraudem deprehenderint, verum etiam fraudis auctores. Sed nolo esse nimius. Hoc addo perbreve: maximo adversariis opere esse cavendum, ne studio (quo sane apostolica sedes non eget) elati, dum invidiae, ut falso sibi persuadent, depellendae caussa acta synodorum publica aut con-

(1) Ne *professio* quidem *fidei*. Nam extat in *lib. diurno romanor. pontificum professio* altera ab Leone scripta, in qua est hoc modo, *pag.* 4. *edit. Garnerii paris. an.* 1680. „ Auctores vero novi haerici dogmatis „ Sergium, Pyrrhum, Paulum, et Petrum constanti„ nopolitanos, una cum Honorio, qui pravis eorum „ assertionibus fomentum impendit.... condemnationis „ percellimus anathemate „ Quod idem legebatur in breviario rom. eccl. Confer Garnerium *append. ad not. II. lib. diurni rom. pontif. pag.* 183.

(2) *Allocut. III. quae lecta est in concilio constant. IV. an.* 869. *tom. V. concilior. pag.* 866. *edit. paris. Hard.* „ Licet Honorio, *inquit*, ab orientalibus post „ mortem anathema sit dictum, sciendum tamen est, „ quia fuerat super haeresi accusatus; propter quam „ solam licitum est minoribus maiorum suorum mo„ tibus resistendi, vel pravos sensus libere respiciendi, „ quamvis et ibi nec patriarcharum, nec caeterorum „ antistitum cuipiam de eo quamlibet fas fuerit pro„ ferendi sententiam, nisi eiusdem primae sedis pon„ tificis consensu praecessisset auctoritas „

(3) *Epistola ad Iohannem diaconum urbis Rom. collectaneis de caussa Honorii praefixa tom. III. opp. Sirmondi pag.* 468. *seqq.*

(4) De sexta synodo dictum esse arbitror satis. A septima item synodo fuisse dictum Honorio I. anathema constat ex *act. VI. pag.* 350. *tom. IV. concilior. edit. paris. Harduini*, *et act. VIII. pag.* 454. *et act. III. p.* 134., quo loco recitatae sunt Tarasii patriarchae constantinopolitani litterae. Ab octava quoque an. 870. *act.* X. *pag.* 914. *tom. V. concilior. edit. citad.*

(5) Ut VIII. saeculo Beda *de sex. mundi aetat. tomo II. opp. pag.* 192. *edit. an.* 1563. *basil.* ut saeculo IX. Hincmarus remensis *lib. de non trina deitate pag.* 446. *tom. I. opp. edit. Sirmondi an.* 1645. Et Ado viennensis in *chron. fol.* 17. *edit. an.* 1522., ut saec. X. Eutychius alexandrinus, quem paullo ante nominavi; ut saeculo XI. Humbertus cardinalis, et episcopus Silvae Candidae, cuius locum indicavi supra, et deinceps Marianus Scotus in *chron. ad an.* 676. *p.* 429. *edit. Iohan. Pistorii tom. I. script. german.* aliique.

Digitized by Google

ficta (1), aut vitiata fuisse clamitant; eo denique rem adducant, nulla ut monumenta reperiri deinceps queant, quibus pontificum auctoritas, decora, privilegia confirmentur. Vix enim quidquam afferri tam illustre, tamque vetus potest, quod non ab aliquo iisdem omnino, quibus illi abutuntur coniecturis, reiici posse videatur. Sed haec hactenus.

Nunc de corrupta a monothelitis epistola priore Honorii; verum, ut me promisisse memini, breviter. Est initium eius epistolae huiusmodi: Τὰ γραφέντα παρὰ τῆς ἀδελφότητος, *scripta a fraternitate vestra*. Extat *act.* XII. *synodi* VI. (2) Iam vero τὸ ἓν, seu quod in hac periodo legitur, ὅθεν, καὶ ἓν θέλημα ὁμολογοῦμεν τοῦ Κυρίου Ἰησοῦ Χριστοῦ, *quare et unam voluntatem confitemur domini Iesu Christi*; τὸ *unam*, inquam, quod cadit in voluntatem, fuisse ab haereticis adiunctum defendo. Quam quidem ad rem confirmandam auctore utor Maximo martyre, qui *tomo ad Marinum presbyterum dogmatico* in hac sententiam scripsit (3): » Abbas Anastasius e se- » niore Roma reversus.... qui dixit diu se multumque cum ma- » gnae illic ecclesiae sacratissimis viris sermonem contulisse eius, » quam ad Sergium scripserant, epistolae gratia sciscitando, quid » causae esset, ac quomodo τὸ ἓν θέλημα *una voluntas* illi inserta » esset, invenisseque eius caussa dolentes, ac excusantes; praete- » reaque, eum, qui iubente Honorio hanc latine dictaverat, san- » ctissimum abbatem Iohannem ei ab epistolis adiutorem affir- » mantem, nullo modo in ea δὶ ἀριθμοῦ πεποίηται ἑνὸς τὸ παράπαν » θελήματος *per numerum* unius *prorsus voluntatis mentionem fe-* » *cisse*, licet hoc nunc ἀνεπλάσθη *confictum sit*, παρὰ τῶν ταύτην ἑρμη- » νευσάντων εἰς τὴν Ἑλλάδα φωνήν, *ab iis, qui eam in graecam lin-*

(1) Iohannes Garnerius loco supra indicato *p.* 165. „ „ Iohannes V., *inquit*, qui duodecimus ab Honorio „ pontificatum gessit, unusque fuit legatorum Agatho- „ nis ad VI. synodum, cum Romam Constantinopoli „ reverteret, attulit acta synodi, quae cum litteris im- „ peratoris deferenda Romam accepit. Qualia vero ac- „ cepit? integra, an vitiata? Si integra, cur revocan- „ tur in dubium, quae scripsit Leo II. integris actis de „ Honorio consona? Si vitiata, quomodo facinus non „ agnovit, cum rerum pars magna fuerit? Si agnovit, „ quomodo non admonuit summum pontificem, quo- „ usque est de nefario scelere? Quomodo summus pon- „ tifex in re tam infanda conticuit? Quomodo cor- „ ruptorem non postulavit nefandi sceleris apud im- „ peratorem „? etc.

(2) *Tom.* III. *concilior. edit. paris. Hard. p.* 1319. *seq.*

(3) *Pag.* 132. *tom.* II. *edit. paris. an.* 1675.

» *guam* (1) *converterunt*. Quo sane testimonium nil dici clarius,
» luculentiusque potest (2) ».

Quid? si post Maximi, Iohannisque IV. tempora multa ei epistolae addita a monothelitis, multa detracta esse videantur?

(1) Negare id quidem videntur Garnerius, et Natalis Alexander. Nam Garnerius *loco cit. pag.* 131. ab utroque Iohanne id fuisse silentio praetermissum pugnat. At Iohannes alter non praetermisit, ut ex hoc Maximi loco intelligis. Quamquam si praetermisisset, non esset proinde fides adimenda Maximo. Ad Natalem Alexandrum quod attinet, nego minus eius vitii caussa commotum fuisse Maximum. Vide locum *modo indic. Maximi pag.* 134. Verum hi scriptores, qui contra manifesta testimonia veterum coniecturis non esse agendum statuunt, canonis modo ab se praescripti obliti, coniectationibus suis plus esse putant, quam disertissimo sancti martyris testimonio tribuendum.

(2) Sunt, qui hinc concludendum dicant, vitiata perinde fuisse acta synodi a monothelitis. Nam si tam improbi fuerunt, ut confirmandi sui erroris caussa, litteras Honorii corrumpere ausi fuerint, cur sibi abstinendum a pervertendis corrumpendisque actis putassent? Atque eius quidem vitii argumenta sibi non deesse confirmant. Agathonem pontificem, aiunt, in ea epistola, quae tanta cum laude ab synodo vi. suscepta est, pontificum fuisse nullum, dixisse, qui ab sedis apostolicae traditione desciverit. Id vero non falso dictarum, si Honorius monothelismo favisset. Quin etiam ei epistolae synodus tantum laudis tribuisset numquam, si Honorium condemnandum existimasset. Nihil praeterea extare simili in synodo lateranensi sub Martino I. pontifice de Honorio, nihil in breviario Pauli diaconi, nihil in chronographia Theophanis, nihil in Anastasii bibliothecarii historia, libroque pontificali, nihil in annalibus Zonarae. At extaret aliquid, si damnatus ab synodo fuisset Honorius, cum in iis libris ceterorum, quos synodus eadem condemnaverat, fiat mentio. Sed primum, quod afferunt ut sit consequens, nullo modo prorsus intelligo. Nam de vitio litteris Honorii inlato conquesti sunt Iohannes, et Maximus martyr; de corruptis autem actis synodi, ecquis fuit veterum, qui expostulandum arbitraretur? An qui de vocula litteris Honorii fraude adiecta silendum non putarunt, iidem de tot locis tam foede in actis synodi vitiatis tacuissent? Quod responsionis genus gravissimum adversariis videri debet, qui tantum in silentio veterum praesidii collocant. Quamquam est illud certissimum, veteres non modo non negasse, sed distincte etiam satis, aperteque tradidisse, fuisse ab synodo notatum Honorium. Quod ex Leonis II., ex libri diurni romanae ecclesiae, ex Germani, ex Agathonis diaconi, ex Tarasii, ex Bedae, ex Nicephori patriarchae, ex auctorum synodorum vii. et viii., ex Anastasii bibliothecarii, ex Hadriani pontificis, ex tot libellorum synodicorum, ex Humberti cardinalis etc. locis supra indicatis constat. Ad Agathonem quod attinet, negari nequit, quin *apostolicos suos praedecessores confidenter semper suos fratres confirmasse in* fide scripserit, *act.* iv. *syn.* vi. *pag.* 1082. *tom.* iii. *concilior. edit. paris. Hard.* Quamobrem errat vehementer Combefisius *defens. act.* vi. *syn. cap.* 2. §. iii. *pag.* 125. coarguens Baronium *nullos pontifices a pietate catholica defecisse* ex Agathonis epistola concludentem. Sed etsi Martinum, postque Agathonem Iohanni IV. assensos numquam in erroris invidiam Honorium vocasse putem; nihil tamen obstitisse aio, quin suis Agatho legatis potestatem fecerit, in quoscumque (ac proinde etiam in Honorium, animadvertendi, quos defecisse ab orthodoxo dogmate documentis illustribus deprehendissent. Id vero ex Hadriani pontificis loco, quem paullo ante descripsi, intelligitur. Noverat autem sanctissimus pontifex nil impedire, quin labi episcopus romanus non auctoritate apostolica, sed privatim aut loquens, aut scribens possit. Erat ei praeterea exploratum, ab Honorio scriptas litteras fuisse privatim ad Sergium. Qua de re paullo post videro. Interea cum orientales Honorium favisse haeresi monothelitarum dixissent, idque prolatis litteris, quas ab Honorio scriptas pugnabant, legatis persuasissent, extorserunt denique ut idem Honorius cum Cyro, Sergio, Pyrrho etc. damnaretur. Quod si nihil eiusmodi in Pauli diaconi historia est, parvi refert. Unius enim, alteriusve scriptoris silentium tot synchronorum luculentissimis testimoniis numquam adimet auctoritatem. De Theophane hoc breve dico; etsi originum monothelismi meminerit, litterarum tamen Honorii non meminisse. Quod si eius silentio effici contra Maximi illustrem locum non potest, scriptas ad Sergium non fuisse priores litteras ab Honorio; ita ne illud quidem contra tot testes efficietur, non fuisse eum pontificem ab synodo condemnatum? Vide Theoph. *chronogr. ad an.* 621. *pag.* 274. *et ad an.* 671. *pag.* 299. *edit. paris. an.* 1655. Anastasius descripsit in historia *ad an.* 622. *p.* 102. *et ad* 672. *pag.* 144. *edit. paris. an.* 1649. Theophanem. Itaque non illius magis, quam huius silentio moveor. Quamquam Anastasii multo minus me urgere silentium potest, propterea quod is *p.* 56. *libri pontificalis edit. paris. an.* 1649. *et pag.* 105. *edit. rom. tom.* iv. notatum una cum Sergio etc. fuisse ab synodo vi. Honorium, idque fuisse Leoni II. pontifici probatum scribat. De Zonara non laboro. Is *lib.* xiv. n. xxi. *pag.* 91. *edit. paris. an.* 1687. Theophanem sequutus omisit Honorium. Quare non plus eius silentio consequi adversarii possunt, quam Theophanis.

Iohannes iv. in ea apologia quam ad Constantinum imperatorem Heraclii Augusti filium pro Honorio scripsit, longe aliter fuisse huic pontifici propositam ab Sergio quaestionem ostendit, quam ferat epistola, quae actione synodi vi. duodecima (1) continetur. » Sergius, *inquit*,...praedicto sanctae recordationis romanae ur- » bis pontifici significavit, quod quidam in Redemptore nostro » domino Iesu Christo duas contrarias dicerent voluntates; quo » praefatus papa comperto, rescripsit (2) etc. ».

At longe est discrepans quod initio vulgatae epistolae propositum Honorio fuisse fertur ab Sergio. Habet enim hoc modo: *Scripta fraternitatis vestrae suscepimus, per quae contentiones quasdam, et novas vocum quaestiones cognovimus introductas per Sophronium quemdam tunc monachum, nunc vero ex auditu episcopum hierosolymitanae urbis constitutum adversus fratrem nostrum Cyrum Alexandriae antistitem* μίαν ἐνέργειαν UNAM OPERATIONEM *domini nostri Iesu Christi conversis ex haeresi praedicantem*. Ecquid in hac periodo est *de duabus contrariis voluntatibus*, quarum caussa solum scriptas ab Sergio fuisse ad Honorium litteras Iohannes testatur? Nihil omnino. Immo vero praetermisso, quod erat de *contrariis voluntatibus*, *una* commemoratur *operatio*, quam Cyrus praedicaret, quamque Sophronius reiici oportere contenderet. Cum autem nihil in vulgata epistola legatur eorum, quae ab Sergio fuisse Honorio proposita Iohannes scribit; legatur autem, quod est de una *operatione*, quam sane rem Iohannes nullo modo ferendam putat (3), argumento est, fuisse a monothelitis deletum, quod in genuina Honorii epistola scriptum erat; additumque, confirmandi erroris caussa, quod est de Sophronio *unam operationem* ab Cyro propositam respuente.

Age vero s. Maximus, qui epistolam illam ad Sergium descripsit, atque ab accusationibus Pyrrhi vindicavit, quid umquam attulit, ex quo dictum quidquam de *una operatione* ab Honorio fuisse intelligeretur? Epistola enim xxiii. seu *tomo*, qui est ad Marinum presbyterum (4) opponi consuesse a monothelitis de-

(1) *Tom.* iii. *concilior. pag.* 1319. *edit. paris. Hard.*

(2) Apud *Sirmond. tom.* iii. *opp. pag.* 476. *et t.* ii. *opp. s. Max. p.* 181. *seq.*

(3) Iohannes iv. *apolog. ad Constant. pag.* 480. *t.* iii. *operum Sirmondi edit. paris.* Monothelitas redarguens, „ Quia unam voluntatem, *inquit*, dicunt divinitatis „ Christi et humanitatis, ac UNAM SIMUL OPERATIONEM, „ quid aliud, nisi quia et unam naturam Christi Dei „ secundum eutychianam, et severianam divisionem „ operari noscuntur „ ?

(4) *Tom.* ii. *opp. pag.* 129.

monstrat, quod erat ab Honorio de *una voluntate* scriptum. Quid? haccine una oppositione contenti haeretici fuissent, si *unam* item *operationem* in litteris Honorii commemorari vidissent? Post ubi Maximus quaestionem proposuit, Honorium defensurus, analysin epistolae universae instituit. Missis autem periodis prioribus tribus, quae sunt de Cyro, et Sophronio (quas ego periodos adiunctas fraude monothelitarum epistolae Honorii fuisse arbitror), orsus ab ea est periodo, cuius hoc est initium *confitentes dominum Iesum Christum*, et in qua *de ineffabili naturae humanae, ac divinae* unione agitur. Perrexit porro ad alteram, quae mox sequitur *de passione Christi*, *deque idiomatum communicatione*. Descendit post ad eam periodum, quae est de *una voluntate* humana, non duabus, quarum altera alteri resisteret, distincteque persequutus est cetera, quae in vulgata epistola leguntur usque ad *non sunt haec diversae voluntatis*. Cur autem silentio, quae sequuntur, praeteriisset, si scripta iisdem in litteris invenisset? Neque vero is solum ea praetermisit, sed etiam Iohannes IV. pontifex maximus. Quod si extabant ea in Honorii litteris, fueruntque nihilominus ab Iohanne, et Maximo praetermissa, a Pyrrho demum, ceterisque monotheletis omitti qui potuerunt? Pyrrhus ecce de *una operatione* cum Maximo copiose disputat (1). Ecquid autem ex Honorii epistola ad suum errorem confirmandum profert? Nihil certe. At protulisset (quemadmodum protulit, quod erat de *una voluntate* (2)) si accusatum ab Honorio Sophronium legisset, propterea quod nova vocabula inducere esset ausus *contra Cyrum unam operationem conversis ex haeresi predicantem*. Quid? si ne tacuisset quidem, modo deprehendisset, quod extat in vulgata epistola, quasi ab Honorio scriptum fuisset ad Sergium? *Haec nobiscum fraternitas vestra praedicet, sicut et nos ea vobiscum unanimiter praedicamus*. Atque de priore ad Sergium epistola a monothelitis vitiata satis dictum est. Venio ad alteram.

Non moleste autem ferre me dixi, si quis alteram hanc epistolam, quae Honorio attribui solet, cuiusque pars act. XIII. synodi oecumenicae sextae (3) describitur, a monothelitis fuisse

(1) *Tom. II. opp. s. Maximi pag. 184. et seqq.*
(2) *Ibid. pag. 181. seq.*
(3) *Pag. 1331 tom. III. concilior. edit. paris. Hard. an. 1714.*

dolo, fraudeque compositam arbitretur. Nam Iohannes abbas fortasse is, qui postea pontificatu maximo potitus est, quemque Honorius habuerat scribae loco (1), unam, non duas commemorat ab Honorio ad Sergium datas epistolas. Unam item perpetuo nominat Maximus martyr, qua monothelitas ante VI. synodum abuti consuesse demonstrat. Unius denique Pyrrhus (2), qui post Sergium in constantinopolitanam sedem invasit, cumque Pyrrho ceteri eius factionis haeretici, unius, inquam, meminerunt. Qui vero tamdiu post Honorii mortem duae prolatae fuerint, difficile est existimare. Quis enim sibi persuadeat, alteram vulgatam a Sergio, alteram occultatam (3) in tabulario patriarchii ad sextam usque synodum latuisse? Iam vero cum monothelitae priorem Honorii epistolam vitiarint, quid obstabat quin alteram fingerent, inque patriarchii tabularium, quod diu obtinuerant, inferrent, longo post tempore (ubi nempe ii, qui cum Honorio vixerant, decessissent) in publicum, confirmandi sui erroris caussa, producendam? Multa sunt generis eiusdem conficta ab apollinarianis, et monophysitis prodromis monothelitarum. Cur autem monothelitae ab iis artibus, fraudibusque abstinuissent, quibus duces suos uti olim consuesse norant?

Sed fac utraque epistola perscripta ab Honorio fuerit: ecquid in alterutra est, quod aliorsum atque catholicum dogma ferat, accipiendum esse videatur? Nam priore quidem (4) auctor queritur, intellexisse ex Sergii constantinopolitani litteris se, induci in christianam rem publicam a Sophronio nova quaedam genera vocabulorum adversus Cyrum alexandrinum *unam Christi operationem iis, qui ex haeresi ad ecclesiam redierant praedicantem.* Laudat inde Sergium, ut qui vocabulum novum sustulerit,

(1) S. Maximus *epist.* XXXIII. sive *tomo ad Marinum presbyterum pag.* 129. *tom.* II. *opp. edit. paris.* anno 1675. ἐν τῇ πρὸς Σέργιον ἐπιστολῇ *in epistola ad Sergium et pag.* 132. et 133., quo loco testimonium laudat Iohannis abbatis, quo scriptore epistolarum Honorius utebatur. Vide praeterea eiusdem *disputationem cum Pyrrho ibid. pag.* 161.

(2) S. Maximus *disputat. cum Pyrrho pag.* 161. cum Pyrrhum eumdem induxisset de Honorio, qui scripsisset ad Sergium, disserentem; quaesivit, ecquis dignus interpres esset τῆς τοιαύτης ἐπιστολῆς *eius epistolae.* Respondit Pyrrhus: ὁ ταύτην συντάξας, *qui hanc composuit.* Unam igitur Honorii epistolam is acceperat fuisse ab Honorio scriptam, non duas.

(3) Synodi VI. act. XIII. p. 1351. sic habetur *Epistolam vero latinam, quam Georgius chartophylax sanctae huius magnae ecclesiae* ἣν δὲ ἐπὶ τοῦ παρόντος εὑρηκώς „ quam in praesenti invenit „ *prae manibus se habere dixit.* Quid hoc est „ quam in praesenti invenit? „ Qui fieri potuit, ut si scripta fuisset ab Honorio, tamdiu latuerit?

(4) *Action.* XII. *syn.* VI. *pag.* 319. *tom. eiusd. concil.*

quod simplices, imperitosque rerum posset offendere (1). Ei namque nos doctrinae insistere debere, qua a maioribus, ut divinitus acceperant, instituti sumus. Quare confiteri quidem se Christum servatorem generis humani *operatum divina*, *eumdemque operatum humana ineffabiliter*, *atque singulariter* (2) *assumta carne inconfuse*, *atque inconvertibiliter plena divinitate* (3). *Coruscasse item eum in carne plena miraculorum*, *pleneque esse Deum*, *et hominem*, *adeo ut manentibus utrarumque differentiis* (4), *cognoscatur uniri*; *dum profecto divinitas nec crucifigi potuit*, *nec passiones humanas experiri vel perpeti*; *quamquam propter ineffabilem illam coniunctionem humanae*, *divinaeque naturae et Deus dicitur pati*, *et humanitas* (*etsi caro non de caelo*, *sed de sancta Dei genitrice adsumta* (5) *est*) *ex caelo cum divinitate descendisse*. Unam autem, addit, se fateri *voluntatem* Christi. At unius *voluntatis* vocabulis non id intelligit, ut unam solum voluntatem in Christo Deo, et homine arbitretur esse; sed naturam quidem in Christo divinam voluntate divina pollere, humanam vero non humanis duabus, quarum altera resistat alteri, sed una, quae consentanea, concorsque divinae (6)

(1) Synod. VI. act. XII. pag. 1320. „Ἐπαινοῦμεν τὴν ὑμετέραν ἀδελφότητα μετὰ πολλῆς προνοίας τε καὶ ἐπισκέψεως γράψαι, περιαιροῦσαν τὸ καινὸν τῆς ὀνομασίας δυνάμενον τοῖς ἁπλουστέροις σκάνδαλον εἰσάγειν. *Laudamus fraternitatem vestram multa providentia, circumspectioneque scripsisse, abstulisseque novitatem vocabuli, quod posset scandalum simplicioribus afferre.* Ita quoidem legitur in prioribus litteris ab Honorio scriptis ad Sergiam.

(2) Confer epistolam XVI. s. Leonis ad univ. episc. Sicil. *cap.* III. *tom.* II. *opp. edit. rom. an.* 1755. *p.* 79. Et *epist.* XXV. *al.* XXIV. *ad Flavianum cap.* II. *et* III. *pag.* 119. *et cap.* V. *pag.* 122.

(3) Vide eamdem Leonis epistolam ad Flavianum cap. III. pag. 119. tom. eodem.

(4) S. Leo ibid. „ Salva igitur proprietate utriusque naturae, et substantiae, et in unam coeunte personam, suscipitur a maiestate humilitas....ut quod nostris remediis congruebat, unus atque idem mediator Dei, et hominum et mori ex uno et resurgere (*al.* et mori non posset) ex altero „.

(5) Ibid. cap. V. pag. 124. „ Propter hanc ergo unitatem personae in utraque natura intelligendam, et filius hominis legitur descendisse de caelo, cum filius Dei carnem de ea virgine, de qua est natus, assumserit: et rursus filius Dei crucifixus dicitur, ac sepultus, cum haec non in divinitate ipsa....sed sed in naturae humanae sit infirmitate perpessus „.

(6) Ibid. cap. IV. pag. 120. s. Leo scribit hoc modo: „ In integra ergo veri hominis perfectaque natura, verus natus est Deus, totus in suis, totus in nostris. Nostra autem dicimus, quae in nobis ab initio creator condidit, et quae reparanda suscepit. Nam illa, quae deceptor intulit, et homo deceptus admisit, nullum habuere in Salvatore vestigium. Nec quia communionem humanarum subiit infirmitatum, ideo nostrorum fuit particeps delictorum. Assumsit formam servi sine sorde peccati etc. „. Et ep. XXVI. *al.* XXV. ad *Iulianum* episcopum coensem p. 137. „ Non alterius tamen naturae erat eius caro, quam nostrae, nec alio illi, quam ceteris hominibus anima est inspirata principio, quae excelleret non diversitate generis, sed sublimitate virtutis. Nihil enim carnis suae habebat adversum, nec discordia desideriorum gignebat compugnantiam voluntatum. Sensus corporei vigebant sine lege peccati, et veritas affectionum sub moderamine deitatis, et mentis, nec tentabatur illecebris, nec cedebat iniuriis „. Conferat haec lector cum Honorii verbis, utroque fatebitur, eum, quum ad Sergium scriberet, Leonis fuisse ad Flavianum scribentis sequutum sententiam. Atque duas voluntates humanas inter sese pugnantes in Christo negasse Honorium, non autem voluntates duas dixi-

Digitized by Google

sit. Ac de una eum humanae naturae humana voluntate agere, respuereque voluntates humanas duas, quarum altera alteri repugnet, ex iis, quae mox addit, perspicitur: *quia*, inquit, *a divinitate adsumta est nostra natura, non culpa; illa profecto, quae ante peccatum creata est, non quae post praevaricationem vitiata. Non est itaque assumta a Salvatore vitiata natura, quae repugnaret legi mentis eius. Nam lex alia in membris, aut voluntas diversa non fuit contraria Salvatori.* Unum deicceps, dicit esse Christum operatorem divinarum, humanarumque actionum (1). Vereri autem se, ne quid mali in vocabulis *unius*, *duarumve operationum* lateat; neve *parvuli duarum operationum*

nam, atque humanam, non ex iisdem modo illius ad Sergium litteris, sed ex Iohannis etiam abbatis Honorii scribae verbis, eaque Iohan. IV. p. m. epistola plane constat. Ac Iohannes quidem abbas, qui epistolam scripserat Honorii nomine, apud Maximum martyrem *ep. ad Marin. pag.* 133. *tom.* II. *edit. opp. an.* 1675. et *disp.* cum Pyrrho *ibid. p.* 161. sic testatur; *unam voluntatem diximus in Domino non divinitatis eius et humanitatis solius. Cum Sergius scripsisset, quod quidam duas voluntates in Christo contrarias dicerent; rescripsimus: Christum non duas voluntates contrarias habuisse carnis, inquam, et spiritus, sicut nos habemus post peccatum, sed unam tantum, quae naturaliter eius humanitatem signabat.* Iohannes autem IV., qui extremo an. 640. post Severinum pontificatu maximo potitus est, cum Honorius octobri mense an. 638. decessisset, *apolog. pro Honor. ad Constantinum imperatorem apud Sirmondum tom.* III. *opp. edit. paris. an.* 1696. *p.* 477., *praedictus decessor meus*, inquit, *docens de mysterio incarnationis Christi dicebat, non fuisse in eo, sicut in nobis peccatoribus, mentis, et carnis contrarias voluntates: quod quidam ad proprium sensum convertentes, divinitatis eius, et humanitatis unam eum voluntatem docuisse suscitati sunt, quod veritati omnimodis est contrarium.*

(1) Action. XIII. synodi VI. pag. 1321. Ὁ Κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς ὁ υἱός, καὶ λόγος τοῦ Θεοῦ.... εἷς καὶ ὁ αὐτός ἐστιν ἐνεργῶν τὰ θεῖα, καὶ τὰ ἀνθρώπινα τελείως. *Dominus noster Iesus Christus, Filius, et Verbum Dei... unus et idem est operans divina, atque humana perfecte.* Quod idem fusius explicat epistola II. in qua est scriptum hoc modo: act. XIII. *synod.* VI. *pag.* 1358. Ἑκατέρας τὰς φύσεις ἐν τῷ ἑνὶ Χριστῷ τῇ ἑνότητι, ἡνωμένας μετὰ τῆς θατέρου κοινωνίας ἐνεργούσας, καὶ πρακτικὰς ὁμολογεῖν ὀφείλομεν· καὶ τὴν μὲν θείαν ἐνεργοῦσαν ἅ ἐστι τοῦ Θεοῦ, τὴν δὲ ἀνθρωπίνην ἀποτελοῦσαν τὰ τῆς σαρκός, οὐ διῃρημένως, οὐδὲ συγκεχυμένως etc. *Utrasque naturas in uno Christo unitate copulatas cum alterius communione operantes, atque operatrices confiteri debemus, et divinam quidem operantem quae sunt Dei, humanam vero exsequentem, quae carnis sunt, non divise, neque confuse.* Quo quidem recidunt Leonis epistolae XXV. alias XXIV. ad Flavianum verba, *cap.* IV. *pag.* 122. Scribit enim Leo hoc modo: *Agit utraque forma cum alterius communione, quod proprium est; verbo scilicet operante quod verbi est, et carne exsequente quod carnis est... Unus enim idemque est, quod saepe dicendum est, vere Dei filius, et vere hominis filius.* Quod si haec Leonis sententia tantam apud patres synodi lateranensis sub Martino I. synodique sextae valuit, ut ex una duas in Christo voluntates, duasque operationes fuisse a pontifice concessas concluderent, quid est, quod non idem ex utraque Honorii epistola, quae scripta in eamdem sententiam est, concludendum esse videatur? Martinus I. pont. max. in concilio lateranensi anno Chr. 649. habito, *secret.* seu *action.* I. *p.* 698. *tom.* III. *concilior. edit. Hard. paris. an.* 1714. sic loquitur: *sed et* (Leo) *beatae memoriae Flaviano de operationibus eiusdem Salvatoris nostri* .... ait: „ Operatur enim utraque forma cum alterius communione quod proprium est: Verbo quidem operante, „ quod Verbi est, carne autem exsequente, quod carnis est; et unum horum coruscat miraculis, alterum „ succumbit iniuriis „ *quem* (Leonem) *columnam orthodoxae fidei chalcedonensis synodus definivit; hoc est dicere omnium sanctorum chorus... si igitur, quomodo dicit praedictus pater, utriusque naturas, ex quibus, et in quibus indivise existens cognoscitur, quod proprium est, idem naturaliter, et voluntarie operatur, sine dubio utriusque naturalem habuit idem voluntatem, et operationem. Si enim non habuisset, nec utriusque naturae operabatur, quod proprium est; quidquid sine operatione fuerit, et voluntate, neque naturaliter operabitur aliquid omnino, nec vult, dum constet, quia per voluntatem velle habet, qui vult; et per operationem naturaliter efficaciam operantis, qui operatur; sicut per visum videre, qui videt etc.*

vocabulis offensi, sectantes nestorianos nos vesana sapere arbitrentur; *aut certe, si rursus unam operationem domini nostri Iesu Christi fatendam esse censuerimus, stultam eutychianistarum attonitis auribus dementiam fateri putemur. Ac praecavendum quidem esse*, ait, *ne quorum inania arma combusta sunt, eorum cineres redivivos ignes renovent quaestionum. Simpliciter* porro *confiteri se*, *Iesum Christum unum esse operatorem divinae*, *atque humanae naturae*, providereque ne quis *discipulos piscatorum decipiat per philosophiam, inanemque fallaciam.* Denique hortatur Sergium, ut haec secum praedicet, sicut eadem ipse cum Sergio praedicabat. Quod eo sane dixit, quo Sergii hanc esse putasset sententiam : *Dominum Iesum Christum in duabus naturis operatum divinitus, atque humanitus.* Atque huc quidem revolvuntur, ac recidunt, quae Honorius idem altera epistola comprehendit. Supprimi namque *unius*, *duarumque operationum vocabula* oportere censet, propterea quod verendum esse arbitretur, ne *qui haec dicunt*, eutychiano, nestorianove sensu *operationem unam*, *vel geminam suspicentur.* Ceterum hoc se velle : *utrasque naturas in uno Christo unitate naturali copulatas cum alterius communione operantes, atque operatrices esse: divinam quidem, quae Dei sunt operantem, et humanam, quae carnis sunt exsequentem*, *non divise, neque confuse*, *aut convertibiliter Dei naturam in hominem*, *et humanam in Deum conversam edocentes, sed naturarum differentias integras confitentes.* Videri praeterea sibi, tollendum *unius* operationis vocabulum, proque *una*, *quam quidam dicebant, operatione*, confitendum *unum Christum* (1) *esse in utriusque naturis operatorem*, *rursumque auferendas* voces *duarum operationum* esse, earumque loco dicendum *duas esse naturas*, *idest divinitatis, et carnis assumtae in una persona unigeniti Dei Patris inconfuse, indivise, atque inconvertibiliter propria operante.* Id vero se ab legatis etiam Sophronii petiisse scribit, eosque sibi promisisse fo-

(1) Mirum quod accusatores Honorii s. Athanasium alexandrinum non accusent, qui eadem de voluntate scripsit, cum adversus Appollinarium ageret. *Natus est*, inquit, *ex muliere in prima plasmatione* hominis sibi *formam excitans in extensione carnis absque carnalibus voluntatibus, et humanis cogitationibus in imagine novitatis. Voluntas enim sola divinitatis est, quia natura sola est divinitatis.* Nempe ei non inest voluntas carnis repugnans divinae voluntati. Confer s. Maximum martyrem, *tomo dogmatico ad Marinum presbyterum pag.* 130. *tom.* II. *opp. edit. paris. an.* 1675.

re, ut duarum operationum praedicandarum Sophronius finem faceret, modo sibi Cyrus a vocabulo *unius operationis* temperasset. Age vero, ecquod hisce verbis, quae descripsimus, continetur dogma, quod non ab Leonis magni, aliorumque pontificum maximorum scriptis acceptum sit, quodque componi cum actis chalcedonensis, lateranensis sub Martino I., sextaeque synodi non possit? Cum autem nihil tale in verbis iisdem, nihilque praeterea in duabus illis Honorii, quas dicunt, epistolis sit, quod non eodem, quo verba ipsa a nobis descripta, pertineat; illud quoque maneat necesse est, nihil in epistolarum alterutra contineri, quod aliorsum atque catholicum dogma postulet, accipiendum esse videatur (1).

(1) Consule sanctum Maximum loco modo indicato pag. 129. seqq., et *disput. cum Pyrrho ibid. p.* 191. *seq.*, Iohannis IV. p. max. ad Constantinum imperatorem Heraclii filium *epistolam pro Honorio papa* apud *Sirmondum tom. III. opp. edit. paris. an.* 1696. *p.* 483. *seqq.* Cuius quidem epistolae fit a Maximo mentio in disp. cum Pyrrho pag. 191. edit. eiusd. opp. Max. Vidisse id quodque patrem synodi lateranensis sub Martino I. an. 949. habitae constat. Nam Pyrrhum, Paulum, Cyrum, Sergium damnant, quod unam voluntatem in Christo concedendam praescripserint, unamque operationem; Honorii autem, ut qui nihil tale in suis epistolis dixerit, ne meminerunt quidem. Vide *secretar. I. pag.* 595. *et pag.* 909. *et pag.* 703., *et secretar. II. pag.* 711. *et* 715. 719. 722. *seqq.* 734. *seqq.*, *et secretar. III. pag.* 769. *seqq. et p.* 796. *seqq. et* 796. *seqq. et pag.* 603., *et secretar. IV. pag.* 811. *seqq. et pag.* 827. *seqq.* 849. *seqq.*, *et secretar. V. pag.* 687. *et seqq. et* 910. *seqq.*, et *can. XVIII. pag.* 924. *seq.* Martinumque ipsum in epistol. *encyclica synodica ibid. pagina* 936., et epistola ad *Amandum episcopum traiectensem ibid. pag.* 947. Quid? Si Martinus idem *secret. I. synodi lateranensis pag.* 702. testetur *apostolicae memoriae suos decessores non destitisse in scripto, vel sine scripto (Sergio, et Pyrrho etc.) diversis temporibus consultissime scribentes, et tam rogantes, quamque regulariter increpantes, nec non per apocrysiarios suos, praesentialiter admonentes, et contestantes, quatenus proprium emendarent novitatis commentum*: idque iam confirmet in iis litteris, quas ad Amandum episcopum traiectensem dedit, *ibid. pag.* 947. scribatque hoc modo: *Pro qua re* (hoc est adversus restitutores erroris eutichianorum, et severianorum etc.) *saepius apostolica sedes persuasionibus, contestationibus, atque increpationibus plurimis admonuit eos* (Sergium nempe etc.) *quatenus ab huiusmodi errore recederent*: atque in pontificibus iis, qui ad Sergium, symmystasque scripserant, eosque hortati fuerant, ut sibi caverent, ne errorem restituerent eutychianorum, et severianorum, numerari oportere Honorium, non solum ex litteris, quas is ad Sergium dederat, intelligitur? sed ex epistola etiam s. Maximi *ad Petrum illustrem*, apud *Sirmondum tom. III. opp. pag.* 459. quae sic habet: *De quibus omnibus miseri nec sensus apostolicae facti sunt sedis, et quod est risu...dignissimum..., nec adversus ipsam apostolicam sedem mentiri temere pigritati sunt; sed quasi illius effecti consilii, et veluti quodam ab ea recepto decreto, in suis contextis pro impia ecthesi actionibus, eosum magnum Honorium acceperunt, suae praesumtionis ostentationem ad alios facientes viri in causa pietatis maximam eminentiam... Quae hos non rogavit ecclesia? Quis pius, et orthodoxus non supplicavit antistes cessare illos a propria haeresi clamando, et obtestando?...Quid autem et divinus Honorius? Quid vero et post illum Severinus senex? Quid denique et is, qui post hunc extitit, sacer Iohannes? Porro is, qui nunc praesidet beatissimus papa (Theodorus, vel Martinus) omisit quidquam supplicationi conveniens? etc.* Video, ut tam haec sint Martini sententiae similia, ut ad haec Martinus, cum de suis decessoribus diceret, spectasse videatur? De Honorio item VIII. saeculo loquutus honorifice Beda est *lib. II. cap. XVII. XVIII. et XIX. hist. gentis anglor. tom. III. operum edit. basil. an.* 1563. *pag.* 66. *seqq.*, quod numquam fecisset, si in haeresim eum incidisse putasset. Multo sunt clariora, quae IX. saeculo pro Honorii orthodoxia scripsit Anastasius bibliothecarius epistola ad *Iohannem diaconum urbis Romae*, *apud Sirmondum tom. III. app. supra indicatae editionis pag.* 468., quaeque ne sim longus praetereo. Huius rei causa praetermitto testimonia scriptorum, qui decimo sequentibusque saeculis de Honorio honorifice loquuti sunt; quod certe fecissent numquam, nisi eum in orthodoxis pontificibus numerandum putassent. Saeculis XV. et XVI. cum a quibusdam in erroris invidiam vocatus esset, a Turrecremata *lib. II. de ecclesia, c. II.*

Qua ex re plane est consequens, synodi VI. patres, si Honorium, harum epistolarum caussa, in invidiam monothelismi vocaverint, secus atque ille intellexerit, interpretatos fuisse epistolis iisdem comprehensam sententiam. Idque iam est, quod me quarto loco demonstraturum promiseram. Ac si nihil in epistolis illis est, quod catholicum plane non sit; sequitur, ut qui comprehendisse Honorium iisdem epistolis quidpiam non catholicum statuant, iidem eius verba aliorsum rapiant, atque ipse acceperit. Nihil autem epistolis iisdem contineri non plane catholicum, demonstratum est. Episcopi igitur, qui in synodum sextam convenerant, si deprehensam ab se iis in epistolis monothelitarum haeresim dixissent, Honoriumque eam ob rem condemnassent haereseos crimine; aliorsum sane Honorii eiusdem verba rapuerint, necesse est atque ipse (si quidem earum fuisset auctor (1)) voluisset.

Hosio lib. II. *contra Brentium*, a Baronio *ad an. Christiano* 633. 681. 683., ab Iodoco Coccio *tom.* I. *lib.* VII. *de eccl. hierarch. et summo pontifice, articulo* XIII. *p.* 896. *et* 898., a Sandero *lib.* VII. *monarch. eccl. pag.* 543., *Abrahamo Bzovio libro inscripto pontifex romanus capitolo* XIV. *pag.* 129. *seqq. et cap.* XXVI. *pag.* 345. *tom* I. bibliothecae Roccaberti, aliisque prope innumerabilibus defensus est. Petrus de Marca archiepiscopus parisiensis, ut in eius vita scribit Stephanus Balutius n. LXX. *pag.* 33 *edit. paris. an.* 1669. epistolam instituerat scribere ad Philippum Labbeum soc. Iesu presbyterum, *qua Honorium romanum episcopum, quem saeculi nostri malignitas in concilio* VI. *oecumenico damnatum esse contendit ut monothelitam, ab ea labe prorsus immunem redderet, ostenderetque nihil in eo aliud damnatum esse, praeter negligentiam, et quia varie se gesserat.* Sed effecit infirma hominis valetudo, ut eam epistolam perficere non potuerit. Stephanus Balutius *ibid.* n. LXXI. *p.* 34., *Quod ad Honorii doctrinam attinet*, inquit, *iam alii probaverant eum prorsus aversum fuisse ab errore monothelitarum, neque illis umquam consensisse, ut inutilis omnino futura sit mea opera, si velim hanc partem suscipere probandam.* Eodem spectant, quae disputant Ludovicus Thomassinus *diss. in concilia, dissert.* XXVI. §. XIX. *seqq. pag.* 913. *edit. paris. an.* 1667., Iohannes Garnerius societatis Iesu theologus in *append. ad notas capitis* II. *libri diurni romanorum pontificum dissert.* II. §. VI. *n.* XXX. *seqq. pag.* 180. *edit. paris. an.* 1680., Natalis Alexander *dissert.* II. *in histor. eccl. saec.* VII. *prop.* III. *pag.* 602. *edit. lucensis an.* 1751. *tom.* V., et Iosephus Augustinus Orsius S. R. E. cardinalis *tom.* I. *par.* I. *lib.* I. operis, quod, cum sacrae indici congregationi a secretis esset, *de romani pontificis auctoritate* scripsit *cap.* XIII. *artic.* I. *seqq. pag.* 331. *seqq. edit. romanae an.* 1739. Non repugnat auctor operis inscripti, *defensio declarationis conventus cleri gallicani, parte* III. *l.* VII. *cap.* XXII. *p.* 37.; Honorii namque verba *orthodoxa videri ait.* Sed ne quid credatur concessisse, quod susceptae ab se caussae noceat, mox addit: *haud tamen facile est ea secernere a monothelitarum simillimis dictis.* Ita nempe affectus hic erat auctor, ut apud eum, contra perspicuam rationem, praeiudicata valeret opinio. Quemadmodum enim pati ratio poterit, ut eum haereseos condemnes crimine, cuius dicta catholica videri confiteare? At simillima monothelitae dixerunt. Quid? An eo condemnati sunt nomine quod *simillima* dixerint? Nihil minus. Notatos enim, damnatosque fuisse constat, quod ea aut scripserint, aut dixerint, quae componi cum orthodoxo dogmate nequirent. At cum Honorius nihil tale aut scripserit usquam, aut dixerit, quae demum caussa, nisi praeiudicata opinio, auctorem impulit *defensionis*, ut eum pontificem monothelismi reum fuisse arbitraretur? Nam ratione, rursum rogo, moveri qui potuisset, cum contra ratio omnino postulet, ut ne in suspicionem quidem erroris vocetur is, qui nil usquam scripserit, dixeritve, quod non *orthodoxum maxime esse videatur?*

(1) Anastasius bibliothecarius illustris saeculi IX. scriptor *epist. ad Iohannem diaconum urbis Romae, apud Sirmondum tom.* III. *opp. edit. supra indicata pag.* 464. „ Quis autem erit, *inquit*, qui nobis interim dicat, „ utrum (Honorius) pro certo dictaverit epistolam, „ de qua illum anathematizandi fomitem calumniato„ res susceperunt, cum et ex scriptoris vel indisciplinatione, vel in pontificem odio quid contingere „ tale potuerit etc.? „

Extremum est, ut explicem, permittentibus pontificibus maximis, notatum a patribus sextae synodi Honorium fuisse, non auctoritate publica a cathedra Petri docentem, sed privatim scribentem ad Sergium. Ac notatum quidem fuisse, non repugnantibus pontificibus maximis, Hadrianus II. testis est locuples. Nam is adlocutione III. ad synodum romanam, si minus an. 869. at non multo certe ante annum eumdem habitam: *Etsi* (1), in-

(1) In act. synodi oecumenicae VIII. actione VII. *pag.* 1078. *tom.* V. *concilior. edit. paris. Hard. an.* 1714. Εἰ καὶ τῷ Ὀνωρίῳ ὑπὸ τῶν ἀνατολικῶν κατὰ θάνατον ἀνάθεμα ἐῤῥέθη, ὅμως γνωστόν ἐστιν, ὅτι ἐπὶ αἱρέσει κατηγορήθη, δι' ἣν καὶ μόνον ἔξεστι τοὺς ὑποδεεστέρους τῶν μειζόνων κατεξανίστασθαι· ἀλλὰ κἀκεῖ οὔτε πατριαρχῶν, οὔτε ἑτέρων τις προέδρων ἐξενεγκεῖν ἠδυνήθη ἀπόφασιν, εἰ μὴ ἡ τῆς αὐτῆς πρώτης καθέδρας αὐθεντία συνῄνεσεν ἐπὶ τούτῳ. Abrahamus Bzovius in opere inscripto, *romanus pontifex etc. capitulo* XXVII. *pag.* 347. *supra indic. edit.* dubitat adscribenda ne, eo supposite Hadriano haec sit adlocutio. Nam eam in antiquo vaticano ms. codice n. 836. extare negat, qui tamen codex acta etiam synodi VIII. oecumenicae continet. Sed non est, cur dubitet. Quod enim in graecis ceteris, latinisque eius synodi exemplis reperitur, quodque constet eodem illo, quo Hadrianus floruit tempore, vel non multo post, editum ab Anastasio latine fuisse, id 'lo falsis, suppositisque esse numerandum ne suspicari quidem licet. Novimus autem, interdum scribas librorum vel causa brevitatis, vel quod minus aliquando accuratis exemplis usi essent, vel oscitantia, vel fide etiam non bona, praetermisisse, quae certe apud omnes, atque testata sunt. Quod si ita esset, monumenta quidem vetera universa integra haberemus. Sed de re nota nihil est cur multis esse agendum putem. Redeo ad pontificis Hadriani adlocutionem. Eius locum illum de Honorio sic extulit Anastasius tom. *eod.* V. *concilior. pag.* 866. „ Licet „ enim Honorio ab orientalibus, post mortem, ana„ thema sit dictum, sciendum tamen est, quia fuerat „ super haeresi accusatus, propter quam solam licitum „ est minoribus maiorum suorum motibus resistendi, „ vel pravos sensus libere respuendi: quamvis et ibi „ nec patriarcharum, nec ceterorum antistitum cui„ piam de eo quamlibet fas fuerit proferendi senten„ tiam nisi eiusdem primae sedis pontificis consensus „ praecessisset auctoritas „. Permittentibus igitur romanis pontificibus, hoc est *praecedente auctoritate consensu pontificis primae sedis*, ab synodo VI. damnatum fuisse Honorium Hadrianus scribit. Mirum quam haec Hadriani eiusdem verba Iohannes Baptista Bartholus implicet *apolog. pro Honorio c.* XXVIII. n. 2. *pag.* 187. *seqq.* damnatum enim putat Honorium, Hadriano teste, ab episcopis orientis non e sexta synodo fuisse. Quasi vero, Hadriano teste, ii episcopi Honorium extra synodum condemnaverint. At *aliud* (inquit Bartholus *cap.* XXIV. *n.* 1. *seq. pag.* 172.) *synodi est*, *aliud iudicium episcoporum in synodo*. Ita ne vero? Quam id vellem mihi maiorum auctoritate ostenderet. Ac vereor equidem, ut suo id arbitratu dicat. Sixtum III. sese, gloriatur, auctorem vehementer sequi. Sat scio. Quid autem is? Quid? monet Illyrici episcopos, ut ne *tenere* oportere *credant*, *quae praeter praecepta* romani pontificis *orientalis synodus decernere voluit*, *et praeter id quidem*, *quod de fide*, pontifice maximo *consentiente*, *iudicavit*. Verum hic ego *synodi orientalis* meminisse Sixtum de Ephesino, vel de constantinopolitano I. vel de eo, quod sub Proclo est habitum, concilio agentem, lego; *episcoporum* autem *in synodo*, non lego. Undenam igitur ille sive ἀφορισμός, sive διορισμός Bartholi manavit de *synodi* iudicio discrepante ab iudicio *episcoporum in synodo*? Ex hac, addit ille, Sixti epistola. Scilicet Bartholo sic videtur. Mihi vero, aliisque sane permultis contra videtur. Nam Sixtus, quae *synodus*, *synodus* inquam, non consentiente pontifice maximo decrerit, retinenda negat; nec *episcopos in synodo* distinguendos *ab synodo* arbitratur. Sed pergit Bartholus, *ac non solum*, inquit, *si quid contra*, *sed etiam si quid praeter apostolicae sedis praecepta in synodo constituitur*, *ac decernitur*, *id non iam synodi*, *sed episcoporum decretum iudicium habetur: quo quidem ius non a Sixto* III. *primum inductum fuisse putare debemus*, *cum multo ante Iulio* I. *fuerit commendatum*. Iam locus, quem affert, Iulii ad rem non pertinet. Consulat eum qui volet *ibid. apud.* Bartholum: concessurum quemque, quod dixi, modo locum eumdem consuluerit, certo scio. Sed hoc alias, ut illud bartholinum de *decreto iudicio*. Atque iudicium equidem quid sit, intelligo; quid vero *iudicium decretum*, non intelligo. Hoc breve de Sixti pontificis epistola dico. In ea, *quae synodus decernere voluit*, legitur. Casum immutat Bartholus, proque *synodus* scribit *in synodo*, ut διορισμόν illum suum confirmet. Quam recte, ipse quidem viderit. Interea detur hoc illi, *synodum* Sixti sententia, *ab episcopis in synodo* discrepare. Hoc tenebo tamen: ab *synodo decretum iudicium* ferri, si *consentiente pontifice maximo* ab episcopis in synodum congregatis feratur. Ec-

Digitized by Google

quit, *Honorio ab orientalibus, post mortem, anathema dictum fuerit, notum tamen est, eum fuisse de haeresi accusatum, ob quam solum licet inferioribus in superiores insurgere. Sed et ibi neque patriarcharum, neque aliorum praesulum quisquam potuit ferre sententiam, nisi ad hoc ipsius primae cathedrae auctoritas accessisset.* Privatim autem Honorium, non publica auctoritate ex cathedra Petri docentem, si quid ea de re scripsit, ad Sergium scripsisse, perspicuum est. Constans enim, ac firma doctissimorum, gravissimorumque scriptorum sententia est (1),

ce autem Hadrianus, accedente consensu, auctoritateque primae sedis, hoc est pontificis maximi, damnatum ab orientalibus Honorium fuisse testatur. Distinctionum igitur, καὶ ἀφορισμῶ Bartholi, ab *synodo* fuisse damnatum Honorium, confidendum est. Sed instat ille, atque non hoc *significat*, inquit, Hadriani locus *apostolicam eadem episcopis illis hanc fecisse potestatem*, n. IV. *pag.* 199. Verumtamen (pace hoc illustrissimi viri dicam) nisi latinam, graecamque linguam pervertere velimus, illud certe, quod Bartholus nollet, Hadriani locus significat. Hadrianus enim ab orientalibus Honorio fuisse anathema dictum, scribit; sed ea de re neque antistitum, neque patriarcharum quemquam potuisse ferre sententiam, nisi primae sedis auctoritas accessisset. Haec qui scribit, is profecto accessisse ad rem eamdem constituendum indicat primae sedis, sive romani pontificis auctoritatem. At enim si id Hadriani locus significaret, *Honorius non iam episcoporum, sed synodi iudicio damnatus esset.* Cur non? Verum Hadrianus sibi non constaret. Quamobrem? Obsecro. Quis ab *orientalibus* dixit damnatum fuisse Honorium; ab *synodo* autem, non dixit. Acute! Quasi vero Hadrianus *distinctionibus* Bartholi standum esse putaverit. Quis autem ignorat, idem apud christianos veteres plerumque esse, *sanctos patres in synodo*, atque *synodum* dicere? At Anastasius bibliothecarius hanc Hadriani adlocutionem latinam fecit. Erunt fortasse, qui negent. Nam latine scripta, ac recitata ab Hadriano Romae, non erat opus, ut ex graeco ab Anastasio verteretur. Neque caussa est ulla, quare misso latino fonte, graeca interpretatione, ac rivulo usum Anastasium fuisse existimemus. Sed ex graeco num epistolam Anastasius vertit. Patior. Quid tum? An ab *synodo* sexta non fuit damnatus Honorius? Anastasius ecce, quem Bartholus testem vocat, in litteris ad Iohannem diaconum urbis Romae apud *Sirmondum loco indicato pag.* 466. ab *synodo* VI., non vero ab *episcopis* in *synodo* scribit anathema Honorio fuisse dictum. *Licet*, inquit, *huic sancta sexta synodus quasi haeretico anathema dixerit, et in Dei solius iam iudicio positum reprobationis telo confoderit.* Concidit igitur Anastasio teste ἀφορισμὸς ille, neque Bartholi recens excogitata distinctio. Sed Anastasius iisdem in litteris, scribit, damnationem Honorii non fuisse probatam romanae sedi. Quid si negem? Afferet ne ullum Anastasii locum, quo efficiat, neque Agathonem, neque Leonem II. probasse, quod synodus in Honorium decreset? Ego vero ei praedico fore, ut nullum afferat. Nam reperiet omnino nullum.

(1) Vide Melchiorem Canum ord. praed. theologum *lib.* VI. *locor. theologicor. cap.* VIII. *pag.* 210. *edit. bassanen. an.* 1746. Iohannes Baptista Bartholus Melchioris Cani de Honorio privatim ad Sergium scribente sententiam sibi negat placere, *pauciusque admodum placuisse* scribit ὁριστικῷ λόγῳ. Contra Robertus Bellarminus S. R. E. cardinalis vir incredibili eruditione, atque doctrina, patribus synodorum VI. VII. et VIII. diu ante, quam Melchior Canus natus esset (qui sane patres permulti, non pauci admodum erant) eam placuisse indicat *lib.* IV. de romano *pontifice cap.* XII. *pag.* 226. *tom.* I. *controversar. edit. paris. an.* 1608. Nam ubi hoc sibi argumentum proposuit: „ Crediderunt „ concilia papam errare posse, cum Honorium haere„ ticum fuisse crediderint: „ respondit „ credidisse so„ lum eos *patres*, papam *errare posse ut privatum ho„ minem*, quae est opinio probabilis; quamvis contra„ ria videatur probabilior. Id enim est, de quo ac„ cusatur Honorius, quod *privatis litteris* haeresim fo„ verit. „ Eodem spectant, quae scribit card. alter Augustinus Oreglius *summ. theolog. tract.* II. *cap.* V. *de eccl. hierarchia, et de summo pontif. obs.* IV. *pag.* 637. *tom.* IV. *biblioth. Roccaberti*, Nicolaus Sanderus *lib.* VII. *de visibili monarchia ecclesiae pag.* 420. *edit. lovan. an.* 1571., si modo scripsit, privatim ad Sergium scripsisse Honorium ostendit. Mitto Stapletonum, Dominicum Gravinam, Constantinum Roncaglium etc. Nimius enim essem si scriptores omnes, quibus probata haec sententia est, numerando recensere veliem. Itaque eos praeteribo tacitus, modo ne quis, eosdem ut numerem, iubeat. Nam ei promitto, atque confirmo, tam me morigerum, atque obsequentem fore, ut novorum scriptorum, qui sic senserint, plus centum numerem. Sed quatuor hoc loco satis fuerit meminisse, nempe Ludovici Thomassini *dissert.* XX. in VI. *synodum oecumenicam n.* VIII. *seqq. pag.* 904. *seqq.*, auctoris ope-

romanos pontifices e Petri cathedra populum christianum instituturos, tatione quadam, rituque *solemni* uti quoque tempore consuesse, quo quidem praetermisso, ostendebant, non ex Petri cathedra publice, sed privatim se loqui, vel scribere. Solitos autem eos fuisse olim solemni ritu (1) nihil statuere, ac docere, nisi consulto ecclesiae romanae clero (2), congregatave synodo epis–

ris inscripti, *celebris historiae monothelitarum, atque Honorii controversia scrutiniis* VIII. *comprehensa edit. paris. an.* 1673. *scrutin.* V. *pag.* 208. *seqq.*, Natalis Alexandri *dissert.* II. *in hist. saec.* VII. *proposit.* 2. *pag.* 600. *supra indic. edit.*, et Iosephi Augustini S. R. E. cardinalis Orsii *lib.* I. *de auctoritate rom. pontif. cap.* XXII. *art.* II. a *pag.* 347. *ad pag.* 387. *tom.* I. *p. edit. romanae an.* 1739.

(1) Multis hoc exemplis ostendit Petrus Coustantius congregat. benedictinae s. Mauri monachus in *praefat. generali ad epistolas romanor. pontific.* num. 33. *pag.* XXIII. *edit. paris. an.* 1721. Atque episcopi quidem veteres ita instituti erant, ut quod, non auditis suis, ipsi per sese scriberent, dicerentque, id ab se privatim fieri arbitrarentur. S. Cyprianus *epist.* XIV. *al.* VI. *ad presbyteros, et diaconos suos, pag.* 33. *edit. oxon. an.* 1682. „ Solus, *inquit*, rescribere nihil potui; quando a primordio episcopatus mei statuerim, nihil sine consilio vestro, et sine consensu plebis, mea privatim sententia gerere „. Neque vero haec saeculo III. solum, sed VI. etiam ea obtinebat ratio. Quamobrem Rusticus S. R. E. diaconus, quem *an.* 540. circiter, hoc est saeculo ipso ante Honorium, floruisse ferunt, in *disputatione contra acephalos*, dogmaticarum epistolarum notionem proponens *pag.* 354 *tom.* X. *bibliothecae patrum editionis lugdunensis*, ea scribit, quae ad hasce Honorii epistolas accomodari mirifice posse videantur. Acephalo namque dicenti, habere se *epistolas hypomnesticas* s. Cyrilli alexandrini, *quibus significaretur, quia condescensorie ad orientales scripserit propter pacem*, respondet hoc modo: „ Primum quidem multa „ dubitatio, utrum monstrentur eius haec esse. Quod „ si et eius sunt, unde manifestum est, quod talia „ loca non conficta sint? Dum certe e principio ab „ Eutyche probata, a multis (tamquam ficta) non sint „ accusata. Quod si etiam facta non sunt, unde certum, quia non potius hoc, quod a te profertur, „ dispensative, et condescensorie dictum sit? Maxime „ cum sciret ipse, quoniam Dei ecclesia familiaribus „ non intendit, neque hypomnesticis, neque iis quae „ ad unum, et domesticum fiunt; sed his, quae ad „ synodos, aut a synodis dogmatice, et publice, et „ definitive de his, quae in quaestionem veniunt, „ conscribuntur „. Quid igitur? An non inest pontifici de controversiis fidei diiudicandi potestas? Inest enim vero. Robertus Bellarminus *lib.* IV. *de potest. spirituali rom. pontif. cap.* 2. *pag.* 794. *edit. paris. an.* 1608. *tom.* I. *controvers.*, ubi sententias aliquot catholicorum de pontifice maximo descripsit, „ Videntur, *inquit*, hi auctores aliquo modo inter se dissentire: quia quidam eorum dicunt, pontificem non „ posse errare, si mature procedat, et consilium audiat aliorum pastorum; alii dicunt, pontificem etiam „ solum, nullo modo errare posse. Sed re vera non „ dissident inter se. Nam posteriores non volunt negare, quin teneatur pontifex mature procedere, et „ consulere viros doctos, sed solum dicere volunt „ ipsam infallibilitatem non esse in coetu consiliariorum, vel in concilio episcoporum, sed in solo pontifice. Sicut e contrario priores, non volunt ponere „ infallibilitatem in consiliariis, sed in solo pontifice. „ Verum explicare volunt, pontificem debere facere „ quod in se est, consulendo viros doctos, et peritos „ rei, de qua agitur. Si quis autem quaereret, an pontifex erraret, si temere definiret? Sine dubio praedicti auctores omnes responderent; non posse fieri, „ ut pontifex temere definiat. Qui enim promisit finem, sine dubio promisit et media, quae ad eum „ finem obtinendum necessaria sunt. Parum autem „ prodesset scire, pontificem non erraturum, quando „ non temere definit, nisi etiam sciremus, non permissurum Dei providentiam, ut ille temere definiat „. Confer Ludovicum Thomassinum *dissert.* XX. *in synodum* VI. *oecumenicam* n. XVII. *pag.* 910., Natalem Alexandrum *dissert.* II. *in saeculum* VII. *prop.* II. *p.*600. *seq. tom.* V. *edition. lucensis an.*1754., et Iosephum Augustinum Orsium S. R. E. card. *lib.* I. *de romani pontificis auctorit. cap.* XXII. *art.* II. §. I. *pag.* 349. *seq. tom.* I. *edit. rom. an.* 1739.

(2) Ostendit id copiose Iosephus Augustinus Orsius *art. indicato* §§. III. *et* IV. *pag.* 361. *seqq.*, quo loco refellit responsionis sex episcoporum gallorum caput XXV., quae quidem responsio adversus *instructionem pastoralem cardinalis de* Bissy edita *an.* 1723. fuit. Eodem quo Orsii animadversiones revolvuntur, ac recidunt, quae scribit Thomassinus *loco ind.* §. VIII. *et seqq.* Ac si rem cum clero Honorius communicasset, quid opus fuisset scribae fidem appellare, non cleri, ut quid sibi Honorius iis litteris voluisset, ostenderet? A clero enim quaesitum id fuisset, quem ea de re Honorius consuluisset. At non e clero, sed a scriba petitum testimonium est. Clerum ergo consultum ea de re non fuisse, confidendum est. Videndus s. Maximus martyr *disput. cum Pyrrho pag.* 161. *edit. supra*

coporum (1) Italiae, aut saltem proximarum urbi provinciarum (2), modo id rei gravitas poscere videretur. Mittere inde eos epistolas, quas consulto clero, synodove de dogmate, aut moribus scripserant, ad patriarchas, primates, metropolitas (3), iisque praeci-

indic. tom. II. At enim Anastasius abbas (ut est apud Maximum *epist.* ad Marinum presbyterum n. 23. *p.* 132. *seq. tom. eod.*) sermonem de Honorio contulit *cum sacratissimis viris romanae ecclesiae*. Assentior. Quid igitur? An hi consultum se ante fuisse dixerunt, quum ab eo pontifice epistola ad Sergium daretur? Dolentes illos quidem Anastasius reperit, et *excusantes*; *consultos* autem sese dicentes non reperit. Immo vero Anastasius, ut quo demum modo *unius voluntatis* vocabulum insertum epistolae illi Honorii esset, assequeretur, ad scribam confugit: Καὶ πρός αὐτοῖς, *inquit Maximus*, τὸν ταύτην ἐν Λατίνοις ὑπαγορεύσαντα, κατὰ κέλευσιν αὐτοῦ, κύριον ἀββᾶν Ἰωάννην τὸν ἁγιώτατον σύμπονον ἰσχυριζόμενον ὡς οὐδαμῶς ἐπίμνησιν ἐν αὐτῇ δὶ ἀριθμοῦ πεποίηται ἑνὸς τὸ παράπαν θελήματος, εἰ καὶ τοῦτο νῦν ἀνεπλάσθη παρὰ τῶν ταύτην ἑρμηνευσάντων εἰς τὴν ἑλλάδα φωνήν. *Praeterea que*, *audivit eum*, *qui ipsam latine dictaverat secundum iussionem eius* (Honorii) *dominum abbatem Iohannem sanctissimum* ei ob epistolis *adiutorem*, *adfirmantem*, *quod nullo modo mentionem in ea fecerit per numerum unius voluntatis*, *licet hoc nunc ab eis confictum sit*, *qui eam in graecam linguam verterunt*.

(1) Confer Constantium, Thomassinum, et Orsium *locis supra indicatis*.

(2) Consule eosdem *ibid.* Quod si celebrata synodus aliqua episcoporum fuisset ab Honorio, quo demum modo mirati occidentales omnes offensique fuissent, propterea quod Pyrrhus epistolam Honorii produxisset, eaque monothelitarum errorem confirmare fuisset ausus? Ac Iohannes IV. in litteris ad Constantinum imperatorem offensos fuisse occidentales eam ob rem scripsit *pag.* 474. *tom.* III. *opp. Sirmondi*, deinde cum synodi memorentur a Severino, a Iohanne IV. a ceteris causa monothelitarum habitae Romae, cur non item memorata usquam est ulla ab Honorio celebrata? Ac de Severini, et quidem qui ἀμέσως Honorio successit, synodo, consulendus Pagius ad *an.* 639. n. VI. et *seqq.*, de Iohannis IV., qui post pontificatu maximo potitus est, fit in synodico vetere apud Iohannem Albertum Fabricium tom. XI. bibliothecae graecae *pag.* 242. *edit. hamburg. an.* 1622. mentio, ut etiam de Theodori, qui Iohannem exceperat, *ibid. pag.* 243., et Martini lateranensi, cuius acta etiamnum extant, et Agathonis *an.* 680. habita. Vide eumdem libell. synodicum *ibid. pag.* 244. Scio sex illos episcopos, qui cardinalis de Bissy instructionem refellunt, *loco supra indicato*, auctoritate p. Marchesii congregationis oratorii presbyteri fretos, pugnare synodum habitam fuisse ab Honorio. Verum Marchesii, etsi non mediocris doctrinae viri, criticaeque facultatis haud expertis, tanta tamen non est, ut movere nos debeat auctoritas. Sed fuerit etiam auctoritate excellens Marchesius: an ego scriptori novo veterem auctorem nullum sequuto, criticae facultatis legibus, ipsoque communi sensu repugnante, assentiar? Coniecturae autem Marchesii inanes sunt, ut est demonstratum ab Orsio, mox que a me paucis demonstrabitur.

(3) Confer Siricii epist. II. ad Himerium tarraconensem antistitem n. XX. *pag.* 637. *tom.* I. epistolar. romanor. pontif. *edit. Constantii, an.* 1721., quo loco: „ Ad singulas, *inquit*, causas, de quibus per filium nostrum Bassianum presbyterum ad romanam ecclesiam, utpote ad caput tui corporis retulisti, sufficientia, quantum opinor, responsa reddimus. Nunc fraternitatis tuae animum ad servandos canones et tenenda decretalia constituta magis, ac magis incitamus, ut haec, quae ad tua rescripsimus consulta, in omnium coepiscoporum nostrorum perferri facias notionem, et non solum eorum, qui in tua sunt dioecesi constituti, sed etiam ad universos carthaginienses, ac baeticos, lusitanos, atque gallicios, vel eos, qui vicinis tibi collimitant hinc inde provinciis, haec, quae a nobis sunt salubri ordinatione disposita, sub litterarum tuarum prosecutione mittantur. Et quamquam statuta sedis apostolicae, vel canonum venerabilia definita nulli sacerdotum Domini ignorare sit liberum, utilius tamen, et pro antiquitate sacerdotii tui, dilectioni tuae esse admodum poterit gloriosum, si ea quae ad te speciali nomine generaliter scripta sunt, per unanimitatis tuae sollicitudinem in universorum fratrum nostrorum notitiam perferantur; quatenus et quae a nobis non inconsulte, sed provide sub nimia cautela, et deliberatione sunt salubriter constituta, intemerata permaneant, et omnibus in posterum excusationibus aditus, qui iam nulli apud nos patere poterit, obstruatur „. Horum sunt similia, quae scripsere Innocentius I. *epist.* XVIII. n. 2. *pag.* 842. *edit. eiusd. epistolar. rom. pontif.*, et *epist.* XXIV. *ad Alexandrum episcopum antiochenum* n. 4. *pag.* 854., Zosimus *epist.* VII. *ad Patroclum episcopum arelatensem* n. 2. *pag.* 962. *ibid.* et *epist.* IX. *ad Hesychium salonitanum* n. IV. *pag.* 970., et Xistus III. ut ceteros praetermittam, *epist.* I. *ad Cyrillum* n. 6. *pag.* 1235. Adeundus Marius Mercator de Zosimi epistola tractoria agens, *cuius epistolae exemplaria et ad orientales ecclesias*, *Aegypti*

Digitized by Google

pere consuevisse, ut de iisdem iam scriptis, publicatisque episcopos ceteros facerent (1) certiores, ut ne hi sibi incognitas fuisse caussarentur. Denique in more fuisse positum, ut eas subscribere episcopi iuberentur (2), vel ita saltem ipsae conceptae, compositaeque essent, ut potestatem (3) romani pontificis in ecclesia maximam demonstrarent, inferrentque omnibus *obligationem*, ut vocant, necessitatemve (4) parendi. Honorius autem non concilio episcoporum, non clero consulto, non iubens quidpiam ad Sergium (5) rescripsit, secus atque dogmaticae pontificum epistolae

dioecesim, et *Constantinopolim, et Thessalonicam, et Hierosolymam ad episcopos transmissa narrat, pag.* 134. *edit. Baluzii.* Qui plura velit, consulat Coustantium *praef. in tom.* I. *epistolar. romanor. pontif. n.* 47. *seq. pag.* 49. *seqq. edit. paris. an.* 1721., et Iosephum Augustinum Orsium *loco indic. art.* II. §. V. *pag.* 350. *seq.*

(1) Confer *notationem superiorem.*

(2) Vide quae de tractoria Zosimi ad universos episcopos adversus errorem pelagianum missa, ut eam subscriberent, adnotat Coustantius *in notitia scriptorum non extantium Zosimi* §. VII. *seqq.* n. 13. *seqq. et n.*21. *seqq. pag.* 991. *seqq. et pag.* 997. *seq.* Consule praeterea Orsium *loco indic. pag.* 352. Unam e s. Martini p. max. epistola ad Amandum episcopum traiectensem locum afferam, ex quo intelligitur, quae eo tempore fuerit ratio publice quidpiam, et e Petri cathedra finiendi; scribit igitur Martinus hoc modo, (*tom.* III. *concilior. edit. paris. Hard. anno* 1714. *pag.* 948.) : *Studeat fraternitas tua omnibus eadem* (acta synodi lateranensis, et Martini ipsius epistolam encyclicam) *innotescere, ut tam abominandam haeresim* (monothelitarum) *nobiscum exsecrentur, easque suis sacramenta addiscere valeant, atque synodali conventione omnium fratrum, et coepiscoporum nostrorum partium illarum effecta, eorundem tenorem encyclicas a nobis directas, scripta una cum subscriptionibus vestris nobismet destinanda concelebrent etc.*

(3) Confer ep. I. Iulii I. p. max. ad *orientales* n. 6. *pag.* 363. *seq. et n.* 9. *pag.* 367. *et n.* 21. *p.*383. *et n.* 22. *pag.* 386. *et n. ult. pag.* 387. *tom.* I. *collectionis epistolar. romanor. pontificum edit. paris. an.*1721., et Liberii epistolam XIII. *n.* 1. *seq. ibid. pag.* 448. *et epist.* XV. *n.* 4. *pag.* 463., Damasi epistolam V. *n.* 2. *pag.* 510., uno verbo epistolas omnes publicas, dogmaticasque pontificum romanorum, quae e Coustantio editae sunt, quaeque collectionibus conciliorum comprehenduntur, cognoscenque, qua auctoritate, et αὐθεντίᾳ scriptae fuerint, quamque ab his, quae Honorio adscribuntur, discrepent.

(4) Satis est Theodori, Martini, Agathonis epistolas legere, ut quisque intelligat, qua demum ratione pontifices romani eo praesertim, quo Honorius vixit saeculo, scribere ad alios episcopos de religione solerent. Ac Martinum quidem in encyclica epistola ad omnes orthodoxos an. 1640. post synodum lateranensem scripta, tom III. concilior. pag. 940., *Propterea*, inquit, *ea quae a nobis pro catholica ecclesia synodaliter gesta sunt, omnibus direximus, ut nostri studii perficientes opus, nec quidem ipsos innoxios esse approbemus coram Deo, et electis angelis, ante quos ut eo indicandi sumus cum eis, qui haec a nobis susceperint, in terribili eius adventu, inexcusabiles autem eos, qui non obediunt, demonstremus, utpote nullam habentes occasionem pro sua perfidia post veritatis ostensionem.*

(5) Quid enim ait? *Neque synodales apices, super hoc examinantes, neque auctoritates canonicas visae sunt explanasse, ut unam, vel duas energias aliquis praedicet Christi Dei praedicare.* Ita quidem habetur *in priore epistola* ad Sergium actione XII. syn. VI. *pag.* 1322. *tom.* III. *concil. edit. modo indic. Nullos synodales apices hoc examinantes* id explanasse affirmans, plane ostendit, nullam ab se synodum, qua id in examen revocaretur, fuisse celebratam, contra atque romani pontifices publice aliquid, atque ex cathedra de religione decreturi, facere consueverant. Cur autem synodum non habuit, ut ea de re, quid statuto, dictoque opus esset, indicaret? Nempe privatim scribere ad Sergium constituerat. Quo ex re factum est, ut non iubens, sed hortans scripserit: *hortantes vos, ut unius vel geminae novae vocis inductum operationis vocabulum aufugientes, unum nobiscum dominum Iesum Christum filium Dei vivi Deum verissimum in duabus naturis operatum divinitus, atque humanitus fide orthodoxa, et unitate catholica praedicetis. Ibid. pag.* 1323. Sunt autem horum similia, quae leguntur *epistola* II. *actione* XIII. *eiusdem synodi* VI. *pag.* 1356., *scribentes communibus fratribus Cyro, et Sophronio antistitibus, ne novae vocis, idest unius, vel geminae operationis vocabulo insistere vel immorari φανῶσιν videantur.... Quamquam hos, quos ad nos praedictus frater, et coepiscopus noster Sophronius misit, παρασκευάσαμεν praeparavimus, ne duarum operationum vocabulum deinceps praedicare innitatur, quod instantissime promiserunt praedictum virum esse facturum, si etiam Cyrus frater noster ab unius operationis vocabulo discesserit.* Rogantis

postularent. Quid? si ne illud quidem curavit, ut litterarum ab se scriptarum (si modo eas ille aut scripsit (1), aut suo nomine scribi voluit) exemplum aliquod servaretur Romae; vel rumor ad

haec sunt, atque hortantis quidem; iubentis autem nullo modo. Quid enim interest is, qui conditionem accepit sibi a Sophronii legatis propositam? Sophronium scilicet a vocibus *duarum operationum* sibi temperaturum, si quidem sibi etiam Cyrus ab *unius* voce temperet; non autem facturum Sophronium *duarum* usurpandarum modum, ni Cyrus item fecerit *unius* praedicandae finem.

(1) Franciscus Marchesius congregationis oratorii presbyter in eo libro, quem inscripsit *clypeum fortium* *dissert.* v. *cap.* xiv. *pag.* 390. *edit. an.* 1680., et synodum habitam ab Honorio censet, et scriptas epistolas, quibus insint notae epistolarum dogmaticarum. Caussam autem, quamobrem sic censeat hanc esse maxime; quod in actis synodi lateranensis sub Martino I. an. 649. celebratae *secretario*, hoc est *actione* II. *p.* 74. legatur, missum a Sophronio Romam fuisse Stephanum dorensem, *ubi non semel, non bis, sed multo saepius aperiret sacris viris ibidem consistentibus omnia secundum veritatem, et non quiesceret instantias expetens, atque exorans eos, donec ex apostolica prudentia, quae in Deo est, ad victoriam iudicium perducere debeant, et noviter introductorum dogmatum perfectam faciant, secundum canones destructionem.* Pervenisse autem, Honorio pontifice, Romam Stephanum ex eo intelligi Marchesius arbitratur, quod in altera epistola ad Sergium Honorius dicat, missos *ad se a Sophronio* aliquos, eosque ab se institutos ita fuisse, ut iam promitterent, curaturos se, uti Sophronius a *duarum operationum* vocabulis abstineret, modo Cyrus *unam operationem* teneri definiret. Nam praeter Stephanum, quos umquam Sophronius Romam miserit, a nemine veterum esse traditum. Stephanum igitur, Honorio pontifice, venisse Romam, egisseque cum romano clero; nisi enim sic egisset, contra atque sibi praeceptum a Sophronio fuerat, fuisse facturum. At si egit, omnia, quae sibi a pontifice dicebantur, nota clero esse debuisse. Quin etiam Stephanum quievisse, donec ex apostolica prudentia *iudicium ad victoriam* perduceretur. Iudicium autem, qui fieri sine synodo potuisse? synodum igitur fuisse habitam ab Honorio. Sed levia haec sunt, etsi me episcopia, quorum paullo ante meminimus, gravissima esse videantur. Equidem missum a Sophronio Romam fuisse Stephanum, assentior. Iussum autem fuisse aperire viris *ibidem consistentibus veritatem*, id quoque non fateor solum, sed etiam patior. Pervenisse inde Stephanum Romam, vivo Honorio, id vero est, quod mihi persuaderi opinione saltem velim. At Honorius in secundis litteris, missos ad se nescio quos hominum a Sophronio scribit. Mitto nunc de Honorio quaerere, itane eo secus, an nullas scripserit. Fac autem ita scripserit, Missos a Sophronio ad Honorium eosdam, atque Stephanum fuisse, quem sibi Marchesius, eiusque illi episcopi concessurum putant? Honorius ecce, si modo is eam ad Sergium epistolam dedit, Honorius, inquam, plures ad se legatos Sophronii venisse indicat: τούτους οὖς· πρός ἡμᾶς....Σωφρόνιος ἀπέστειλε. *Hos, quos ad nos Sophronius misit.* At Stephanum unum a Sophronio ad sacrum calvariae locum adductum, cui sibi intimatum, si fidem suis commodis postposuisset, distulissetque iter, rationem fuisse redditurum Christo, qui eo in loco sanguinem nostri causa fudisset: *unum se* properasse Romam: *cui sibi insidias ab hostibus instructas fuisse: unum se demum pervenisse Romam*, egisse cum praecessoribus Martini, qui excitati commonuerant novitatis adsertores, ac vindices, contestatique fuerant, tradit. Iam vero qui *unum se* missum etc. affirmat, in pluribus illis, quos missos a Sophronio Honorius scribit, non est numerandus. Neque vero Stephano Honorius satisfecisset, uti sibi Stephanus adfirmat fuisse a pontificibus, ad quos adierat, satisfactum. Nam Stephanus *unius operationis* haeresim damnari, confirmarique contra orthodoxum *duarum operationum* dogma, Sophronii nomine, petebat: atque ita, ut petebat, commonitos a pontificibus illis, quibuscum egerat, monothelitas, contestatosque fuisse narrat, ut finem errandi facerent. At si ad Honorium venisset, isque ei persuadere fuisset conatus, abstinendum deinceps Sophronio esse a *duarum operationum vocabulis*, iam Stephanus id quod petebat, non obtinuisset, neque satis sibi factum ab aliquo eorum pontificum indicasset. Quum ergo favisse sibi pontifices illos omnes testatus Stephanus fuerit, quid restat, obsecro, nisi ut vel Honorium contra scripsisse atque illae litterae ferant; adeoque Stephano eidem satisfecisse, confiteamur, vel si ita scripsit, non esse inter eos pontifices numerandum, quos Stephanus adiit, a quibusque omnibus satis sibi fuisse factum, testatus est? Eligant illi Marchesii assensores utrum velint. Synodum certe ullam fuisse litterarum scribendarum caussa ab Honorio celebratam, numquam efficient. Nam si haec non scripsit Honorius, quid opus erat synodo pontifici non scripturo? Si scripsit, Stephano nondum Romam appulso, scripsit; adeoque antea scripsit, quam cum sacris viris Romae consistentibus Stephanus ageret. Cumque ex eo quod Stephanus cum viris iisdem egerit, Marchesius, eiusque episcopi synodum fuisse celebratam concludant; synodum hanc, si qua post fuit, non ab Honorio, sed aut a Severino, aut ab Iohanne, aut ab Theodoro, fuisse habitam, statuendum est. Sophronii legatum, quorum Honorius meminit in secundis litteris a Stephano dorensi distinguit etiam abbas Fleurius, atque Stepha-

Digitized by Google

primates, metropolitas, ceterosque episcopos (1) perferretur. Quod cum factum secus atque romani pontifices quidquam de religione solemni ritu, et auctoritate publica definientes, docentesque facere consuevissent, argumento est, non in *dogmaticis* suas illas epistolas, sed in domesticis, privatisque numerari Honorium voluisse. Itaque synodus sexta, quae Cyri, Sergii, Pyrrhi (2), aliorumque scripta dogmatica appellavit, numquam Honorii epistolas *dogmaticarum* (3) indicasse nomine. Noverat enim non quidquid

num quidem pervenisse, arbitratur, fortasse Romam post Honorii eiusdem mortem. *Il arriva à Rome, peut-être après la mort du pape Honorius, lib.* xxxviii. num. ix. *pag.* 337. *ad an.* 363. *tom.* viii. *edit. bruxellensis an.* 1714. At mx episcopi nescire aiunt se cur hanc opinionem praetulerit alteri. Verum si verba Stephani cum verbis Honorii, sive potius auctoris epistolae Honorio adscriptae contulissent, cognossent profecto quae fuerit caussa, quamobrem sequendam hanc sibi esse Fleurius indicaret. Animadvertissent praeterea, alteram, quae Honorio attribuitur, epistolam, scriptam fingi, cum commode mitti ad Sophronium litterae possent, neque quisquam a saracenis, ne Hierosolymam adorirentur, metueret, Sophroniique legati facile se in patriam reversuros considerent: *Scribentes etiam communibus fratribus Cyro, et Sophronio antistitibus, ne novae vocis, idest unius, vel geminae operationis vocabulo insistere, vel immorari videantur: sed abrasa huiusmodi novae vocis appellatione, unum Christum ...., in utrisque naturis divina, vel humana praedicent operantem. Quamquam hos, quos ad nos praedictus frater Sophronius misit, instruximus, ne duarum operationum vocabulum deinceps praedicare innitantur: quod instantissime promiserant praedictum virum esse facturum.* Perspexissent rursum, quo tempore in calvariae montem adductus a Sophronio Stephanus fuit, uti promitteret, sese Romam venturum, saracenos Hierosolymae institisse urbi. Quare Sophronius idem Stephanum alloquens, *praepediri* se dixit, *corporaliter* in urbem proficisci, διὰ τὴν ἐπελθοῦσαν τῶν Σαρακηνῶν καταδρομήν *propter supervenientem incursionem saracenorum.* Conclusissent denique missum a Sophronio Stephanum fuisse, post scriptas ab Honorio, si modo has ille scripsit, secundas ad Sergium litteras; hoc est post an. 635. Ac veri quidem est simile an. ipso 637., quo capta urbs fuit, vel anno superiore, quo incursio primum facta est saracenorum, Hierosolymis profectum Stephanum; cumque itinere difficili, plenoque periculorum usus esset, ut ipse ibidem *pag.* 715. narret, recte iter instituere nequivisse, ac pervenisse fortasse Romam an. 638. post octobrem mensem, quo tempore iam vita Honorius functus fuerat. Quod si quis forte velit, etiam vivo Honorio Stephanum pervenisse Romam, non equidem feram graviter, modo id concedatur, ut concedendum omnino est, secundas ab eo pontifice datas fuisse litteras, cum liberum iter Hierosolymam esset; Stephanum vero Hierosolyma difficillimo, plenoque periculorum tempore fuisse profectum, Romamque venisse, itaque apud pontificem ipsum, romanumque clerum contendisse, ut Honorius denique dolis monothelitarum detectis id curerit, idque egerit, ut *commonitione, contestationeque* conatus sit eos ad bonam frugem reducere. Id quod facile cum s. Maximi, cumque Martini pontificis verbis componi posset, qui superiores pontifices, in iisque Honorium, nihil praetermisisse narrant, quod ad eos ab errore deterrendos pertineret. Qua de re perspicuus est Maximi de Honorio nominatim agentis locus.

(1) Non aeque curasse Honorium, ut episcopi ceteri, quid ad Sergium scripsisset, pernoscerent, ex epistolis illis duabus (si tamen ab eo sunt omnino, aut ita ut in synodi sextae actis exhibentur, perscriptae fuerunt) facile intelliget, qui eas legerit.

(2) Vide *sequentem adnotationem.*

(3) Auctor defensionis *declarationis conventus cleri gallicani etc. parte* iii. *lib.* vii. *cap.* xxix. *tom.* i. *p.* 39. *edit. amstelod. an.* 1745. *scripta*, inquit, *Sergii, Honorii, Sophronii, quae memoravimus in sexta synodo* dogmatica, *seu* synodica *appellantur, eoque nomine a sancta synodo praevio examine collaudantur, vel condemnantur.* Locum indicat ex act. xii. synodi vi. col. 933. edit. paris. Labbei, quae respondet pag. 1523. edit. paris. Harduini tom. iii. suntque huiusmodi: *Gloriosissimi iudices, et sancta synodus dixerunt, oportet ad nos afferri regesta, et dogmatica scripta, quae exposita sunt a Sergio quondam patriarcha huius regiae urbis sive ad Honorium, sive ad Cyrum, vel Sophronium, aut etiam ad alias personas, seu ab Honorio ad Sergium facta super praesenti dogmatica quaestione.* Horum similis contineri sit act. xiii. *pag.* 944. 945. *edit. paris. Labbei*, quae paginae respondent *pagg.* 1331. 1334. *tomi* iii. *edit. paris. Harduini.* At quae extant *pag.* 1331. sic habent: *retractantes dogmaticas epistolas, quae tamquam a Sergio quondam patriarcha huius a Deo conservandae regiae urbis scriptae sunt tam ad Cyrum, quam ad Honorium; similiter et epistolam ab illo, id est Honorio rescriptam ad*

Digitized by Google

scripsissent, dixissentve romani pontifices; sed quod celebritate quadam, ut aetas ferret, certisque cautionibus, ac formulis statuissent (1), id poni in dogmaticis oportere. Quo etiam fortasse

eumdem *Sergium*. Quae vero leguntur *pag.* 1334. *Gloriosissimi iudices dixerunt, satisfaciens interrogationi sanctum vestram, et universale concilium propter personas, quas ei proposuimus... Sergii,... et Honorii, nec non et Sophronii... prosecutum autem de Pyrrho, Paulo, et Petro... Super his et Cyro, et Theodoro... interloquatur ad Georgium,.... diaconum, et chartophylacem.... quatenus in medium proferat ad legendum quae reiacent in venerabili patriarchio sive synodica, sive dogmatica opuscula, vel epistolas suprascriptarum personarum, ut et nos eorum percipiamus cognitionem.* Ego vero nego, synodum, ubi de Honorii epistolis distincte, ac separatim egit, *dogmaticarum* eas indicare nomine. Quod quidem locus alter ex actione XIII. a defensore *declarationis cleri* gallicani *pag.* 1331. descriptus ostendit. Nam ibi synodus *dogmaticarum* Sergii epistolarum meminit, mox que addit, *similiter et epistolam ab Honorio rescriptam*, nec ei tamen *dogmaticae* aptat epitheton. Rursum *pag.* 1338. action. XIII. memorat chartophylax epistolam *dogmaticam* Petri constantinopolitani ad *Vitalianum* papam; et *pag.* 1345. narrat Antiochum legisse *tomum dogmaticum Pyrrhi*. Rursum *pag.* 1347. meminit *dogmaticarum epistolarum, et scriptorum, quae fecerant Pyrrhus, Paulus, et Petrus... et Theodorus, et Cyrus*. Pag. item 1351. sic inducit loquentem chartophylacem: *Secundum quod placuit vestro sancto concilio, omnes libellos professionesque, et ceteras chartas, quae factae sunt, ad praesentem dogmaticam motionem pertinentes protuli, in quibus et alteram latinam Honorii, qui fuit papa romanus, praeter illam epistolam eius, quae iam prolata est, cum eius interpretatione. Item defero et librum membranaceum habentem exemplaria diversarum dogmaticarum epistolarum, in quo iacet epistola dogmatica Pyrrhi... quam scripsit ad Iohannem sanctae memoriae quondam papam romanum.* Videsne, ut ubi fit specialis mentio Pyrrhi, et aliorum, epistolae ab iis scriptae dogmaticae appellentur, ubi vero Honorii epistolarum, non item? Quod ad priorem locum a defensore *declarationis cleri gallicani* adductum attinet, quis non videat, τὸ *dogmatica scripta* de scriptis Sergii intelligi oportere? Quibus autem argumentis defensor efficiet, τὸ *dogmatica* in Honorii etiam scripta, quae post memorantur, cadere? Epistolas Honorii persaepe synodus memorat; dogmaticas appellat nunquam. Contra, ut vidimus, Sergii Pyrrhi, Sophronii scripta *dogmatica* plerumque vocat. Τὸ *dogmatica* igitur eo loco usurpatum ab synodo in Sergii scripta cadit, in Honorii vero non cadit. De secundo loco, quo defensor abutitur, demonstratum paulo ante est, nihil quod nostrae, nonnihil autem continere, quod adversariorum causae noceat. Tertius locus ad rem non pertinet. Nam in eo de Pyrrhi, Pauli, Petri episcoporum Constantinopoleos, deque Cyri alexandrini, et Theodori pharanitani, non de Honorii epistolis agitur. Quod addit defensor *synodicas* a concilio sexto dici Honorii epistolas, falsum est. Nihil enim tale in eius concilii actis legitur. *Synodicarum* autem vocabulum ad scripta Sergii, Pyrrhi, Sophronii accomodatur ab eius concilii patribus, quos quidem Sergium, Pyrrhum atque Sophronium synodica de re habuisse constat. Confer synodicon vetus cap. 121. 122. 123. 124. 125. apud Iohannem Albertum Fabricium *biblioth. graecae tom.* XI. *lib.* VI. *cap.* III. *pag.* 239. *seqq. edit. hamburg. an.* 1712., quod quidem synodicon primus graece, latineque edidit Iohannes Pappus *Argentorati* an. 1601., recusitque Iustellus bibliothecae canonicae tom. II. pag. 1166. edit. paris. an. 1661., indeque Harduinus *tom.* V. *conciliorum edit. paris. an.* 1714., quem confer *pag.* 1535. *et seqq.*

(1) Verum id quidem esse ex Rustici diaconi romanae ecclesiae loco, quem *pag.* 93. not. *c.* huiusce voluminis descripsimus, plane liquet. At defensor *declarationis cleri gallicani epistolas Honorii a patriarchis consulti pro responsis apostolicae sedis fuisse habitas, dubitari non posse scribit.* Ego vero non dubito quidem, sed pernego. Nullus enim est veterum, qui eas in apostolicae sedis responsis numeret. Hoc autem in genere veterum testimoniis est, non coniecturis, suspicionibusque pugnandum. Sed, addit ille, δόγμα *dogma*, idem atque decretum esse. Quis negat? *Dogmatica* igitur epistola, *decretalis* epistola est. Est ita plane, ut dicit. At decernens ad patriarchas scribit Honorius. Nego enim vero. Scribens enim *privatim*, ut ostendi, ad Sergium Honorius de *una*, *duabusve operationibus* nihil decernit, neque declarat. Vereri solum se ait, ne quid in ipsis vocibus mali lateat. Itaque satius esse eas supprimi, ad eamque rem Sergium hortatur, promittitque se ad Sophronium esse in eamdem sententiam scripturum. Sed instat defensor, *quid illud est*, inquiens, *Honorii*, haec praedicet nobiscum vestra fraternitas, *nisi declaratio fidei per Sergium populis praedicandae?* Agit hic defensor fide non bona. Etenim hoc illud est, quod Honorius, secum ut praedicet, invitat Sergium? Simplicitas, *inquit pontifex*, tom III. edit Hard. action. XII. *synodi* VI. *pag.* 1323. „ atque veraciter confitentes do„ minum Iesum Christum unum operatorem divinae, „ atque humanae naturae. „ Hoc scilicet illud est, quod ab Leone magno, ceterisque pontificibus maximis, atque ab synodis superioribus, in primisque a chalcedonensi declaratum, repetit Honorius, praedicarique ab se, atque ab Sergio, reliquisque orthodoxis oportere scribit. Ecquid ergo hic novi declaravit, de-

spectant Agathonis, et (1) Leonis II. (2) pontificum testimonia ad Augustos, e suis decessoribus neminem lapsum unquam errore fuisse, scribentium. Nisi enim iniuria monothelismi accusatum fuisse Honorium demonstrare voluerunt (quod multis veri esse videtur simillimum), quid certe aliud verbis illis voluerint, quam eum privatim fuisse, non e cathedra Petri publice loquutum, ne suspicari quidem possumus.

crevitque Honorius, quemobrem notandus esse videatur? Ecquid hisce verbis statuit de quaestione inter Sophronium, Sergium, et Cyrum orta, ut eius epistolae in decretales, quae sunt de monothelismo, referri debeant? At Honorius Cyrum suscipit *unam operationem domini nostri Iesu Christi asserentem ab haeresi praedicantem*. „ Quid autem hoc est, nisi haereseos, quam Cy„ rus praedicabat, haereticaeque professionis, quam „ tradebat, comprobatio? Sic Cyrum confirmat non „ quidem in fide, quemadmodum iubebatur, sed in „ ipsa haeresi, quam Cyrus animis instillabat „. Itane vero? Cyrum suscipere idem censet esse, atque Sergium, Cyrumque hortari, ut sibi deinceps ab *unius operationis* vocabulis temperet? *Hortantes vos, ut unius, vel geminae novae vocis inductum operationis vocabulum aufugientes, unum nobiscum dominum Iesum Christum in duabus naturis operatum divinitus, atque humanitus dicatis*. Honor. *ib. p.* 1323. Hortari ne igitur, monereque Cyrum, *ut unius operationis vocabulum aufugiat*; deincepsque praedicet unum dominum Iesum Christum in duabus naturis divina, atque humana operantem, quod quidem dogma contrarium monothelitis est, eodem recidere defensor dicet, atque Cyrum *unius operationis* praedicatorem monothelitam, nondum tamen detectum, et cognitum *recipere, comprobare* errorem, hominemque non in fide, *sed in haeresi confirmare*? Id qui dicit, aut imperitia linguarum graecae, latinaeque, quod non credo; aut, quod quidem magis credo, fide non bona dicit. Sed de epistolarum Honorio adscriptarum sensu dictum a nobis supra est; aguntque diligentissime Ludovicus Thomassinus *dissert.* xx. *in synodum* vi. *num.* xviii. *seqq. pag.* 911. *seqq. edit. paris. an.* 1667., *auctor historiae celebris monothelitarum, scrutinio* v. *a pag.* 173. *ad pag.* 210. *edit. paris. an.* 1676., Iohannes Garnerius societatis Iesu theologus *dissert.* ii. *appendicis ad notas cap.* ii. *libri diurni romanor. pontificum* §. vi. *num.* xxix. *seqq. pag.* 180. *seqq. edit. paris. an.* 1680., Card. Brancatus de Lauria ord. minor. conventual. *tom.* iii. *opp. theologicorum disp.* viii. *num.* 295. *seqq.*, Christianus Lupus *tom.* iii. *ad canones concilii* vi. *general. pag.* 19. *edit. an.* 1724., Dominicus a s. Trinitate *l.* iii. *bibliothecae theolog. sect.* iv. *c.* xvii. *pag.* 327. *seqq. edit. an.* 1668., Ignatius Fiumius ord. praed. *parte* ii. *scholae verit. orth. tract.* iii. *de rom. pontif. l.* i. *instructione* iii. *sect.* 2. *num.* 43. *pag.* 428. *tom.* ii. *edit. neap. an.* 1677., qui quidem in re sequuti sunt s. Maximum martyrem, Iohannem IV. p. m., quorum loca supra indicata a nobis sunt, Iohannem cardinalem a Turrecremata ord. praed. saeculi xv. scriptorem *l.* ii. *de ecclesia cap.* xciii., Robertum Bellarminum soc. Iesu perinde cardinalem *lib.* iv. *de romano pontifice cap.* xi. *pag.* 823. *tom.* i. *controversiar. edit. paris. an.* 1608., Caesarem Baronium congregationis oratorii presbyterum item S. R. E. cardinal. *ad an.* 633. *n.* 24. *seqq.*, Spondanum *ad annum Chr.* 633. *num.* 5. *seqq.* Omnium autem, quos viderim, copiosissime, hac de re agit Iohannes Thomas de Roccabertis magister gen. ord. praed. inde archiepiscopus valentinus, regnique valentini prorex, postque inquisitor gener. in regnis Hispaniarum, *libro apologetico de romani pontificis Honorii invicta in fide constantia cap.* vii. *pag.* 56. *seqq. edit. valentinae an.* 1691., *et cap.* viii. *pag.* 76. *seqq.*, *et cap.* ix. *p.* 83. *seqq.*, *et p.* 91. *seqq.*, quo loco s. Thomae aquinatis institutis, doctrinaque ostendit, quam orthodoxae sint scriptae epistolae Honorio attributae.

(1) Epist. ad Constantinum, Heraclium, et Tiberium Augg., quae lecta fuit *act.* iv. *synodi* vi. *pag.* 1082. *edit. concilior. Hard. paris. an.* 1714. „ Haec vera fidei „ regula, quam et in prosperis, et in adversis vivaciter „ tenuit, ac defendit haec spiritalis mater vestri tran„ quillissimi imperii apostolica Christi ecclesia, quae „ per Dei omnipotentis gratiam a tramite apostolicae „ traditionis numquam errasse probabitur, nec hae„ reticis novitatibus depravata succubuit; sed ut ab „ exordio fidei christianae percepit ab auctoribus suis „ apostolorum Christi principibus, illibata fine tenus „ permanet. Consideret igitur vestra clementia, quo„ niam Dominus .... cuius fides est, qui fidem Petri „ non defecturam promisit, confirmare eum suos fra„ tres admonuit, quod apostolicos pontifices, meae „ exiguitatis praedecessores confidenter fecisse semper, „ cunctis est cognitum „. Vide locum e *serm. s. Martini p. m. ad synod. lateran. supra adductum pag.* 89. *not.* 1.

(2) Concludi id quidem ex epistola Leonis II. p. m. pot, quae exstat tom. eod. iii. *concilior, pag.* 1474.

Digitized by Google

Quod si quis forte roget, quid fuerit caussae, quamobrem passi Agatho (1), et Leo sint, ut Honorius (quem pontifices superiores aut defenderant, aut saltem notandum non putarant, quemque ipsi longe abfuisse a monothelitarum haeresi arbitrabantur) ab synodo VI. condemnaretur; is sic habeat: pontifices illos duos, cum ab Honorio privatim quidem, clamque (2) omnes

(1) Non enim est profecto credibile, tam indiligentes fuisse legatos apostolicae sedis, ut Agathonem de damnato Honorio ab synodo certiorem non esse faciendum putaverint. Remisisse autem legatos ad Agathonem, quo minus anathema Honorio diceretur, nusquam legimus. Quod autem nusquam legimus, id quibus demum monumentis freti defendemus? Scio fuisse aliquos, qui acta synodi corrupta fuisse dixerint, quorum tamen est a nobis supra confutata sententia. Itaque manet anathema Honorio fuisse ab synodo sexta dictum non repugnante Agathone.

(2) A πλάνοις quaque aetate libros, epistolas, diplomata conficta, magnisque viris adscripta fuisse constat. Itaque non in bibliothecis modo, sed in tabulariis etiam quibusdam monumenta inveniuntur, quae diu a plerisque omnibus pro veris, sincerisque habita, tandem criticae facultatis ope, diligentique virorum doctorum investigatione νοθείας convicta sunt, omniumque inde consensione in spuriorum numerum reiecta. Quod si minus alia, quorum tamen nobis perplura in promtu sunt, at actorum saltem Marcellini, Felicisque papae, epistolarumque aliquot, quae pontificum trium priorum ecclesiae saeculorum nominibus inscribuntur, quaeque olim in γνησίοις *legitimis, genuinisque* numerabantur, exemplis demonstrari posset. Ut autem has Nicolaus I. aliique ad XVI. usque saeculum falsas esse, ne suspicati quidem sunt; ita nihil obstabat, quin priores Honorii litteras vitiatas, alterasque fraude confictas a monothelitis, inque constantinopolitanum patriarchii tabularium illatas, quas orientales vulgo confidenter uti veras iactare consueverunt, legati sedis apostolicae, ac romani ipsi pontifices Agatho, Leo II. quique sunt deinceps sequuti (quod nulla succurreret ratio, quamobrem eas in falsis ponendas indicarent) pro genuinis, Honoriique iussu perscriptis haberi paterentur. Quamquam norant, nihil usquam tale, nisi clam fortasse, privatimque fuisse ab Honorio eodem scriptum ad Sergium. Nam responsorum, quae publice, hoc est auctoritate sedis apostolicae dabantur, αὐτόγραφα in *scriniis* romanae ecclesiae poni, servarique solebant; cum tamen epistolarum eiusmodi, quae tunc adeo recentes erant, exemplorum quidem in iisdem scriniis vestigium deprehendi nunquam potuerit. Sed quoniam de epistolis Honorio adscriptis rursum incidit mentio, feret, opinor, non gravate lector, ut de iis quid Bartholus statuat, breviter exponam. Ergo ille hoc esse voluit apologiae suae *pro Honorio* capitis 2. argumentum pag. 88. *Nova quaedam et vera via Honorii I. defendendi proponitur.* Hui? Nova? Ad rem ne theologicam, atque historicam se quisquam invenisse, dicat, inusitatam et novam viam? Quid? si etiam *veram*? Quam id tuto dicat, nescio: iudicent sapientes. Mihi certe persuadebit nemo, undecim ipsis saeculis maiores nostros caecutisse, unumque Bartholum post tam longum tempus vidisse verum. Quaero autem, quid is novi attulerit? Ceteri, inquit, hactenus aut *imprudentes conciliorum auctoritatem labefactarunt, aut iniurii Honorio fuerunt, apostolicaeque sedi, aut non satis innocentiae Honorii consuluerunt*; aut in orthodoxum sensum Honorii epistolas rapere conati, *plus nimio suis ingeniis indulgere visi sunt.* Iam id quam sit commode dictum intelligo. Sed non hoc quaerebam. Equidem aveo scire, ecquid attulerit ipse novi? epistolas, inquit (n. II. pag. 89.), *quales in sexta synodo Honorii I. nomine lectae sunt, quaeque illi fraudi fuere, ab Honorio abiudicandas esse: quam quidem in viam nemo etiam nunc, ni fallor, ingressus est.* At fallitur profecto. Nam fuisse aliquos video qui legitimas eas esse, genuinasque Honorii epistolas non modo dubitarent, quod Bartholus confitetur, sed etiam negarent, iureque id ab se fuisse negatum ostenderent. Dominicus Gravina ord. praed. insignis theologus, *in praescriptionibus catholicis adversus haereticos tom. IV. p. II. qu. IV. obiect. XVI. pag. 98. seq. edit. neapol. an. 1639.*, „respondetur, inquit, negando esse illas epistolas legitimos „foetus Honorii, sed suppositilios, additos, et insertos ab haereticis „. Sunt horum similia, quae scribit Ignatius Fiumius ord. praed. episcopus policinensis in p. *scholae veritatis orthod. de organ. Spirit. sancti tract. III. de romano pontif. lib. I. instruct. III. lect. II. num 41. pag. 427. tom. II. edit. neap. an. 1677.* Ego vero inquit *Bartholus non solum coniecturis multis, et perspicuis* (*perspicuas* si sunt *coniecturas*, mihi crede, esse desinent), sed *argumentis etiam plurimis, et certissimis demonstrabo, litteras, quales Honorii nomine in sexta synodo lectae fuerunt, non ab Honorio scriptas fuisse, sed a monothelitis confictas.* Equidem nos vincam, non minus certis, quam bartholianae sint, usos item fuisse dominicanos illos duos. Nunc autem non de argumentis, sed de re ipsa est quaestio. Quaerimus enim, quisquam ne ante Bartholum eo nomine Honorium defendendum susceperit, quod epistolae, quales in synodo VI. lectae sunt, ab eo pontifice scriptae non fuerint. Ne-

Digitized by Google

eas epistolas ad Sergium scriptas nossent; iisdemque in epistolis legissent, id eum adhortando consequi curasse, ut Sophronius, Cyrus, Sergius non magis sibi ab *unius*, quam a *duarum operationum* vocabulis caverent, pontifices, inquam, illos duos in eam sententiam venisse, ut ab eo, etsi non adiuvante, at imprudente certe (1), conniventeque monothelismum inductum, et pro-

get Bartholus. Ego contra sic, dominicanosque nomino illustres scriptores duos (nam plures commemorare non est necesse), qui eam inierint Honorii defendendi viam. Fallitur ergo negans Bartholus. Accipiat modo de argumentis, quibus usos eos fuisse dixi. Sunt ea fere huiusmodi. *Suadetur*, inquit Gravius, *quia nulla facta est prius inquisitio de chartis, et exemplaribus Honorii, quae circumferebantur sub eius nomine, num cum autographis, vel originalibus concordarent. Nulli de hoc producti, et examinati testes, se vidisse autographa Honorii. Exemplar solum productum est inter chartas Macarii epistolarum duarum sub Honorii nomine ad Sergium descriptarum.* Falso adscriptas Honorio easdem epistolas pugnat Finmius; primo, testimonio Anastasii bibliothecarii; secundo, consuetudine monothelitarum, qui pontificum, patrumque scripta vitiare solebant, ut ex synodo ipsa oecumenica vi. liquet act. xiii.; tertio, eo inquit, magis, *quia in vi. synodo non fuerunt adducta Honorii originalia, sed tantum chartae quaedam inter chartas Macarii sub nomine Honorii ad Sergium transcriptae.* Sed multo plura Bartholus attulit, quae hoc idem ostendant. Fateor. Sed non iis certiora, quae sunt a Gravio, Finmioque prolata. Deinde quid hoc ad rem? Confirmare id est veterem, non novam inire defendendi viam. Ac de ossa Bartholi *sic* satis dictum est.

(1) Non probat haec Bartholus. Probavit tamen Iohannes portuensis episcopus, qui, ut est in act. xii. synodi sextae, *contulit latinam authenticam*, ut potabat, *Honorii cum interpretatione graeca*, *et constare* dixit, passusque deinde est, una cum legatis ceteris Agathonis, ut a patribus damnaretur. Verba synodi sunt: Προσηνέχθη ... αὐθεντικὴ ἐπιστολὴ ... Ὀνωρίου ... μετὰ τῆς αὐτῆς ἑρμηνείας, καὶ ἀντεβλήθη ἡ αὐτὴ Ῥωμαϊκὴ ἐπιστολὴ διὰ Ἰωάννου ἐπισκόπου πόλεως Πόρτου, ἑνὸς τυγχάνοντος τῆς πρεσβυτέρας Ῥώμης, καὶ ἐστοίχησεν. „ Prolata est: „ authentica epistola ... Honorii cum ipsius interpre„ tatione, et collata est ea latina epistola per Iohan„ nem ... episcopum civitatis Portus unum exsistentem „ synodi antiquae Romae, et constitit „ *p.* 1326. *to. III. concil. action.* cit. Ei actioni legati Agathonis interfuerant, in iisque Iohannes diaconus, qui post maximo pontificatu potitus, Ioh. V. appellatus est, qua in actione Honorio anathema dictum fuit, *pag.* 1336. *et action.* xviii. *pag.* 1414. Quinetiam Iohannes idem diaconus acta subscripsit, *pag.* 1402. Neque vero a solum, sed etiam Iohannes portuensis, *et legatus totius concilii sedis apostolicae urbis Romae*, qui latinum Honorii exemplum cum interpretatione graeca contulerat. *Ibid.* Passi praeterea iidem legati fuerunt, ut synodus in *sermone* prosphonetico *act.* xviii. *pag.* 1422. anathemate rursum Honorium feriret, quem quidem sermonem non renuerunt subscribendo firmare. Quid? si Iohannem portuensis epistolam synodi ad Agathonem subscribere non est veritus, in qua perinde fit Honorii damnati, anathemateque percussi mentio? *Ibid. pag.* 1438. Vide *et pag.* 1442. Acta autem huiusmodi ab Iohanne diacono, qui post, ut dixi, Iohannes V. pontifex fuit, ad Agathonem Romam allata sunt. Confer Anastasium in Agathonis vita *pag.* 59. *edit. paris. an.* 1649., et Marchesium *clyp. fortium cap.* VIII. *pag.* 83. Nihil contra obiecit Agatho. Non Iohannem, non ceteros legatos reprehendit, quod passi essent in damnatis poni Honorium. At reprehendisset, si innoxium fuisse Honorium putasset. Haereticum autem non putavit. Nam in epistola ad Augustos, quae lecta fuit act. III. synodi VI. pag. 1062. et 1063. suos decessores numquam erasse ostendens, „ Unde, „ et apostolicae, *inquit*, memoriae meae pravitatis prae„ decessores dominicis doctrinis instructi, ex quo no„ vitatem haereticam in Christi immaculatam eccle„ siam constantinopolitanae ecclesiae praesules intro„ ducere conabantur, numquam neglexerunt, eos „ hortari, atque obsecrando commonere, ut a pravi „ dogmatis haeretico errore, κἂν σιωπῶντες ἀπο„ στῶσι saltem tacendo desisterent. „ Hisce postremis verbis Honorium indicat, qui id laborarat, idque enixus fuerat, ut haeretici usurpandorum *unius operationis* vocabulorum finem facerent. Qua ex re intelligitur, Agathonem, qui decessorum suos numquam fuisse in errorem lapsos dicat, Honorium etiam ab haereseos nota vindicare. At idem *ibid. pag.* 1082. *Vae mihi*, scribens, *si texero veritatem silentio .... Quid dicam in ipsius Christi futuro examine, si hic .... praedicare eius sermonum veritatem confundor ...? Ubi itaque luminet iis, qui deprimunt* ἢ παρασιωπῶσι τὴν ἀλήθειαν, vel qui tacent veritatem *poena supplicii; quomodo non est fugienda de fidei dominicae veritate subtractio?* idem, inquam, haec scribens, satis ostendit, reprobare se inconsultam illam, damnosamque negligentiam deferendorum orthodoxorum vocabulorum, rationemque supprimendi, ut unius operationis erro-

pagatum a Sergio, Cyro, horumque similibus fuisse arbitrarentur. Quod si qui patrum fuerunt, qui sibi a vocibus quibusdam caverint (1) (quarum post usus obtinuit in ecclesia), propterea quod vererentur, ne quid iisdem in vocibus, cum usurpari coepissent, lateret mali; id tamen fas Honorio non fuisse putarant, qui Petri locum teneret. Nam hoc ei munus fuisse proprium,

rem, ita veritatem *duarum operationum in Christo*. Quare mirabile non est, Agathonem, qui dignum supplicio eum dixit, qui tegit veritatem Dei tacendo; passum item fuisse, ut damnaretur Honorius, non ut haereticus, sed ut minus diligens, ut connivens, atque hortator tacendi, tegendique veri. De Leone II. nihil attinet dicere. Sunt enim eius testimonia plana perspicua. Confer *p.* 79. huiusce *vol. not.* 1. Numquam autem Honorio ab eo anathema dici, ut haeretico, scribit, sed ut negligenti. Hac enim negligentia veluti consensisse Honorium monothelitis, eorumque errorem fovisse, testatur in ea epistola, quam ad Hispaniarum episcopos dedit. *Tom.* III. *concilior. edit. Hard. paris. ann.* 1714. *pag.* 1730. *Cum Honorio*, inquit, *qui flammam haeretici dogmatis, non ut decuit apostolicam auctoritatem, incipientem extinxit, sed negligendo confovit.* In epistola quoque ad imperatorem Constantinum *tom. eod. pag.* 1475. de Honorio agens, non dicit *conatum eum fuisse fidem subvertere*, ut est in interpretatione latina; sed *permisisse* maculari, ut est in contextu graeco, quod certe modo indicatae ad episcopos hispanos epistolae est consentaneum. Ἀλλὰ τῇ βεβήλῳ προδοσίᾳ μιανθῆναι τὴν ἄσπιλον (πίστιν) παρεχώρησε, *sed profana proditione immaculatam fidem maculari permisit.* Quibus quidem Leonis verbis respondent, quae sunt a Constantino Pogonato Augusto animadversa in *edicto post acta synodi* VI. *pag.* 1447. *tom. eodem* III. *concilior.* Καὶ Ὁνώριος, inquit ille, ὁ τῆς πρεσβυτέρας Ῥώμης πάπας γενόμενος, ὁ τῆς αἱρέσεως βεβαιωτής, καὶ αὐτὸς ἑαυτῷ προσμαχόμενος. *Et Honorius, qui fuit papa senioris Romae, qui fuit confirmator haereseos, et secum ipse pugnans.* Nempe ea dicit confirmatorem haereseos fuisse, quod, etsi constituerit duas operationes in Christo unam esse divinam, atque humanam, nihilo secius duarum *operationum* vocabula usurpanda non putavit. Quam ob rem his vocibus suppressis, ita se gessit, ut occasionem inde haeretici sumerent propagandae haereseos, et sectae suae. Quid, si in *libro diurno romanorum pontificum, profess. fidei secunda pag.* 41. *edit. paris.* Garnerii an. 1680., haec legantur? Auctorem novi dogmatis Sergium, Pyrrhum, Paulum, et Petrum constantinopolitanos una cum Honorio, qui *pravis eorum assertionibus fomentum impendit etc.* Viden, quemadmodum non ut haereticum, sed ut *fomentatorem* negligendo Honorium damnatum significet? Similia horum in vetere breviario romano ad diem festum s. Leonis II. extabant, ut est adnotatum a Garnerio *ibid. append. ad not. c.* II. §. XLIV. *pag.* 183. Atque ita quidem maiorum instituta poscebant, ut ii proditores haberentur, qui tacenda religionis decreta esse, pacis etiam servandae causa, putabant. Itaque ab synodo lateranensi sub Martino I. damnata fuit ea formula, quam *typum* Constantinus Heraclii filius inscripserat, propterea quod pacis causa abstinendum cuique esse praescriberet, ut ab *unius*, ita a *duarum operationum vocabulis*. Confer acta martyrii s. Maximi apud Sirmondum tom. III. opp. edit. paris. pag. 536., quo loco haec habentur: *et dicunt si* (Troilus etc.)... *ne contristes imperatorem, qui propter pacem tantummodo fecit typum, non in ademtionem cuiuspiam eorum, quae in Christo intelliguntur, sed ad pacem silentium vocum, quae faciebant dissensionem dispensans... Dei servus cum lacrimis dixit... Non possum contristare Deum tacens, quae ipse nos loqui, et confiteri praecepit... Si autem Christus perfectus est in utroque... manifeste totum ipsius adulterat sacramentum, qui non confitetur eum esse, quod est cum existentibus sibi omnibus naturalibus idiomatibus etc.* At vel vitiatas, vel fictas esse epistolas Leonis Bartholus putat, sequutus aliquot saeculi XVI. et XVII. saeculi scriptores. Mihi vero non fit verisimile, tantam fuisse potestatem, tantamque temeritatem, et audaciam orientalium, ut non solum, tacentibus nostris, corrumpere graeca monumenta potuerint, sed etiam latina, ipsumque diurnum librum, qui tritus usu ab ecclesia romana esset. Atque id etiam confirmo, iisdem coniecturis, quibus usus est Bartholus, monumentis quemque omnibus adimere auctoritatem, et fidem posse. Quod si hoc pyrrhonismum in historiam inducere non est, quid aliud esse queat, non video.

(1) Ita Hieronymus verebatur, ne quid in vocibus *trium hypostaseon* lateret mali. Itaque ad Damasum pontificem confugit, ut ex eo, qui cathedram Petri teneret, quid dicto esset opus, cognosceret. Nam licere privato sibi de re tanta decernere non putabat. Confer eius epistolam, quae a. est inter epistolas Damasi in collectione coustantiana *paris. an.* 1721. *pag.* 546. *seqq.*

ut in voces easdem inquireret (1), publiceque, quid credito, dictoque opus, atque usus esset, statueret; nec ferret, ut sublata recte loquendi ratione, ab improbis imperiti rerum, simplicesque circumvenirentur. Pontifices igitur illos duos (cum eam ob rem in vitio Honorium fuisse, non ut pontificem, sed ut privatim ad Sergium scribentem iudicassent) non iniquo animo tulisse, ut is ab synodo eadem sexta in eorum numerum referretur, qui sequuti fuerant Sergium *duarum operationum* voces supprimere (2) cogitantem, ut sibi (quod tamen ad Honorium scribens tacuerat) facile muniret ad haeresim disseminandam, stabiliendamque viam.

VI.

De Iohanne XXII.

Hunc Iohannes Calvinus, humanos animos una cum corpore interire putasse, scribit (3), cum corpore item una extremo iudicii die resurrecturos. Atque huius rei confirmandae caussa Iohannis Gersonis appellat fidem. Sed nihil usquam tale Gersonem

(1) Id enim oneris Honorio pontifici maximo incumbebat. Nam ut Hieronymus *epist. modo indicata num.* 2. scribit, ad pontificem maximum audiendae veritatis caussa confugiendum est. *A sacerdote victimae salutem, a pastore praesidium oves flagitant.* Addit mox Hieronymus: *Ego nullum primum nisi Christum sequens, beatitudini tuae, idest cathedrae Petri communione consocior. Super illam petram aedificatam ecclesiam scio. Quicumque extra hanc domum agnum comederit, profanus est.* Et paullo ante: *Ideo mihi cathedram Petri, et fidem apostolico ore laudatam censui consulendam; inde nunc animae meae postulans cibum, unde olim Christi vestimenta suscepi . . . Apud vos solos incorrupta patrum servatur haereditas etc.* Eam ob caussam Severinus, Iohannes, Theodorus, Martinus inquirendum sibi in *duarum operationum* voces iudicarunt, quidque cuique credendum, dicendumque esset statuerunt. Neque difficile erat tergiversationes, fraudesque Sergii, reliquorumque monothelitarum pernoscere. Id vero ex sequenti adnotatione constabit.

(2) Non solum id volebat Sergius, ut *duarum operationum* voces supprimerentur; sed eo etiam id volebat, quo viam sibi ad monotheliticum dogma propagandum, constabiliendumque muniret. Quod etsi implicate, subdoleque; indicat tamen in ea epistola, quam ad Honorium dedit, quaeque refertur act. XII. *synodi* VI. *pag.* 1311.*seqq.*, ut rem diligenter consideranti patet. Vide synodum lateranensem sub s. Martino pont. max. habitam an. 649. pag. 775. tom. III. *concilior. edit. Hard. paris. anno* 1714., *et pag.* 702. *et pag.* 786. *et pag.* 787. et 796. et 802. *seqq.* et 1614., atque ea, quae idem pontifex animadvertit adversus Sergium. Confer etiam epistolam supra indicatam Sergii ad Honorium, cognosceque, quam fuerit facile errorem detegere. Ad ea autem non advertit Honorius animum. Itaque negligentiae, conniventiaeque accusatus, damnatusque Honorius est. Ceterum haereseos accusari, damnarique idem non potuit. Quod si in actis synodi VI. scriptum legitur, in omnibus eum fuisse assensum Sergio, id sane de supprimendi *unius*, *duarumque operationum* vocabulis est intelligendum. Nam id maxime ea epistola petebat Sergius: non autem *unam operationem*, hoc est *haeresim monothelitarum* constabiliendam, cuius sane rei in Honorii epistolis ne vestigium quidem extat. Neque movere quemquam debet, quod act. XVI. syn. VI. pag. 1386. Honorio ut haeretico, anathema dicatur. Nam haereticum synodus vocat eum, qui negligendo haeresim foverit, ut ex litteris Leonis II. plane liquet, quas paullo ante indicavimus. Atque hoc sensu explicanda sunt synodorum VII. et VIII. scriptorumque veterum, quos *pag.* 76. *seqq.* not. 1. nominavi, loca. At de Honorio quidem hactenus.

(3) Lib. IV. instit. cap. VII. §. XXVIII pag. 306. tom. IX. opp. edit. amstelod. an. 1667.

tradidisse, cum ex ceteris illius operibus, tum ex *sermone* etiam ipso *de paschate* (1) intelligitur, quo uno Iohannis accusatores abuti solent. Daniel Tilenus in animadversionibus adversus disputationem Bellarmini (2), quae est de summo pontifice, purgare Calvinum studet. Qua fide, viderint qui volent; at certe non vere. Negat enim id *simpliciter* a Calvino dictum, *sed addita restrictione* » usque ad diem resurrectionis ». Horum similia, si quis usquam catholicus patrum aliqnem, aut pontificum defensurus diceret, nae ille non modo uti corruptor latinae linguae a protestantibus rideretur; sed vexaretur etiam omnibus contumeliis, quasi manifesta, clara, perspicua quae sint, obscurare, calumniandoque pervertere conetur. Quid autem tam clarum, tamque perspicuum, quam id fuisse omnino, *absolute*, *simpliciterque* a Calvino dictum? Aut quae illa *restrictio* est, quae efficiat, ut qui, Iohanne XXII. auctore, *animos mortales* esse dixerit, idem non dixerit, eodem Iohanne auctore, esse mortales? Nam verba, *ad diem resurrectionis*, quibus usus Calvinus est, eo sane spectant, ut, Iohannis quidem XXII. sententia, una cum corpore occidere animos, unaque extremo iudicii die resurgere; non ut corpus interire solum, animum autem superstitem manere indicent, ad resurrectionis diem. Pugnat enim, ut quo quisquam tempore interierit, pergat vivere. At hoc tamquam πόρισμα, inquit Tilenus, et consectarium ex eius papae doctrina fluere videtur. Quasi vero ex doctrina maiorum, qui ad diem usque, quo servator Christus descendit ad inferos, veteris testamenti sanctorum animas (3), negarunt vidisse Deum, animas easdem ad

(1) Scribit enim Gerson in eo sermone *pag.* 1204. *seq. tom.* III. *opp. edit. antverp. an.* 1706. *hoc modo.* „ Descendit Christus ad inferos ad dandam veram pa- „ cem gloriae, et beatitudinis amicis suis: propter „ hoc insuper apparet falsitas doctrinae papae Iohan- „ nis XXII., quae damnata fuit cum sono buccina- „ rum, vel tubarum coram rege Philippo per theo- „ logos parisienses „. Non dicam quo animo in pontifices maximos Gerson fuerit. De re namque nota, non est cur quidquam dicendum putem. Hoc tamen sciant protestantes velim, nihil hoc, nihil aliis Gersonis sermonibus, opusculisque contineri, quod Calvini calumnia Iohannem in invidiam impietatis vocanti praesidio esse posit.

(2) Lib. IV. cap. XIV. pag. 585. tom. III. edit. sedanensis an. 1619.

(3) Praeclarum hac de re opus ante annos tres edidit Romae Libertus Fassonius de ordine scholarum Piarum vir doctissimus, cuius quidem operis haec est inscriptio: *De priorum in sinu Abrahae beatitudine ante Christi mortem.* Scio esse aliquos, qui contra pugnent, quique, nisi quid inferant in rem theologicam novi, nihil se sapere arbitrentur. Sed iidem cum norint, eorum qui nova de religione dogmata proponere, disseminareque conentur, neminem impune ferre, patrum testimonia quaedam contorquent, sicque pervertunt, ut quae nunc ipsi excogitarint, ab ultima antiquitate repetita esse videantur. Horum tamen sunt artes a Fassonio detectae, maiorumque luculentissimis testimoniis, catechismorumque orthodoxorum auctoritate, adeoque totius orbis ecclesiarum summa consensione expugnata, atque explosa sententia.

Digitized by Google

descensus Christi in inferos diem peremtas morte fuisse, sit consequens. Iohannes namque id unum quaerebat: statim ne atque animae sanctorum, quibus in se nihil expiandum superest, solutae corpore fuerint, Dei visione fruantur; an ad extremum usque iudicii diem earum sit differenda, quae in visione ipsa Dei consistit, beatitas. Quum autem ex doctrina illa maiorum non sequatur, patriarcharum, reliquorumque sanctorum veteris testamenti animas mortuas diu iacuisse, tumque revixisse, cum Christus ad inferos descendit; non equidem video, cur ex eius pontificis sive disputandi ratione, sive opinione sit consequens, humanos animos interire, iacereque mortuos ad resurrectionis, iudiciique postremi diem. At Deus, addit Tilenus, vita est animae, sicut anima corporis est vita; quare si ea ne separata quidem a corpore Deum videt, saltem eodem modo mortua tunc dici debet, quo Paulus viduam luxuriantem mortuam vocat, etiam dum adhuc vivit. Ita quidem Tilenus. Verum fateri satius erat Calvinum errasse, quam hoc tam absurdo excusationis uti genere. Quis enim sibi persuadeat, animos cum corpore interire idem esse atque corpora interire re vera, animos contra re vera vivere, sed mortuos dici, propterea quod, etsi gratiae ratione vivant Deo, non tamen Deum intueantur? Viduae autem luxuriantis exemplum non est ad rem. Eam enim apostolus vita naturali vivere dixit; peccato vero esse mortuam, translata significatione. Ac ne illud quidem verum est (si μεταφορᾷ hoc est *translatione* quadam tam sit Deus anima, quam est anima vita corporis) piam animam corpore solutam, quae Deum non videat, eodem modo mortuam dici posse, quo vidua luxurians mortua dicitur. Nam luxurians vidua peccati caussa inimica est Dei, Deoque propterea, cuius gratia caret, est mortua. Contra animae sanctorum, si corpore solutae Deum non viderent, gratae tamen Deo, amicaeque essent. Ferrentur enim charitate in Deum, eumque colerent, eiusque aspectu perpetuo frui cuperent, quae functiones sunt animi vita *supernaturali*, quam dicimus, viventis Deo. Ceterum videat Tilenus, quam recte dixerit, *Deum vitam esse animae*, *sicut anima corporis est vita*. Nam Deum animae *formam* esse, sicut animus est corpori vitam afferens forma, putare qui possumus? Sed fac recte Tilenus dixerit, cum exemplorum, etsi non eadem

omnino, at aliqua re tamen eadem esse soleat, vel potins similis ratio. Quid? An quia Paulus luxuriantem viduam mortuam esse peccato in quinto prioris ad Timotheum epistolae capite scribit; sequi ex Pauli doctrina, animos hominum esse mortales, cumque corporibus una interire, Tilenns statuet? Id ille profecto a nota erroris, atque calumniae liber (nisi de qno mortis genere Paulus loqnatnr, diligenter, distincteque evolvat, atque explicet), numquam statuet. Qua igitur confidentia Tilenus speret a calumnia liberari, sua illa tam inepta, tamque aliena excusatione, Calvinum posse, Iohanni XXII. mortales esse hominum animos placuisse, non *restricte*, sed ἁπλῶς, atque universim praefinientem? Equidem libere dicam, quod sentio: ita affecti, institutique protestantes sunt, ut patrum dicta, quae recte explicari, vereque possint, rapiant in peiorem partem, pontificum autem multo magis; Lutheri vero, Calvini, reliquorumque huius generis novatorum sententias plenas erroris, calumniae, ac mendaciorum non mollire modo, benigneque interpretari, sed tneri etiam argumentationibns falsis, ineptisque non dubitent; quibus uti est turpius, quam quod volunt, non posse defendere. Sed de errore, calumniaque Calvini satis dictum est.

Fuerunt alii, qui Iohannem XXII. docuisse ferrent, beatorum animas ante resurrectionem non visuras Deum. Quo quidem habiti sunt nnmero, eo quo Iohannes florebat tempore, Guillelmns Ochamus, Michaël caesenas, et Bonagratia psendominoritae (1), qui cnm partibus Ludovici Bavari studerent, tam irati, tamque iniqui Iohanni erant, ut congregandam synodum, eumque de summo dignitatis gradu deiciendum contenderent. Hos inde Iohannes Gerson cancellarius academiae parisiensis se-

(1) In opere xcııı. dierum. Confer Laurentium Brancatum de Lauria S. R. E. card. *tom.* ııı. *opp.* in ııı. *lib. sent. disp.* vı. *art.* vıı. §. ıı. num. 325., et apud Roccabertum *bibliothecae pontif. tom.* ıv. *pag.*134., et Roccabertum ipsum *de auctoritate rom. pontif. l.* ıv. *cap.* ı. *tom.* ıı. *pag.* 281. *edit. valentinae an.* 1694., quo loco de Michaële caesenate, et Bonagratia pseudominoritis schismaticis scribit hoc modo: „Eo temeritatis devenere, ut litteras sequentibus calumniis „attexerent, ut ex manuscriptis autographis, quae in „vaticana bibliotheca asservantur, innotescit. Ibi enim „haec loquuntur: *Dominus Iohannes an. Domini* 1331. „*in festo omnium sanctorum, in sermone, quem publice* „*fecit, qui incipit*: mementote operum patrum, quae „fecerunt in generationibus suis etc., *et in alio sermone, quem publice fecit in dominica tertia adventus*, „*qui incipit*: gaudete in Domino semper etc., *et in* „*alio sermone ann. Domini* 1332. *In vigilia epiphaniae*, „*qui incipit*: surge tolle puerum, et matrem eius.... „*dogmatizatus est, quod sancti in caelo non vident, nec* „*videbunt usque ad diem generalis iudicii, et futuram* „*corporum resurrectionem faciem Dei, sive divinam essentiam; sed tantummodo vident, et videbunt usque ad* „*futurum universale iudicium humanitatem Christi*„. Adisis Odoricum Raynaldum ad an. 1334. n. xxxı. seqq.

Digitized by Google

quutus, in eo errore fuisse pontificem illum versatum scripsit (1). Atque Gersoni quidem assensus Erasmus (2) est sexti ac decimi saeculi scriptor ut novitatis studiosus, sic osor romanae sedis apostolicarum traditionum conservatricis, ac vindicis. Id ipsum saeculo eodem XVI. in Iohanne reprehendisse Hadrianum VI. in extrema disputatione, quam de confirmatione scripsit, auctor est Laurentius Brancatus (3) de Lauria. Mitto ceteros, quos Roccabertus lib. IV. apologetici numerat (4). Unum nominabo auctorem defensionis declarat. cleri gallicani. Is parte tertia lib. IX. (5) ortam anno 1331. scribit de sanctorum animabus, statim ne ac solutae sunt corpore, Deum videant? inter theologos in pontificia curia disputationem. Iohannem XXII. eorum, qui negabant, sequutum fuisse, praedicasseque sententiam. Aegre id quidem tulisse Philippum IV. Valesium gallorum regem; quare doctoribus parisiensibus in unum locum congregatis, ut iudicium ea de re ferrent, iussisse. Nihil autem ab se quaeri, dixisse regem, quod pontificem, quem ipse adeo veneraretur, posset offendere. Latae a doctoribus sententiae fuisse ab rege factum pontificem certiorem, perque legatos commonitum, ut magistrorum parisiensium, qui sciant quid fide credendum, tenendumque sit; non romanorum iuris peritorum doctrinam probet, quos aut non esse omnino, aut parum esse in re theologica versatos constet. Videri quidem, addit defensor, facinus audax, ut galli pontificem maximum docerent religionem. Sed magnam in his fuisse agnitae veritatis fiduciam. Itaque his ipsis cessisse Iohannem. Nam extremo pontificatus anno, qui Christi 1334. fuit, professum cum *ecclesia catholica fuisse, purgatas animas facie ad faciem intueri* Deum. Adductum propterea consensione *ecclesiae catholicae* fuisse in veram, certamque veritatis fidem. Sed iam iam moriturum, quod se in haereseos suspicionem vocatum sciret, loquutum in hanc sententiam fuisse: probare quidem se, quae ipse disserens, conferens, docens, *dogmatizans* religioni orthodoxae, decretis eccle-

(1) Confer supra descriptum Gersonis locum *pagina* 104. *huius voluminis*, notat. 1.

(2) Praefat. in librum V. s. Irenaei contra haereses *pag.* 290. *edit. basileensis an.* 1534.

(3) Hadr. in IV. sentent. *disp. de confirmat. resp. ad sec. princ. arg. pag.* XXV. *versa edit. romanae anno* 1522., *Brancatus in* 3. *lib. sententiar. disp.* VI. *articulo* VII. §. IX. n. 327., et apud *Roccabertum tom.* XV. *biblioth. pontificiae pag.* 134.

(4) *Apol. de auct. rom. pont. tom.* II. *lib.* IV. c. I. *pag.* 281. *seq. et pag.* 287. *seqq. edit. valent. an.* 1694.

(5) Cap. XLVI. tom. II. *pag.* 182. *seq. edit. amstelodamensis an.* 1745.

siae, sacraeque scripturae consona; revocare contra, atque reicere, si qua secus atque religio eadem, decreta, scripturaeque poscerent dixisset, praedicasset, scripsisset. At fieri non posse, defensor statuit, ut is falli se nescium esse putet, qui docere se aliquid, praedicare, scribere potuisse profiteatur, quod componi cum sacris bibliis, religionisque orthodoxae decretis nequeat. Quin etiam *determinationi* ecclesiae dicta, scriptaque sua ab Iohanne *submitti*. Quemadmodum autem ea ecclesiae *determinationi* pontifex *submittat*, quam iudicet se ipso esse inferiorem? *Submittere* vero sua hoc in genere quid esse denique, nisi *recognoscere retractanda*, atque *examinanda omnia rursus esse, si ita sit visum ecclesiae*? Iohannem porro, si de dictis scriptisque privatis suis egisset, fuisse saltem, quae ut pontifex decreverat, excepturum. Verum non modo ea illum non excepisse, sed professum etiam fuisse, permitti ab se iudicio ecclesiae, quae de visione, deque rebus ceteris *dixisset, praedicassetque de quacumque materia, ubicumque, et in quocumque loco, ac in quocumque statu, quem habuisset*. Quotum autem quemque esse, qui quae decretalibus suis epistolis Iohannes statuit, eorum non esse habenda numero, arbitretur, quae idem *dixisset, praedicasset*, atque *scripsisset*, cum certum sit, si quid praedicavit, id eum maxime, quod epistolis decretalibus comprehenderit, praedicasse? *Submisisse* igitur Iohannem epistolas etiam decretales suas ecclesiae iudicio. Id vero illum fuisse professum nullius sibi errati conscium, sed hoc volentem, ut si quid forte errasset, ecclesiae auctoritate corrigeretur. Neque eo pontificem haec dixisse, quo fieri non posse crederet. Ridiculum enim esse, *professionem fidei* de rebus edere, quae non modo factae non sint, sed ne fieri quidem possint. Itaque huc demum rem omnem redire: Iohannem *infirmitatis humanae conscium, et divina iudicia de rebus etiam, quas optimo animo gessisset, reformidantem totum se resolvisse in ecclesiae* universae *fidem* (1). Verum multis non esse opus, Iohannem ea ipsa ecclesiae iudicio permittere, quae de religione exponenda censuisset. Sic enim eum in professione fidei, quam propediem moriturus ediderat, habere: *Ecce quod nostram intentionem, quam cum sancta ecclesia catholica circa hoc*

(1) Haec auctor *defensionis declarationis cleri gallicani* disputat, *part. III. lib. II. cap. XXVII. p. 153. tom. II. edit. amstelod. an.* 1745.

(*nempe circa visionem Dei*) *habemus, vel habuimus, serie praesentium, ut sequitur, declaramus. Fatemur siquidem, et credimus, quod animae purgatae separatae a corporibus sunt in caelo, et vident Deum, ac divinam essentiam facie ad faciem, clare, in quantum status, ac conditio patitur animae separatae.* Igitur illum haec, etsi distincte, aperte, dilucide declaraverat, subiecisse tamen iudicio ecclesiae, et successorum. Id ubi defensor animadvertit, tum quaero, inquit, ex iis, qui editam a romano pontifice *fidem* eamdem esse atque ecclesiae *fidem* putant, qua demum ratione expediant, *fidem* ecclesiae ab Iohanne propositam permitti rursum examini, iudicioque eiusdem ecclesiae potuisse? An Iohannem egisse de *fidei professione* dicent, quam privatim, non quam publice, atque ex Petri cathedra edidisset? Atque rationem illam declarandae suae de religione sententiae monumentis mandarat litterarum, diplomatique, quod eam ob rem scribi curaverat, titulum, ut pontificum fert consuetudo, praefixerat. *Grossatas* fortasse quisquam ab Iohanne eas litteras fuisse, respondebit, non *bullatas*. At ferendum non est, ut ad hasce ineptias de re tam gravi disputatio devolvatur. Iam quod Iohanni per tempus non licuit, perfectum a successore Benedicto fuit. Sed is, qui edito anno 1334. diplomate de clara visione Dei fidem confirmarat Iohannis, et suam, diplomatis eiusdem sui duobus ipsis annis diligenter pondera etiam verborum examinavit, quaestionemque de integro expendit, tractavit, annoque 1336. definivit. Qua ex re cognitum demum, compertumque fuit, pontificum publicis etiam documentis declaratam fidem in quaestionem revocari novumque examen posse. Postremo eos, qui nescio quid solemnitatis praetermissum a Benedicto in priore diplomate, neque anathema in contumaces, qui contra deinceps sentire ausi essent, dictum; neque adversam sententiam haereticam declaratam animadverterent, defensor nihil moratur. Nam ne suspicari quidem se posse ait, quid illud sit *solemnitatis*, quod Benedictus omiserit. Deinde anathema nonnisi ortae haeresi infligi solere; veram autem fidem, ut ante omnem haeresim, atque omnia anathemata constitit, ita declarari sine anathemate, haereseosque detestatione posse (1).

(1) *Id. ibid. cap.* XXVIII. *pag.* 154. *seqq.*

Ego vero etsi facile patior Iohannem XXII. in quorumdam saeculi xiv. theologorum sententiam aliquamdiu fuisse propensiorem, qui sanctorum animas plene purgatas ad extremum usque iudicii diem visuras non esse dicebant Deum; quidquam tamen illum ea de re, publice, hoc est auctoritate pontificia statuisse, vehementer nego. Qui autem ii theologi fuerint, utque iis privatim Iohannes faverit, explicabo brevi. Scriptum iam a Clemente V. pont. max. ad armenios, ad cataynos, ad persas, etc. fuerat, hoc ab ecclesia romana doceri, ac praedicari: *illorum animas, qui post sacrum baptisma susceptum, nullam omnino peccati maculam incurrerent, illas etiam, quae post peccati contractam maculam, vel in suis manentes corporibus, vel eisdem exutae sunt purgatae, in caelum mox recipi.* Qua de re nemo usquam fuit, qui sibi dubitandum arbitraretur. Sed cum verbis illis *in caelum mox recipi*, distincte, perspicue non indicaretur animas in caelum receptas intueri Deum, orta est inter theologos altercatio, quibusdam differri visionem ad extremum iudicii diem aientibus, ceteri contra acriter (1), vehementerque pugnantibus. Crevere inde dissidia, nec Avenione modo, sed Parisiis (2) etiam, qui in theologicis rebus versati, exercitatique erant, magna animorum contentione certabant. Quinam autem aientem, quique contra negantem tuerentur sententiam, indicatum ab Alberto Krantio (3), a Paulo Langio (4), ab Alphonso Ciacconio (5), ab Abrahamo Bzovio (6), ab Oderico Raynaldo (7), a Spondano (8) est, quos quidem consulere lector poterit. Ac Iohannes (quem iis favisse disputando, diximus, qui animos non statim atque soluti corporibus, purgatique fuerint, Deum intueri pugnabant) cum invalescere in dies dissidia cognosset, inquirendum in eam rem diligenter, patrumque testimonia colligenda, expendenda, iterque se conferenda esse iudicavit, ut quid demum sentiendum praedicandumque esset, decerneret.

(1) Vide Odoricum Reynaldum ad an. 1331. numero 42. seq.

(2) Reynald. ad an. 1333. n. 45.

(3) *Lib.* VIII. *Wandaliae cap.* XVI. *pag.* 188. *edit.* anno 1580.

(4) *In chronico citizensi ad an.* 1333. *pag.* 835. *seq. edit. an.* 1813.

(5) In Iohan. XXII. tom. II. de vitis pontific. pagina 393. *seq. edit. rom. an.* 1677.

(6) Ad an. 1331. n. II.

(7) Loco modo indicato.

(8) *Ad an.* 1333. *num.* I. *seqq.*

Itaque Odoricus Raynaldus, qui mss. eius aetatis codices studiose legit, *cum Iohannes*, inquit, *cuperet dirimi controversiam, in suis ad cardinales collationibus, scripturae sacrae oracula, ac patrum dicta in utramque partem protulit, iussique sunt cardinales, praesules, aliique doctores controversiam diligentissime excutere, et quae a sanctis patribus pronunciata reperirent, conferre. Libellum etiam scripsit pontifex, quem Petro archiepiscopo rothomagensi transmisit, in quo nihil e suo, sed dicta tantummodo scripturae sacrae vel patrum depromsit* (1). Interea nihil quidquam Iohannes affirmando, sed aut disputando, aut summum dubitando dixit. Cum enim nondum finita res esset (2) (ita ut factum olim in permultis aliis, atque in hoc ipso etiam controversiarum genere a patribus quibusdam fuit, antequam diremtae, definitaeque essent, ut licere cuique iisdem de rebus in utramque partem disceptare arbitrarentur), non modo passus est, ut ab aliis in disputationem vocaretur, sed fas sibi etiam, ut privato (3), esse existimavit investigare disputando verum. Quare idem ipse in ea, quam extremo vitae tempore edidit, fidei professione, *quae dixerat ea de re, praedicarat, scripserat, recitando dicta sacrae scripturae, et sanctorum, et conferendo*, ET NON DETERMINANDO, *nec etiam tenendo; sic et non aliter fuisse ab se dicta, praedicata, seu scripta* (4) *testatus est.*

(1) *Ad an.* 1333. n. 45.

(2) Videantur Robertus Bellarminus lib. IV. de rom. pontif. *cap.* XIV. *pag.* 842. *tom.* I. *controv. edit. paris. an.* 1606., Nicolaus Sanderus *de visibili monarchia ecclesiae lib.* VII. n. 1006. *pag.* 494. *edit. parisien. anno* 1580. quo loco „ Quid, *inquit*, quod hic error adeo „ communis est huic pontifici cum multis veteribus et „ latinis, et graecis patribus, ut ex latinis Tertullianus, „ Lactantius, Victorinus, Ambrosius, Augustinus, Prudentius, et Bernardus; ex graecis vero Iustinus martyr, Irenaeus, Origenes, Chrysostomus, Theodoritus,.. „ in eumdem errorem impegisse videantur; ut iniquissimum sit, in unum papam Iohannem convicia ob „ eam rem iacere, quae illi cum tot sanctis communis est, nec aliam ob caussam, quam quod is papa „ in scriptis patrum religiose versatus, credebat se „ non temere debere a tot doctorum sententiis dissentire....Quaenam impudentia est, ob caussam aliquam „ papae Iohanni crimen haereseos intentare, et ob „ eamdem ipsam idem crimen Iustino, Irenaeo, caeterisque patribus non intentare? Dio illos nota ipsorum, et generalis fides liberat ab omni suspicione „ haeresis, quia doctrinam suam ecclesiae decretis „ semper parati erant subicere. Certe hoc idem Iohannes papa de se ipso quoque testatur. Quae cum „ ita sint, non minus ab haeresi liber, et mintus est „ Iohannes papa, quam vel Irenaeus martyr, vel s. Augustinus, quos utrosque cum Deo in caelis degere, „ nemo dubitat „. Confer etiam Odoricum Raynaldum ad an. 1333. num. 45., Spondanum ad an. 1333. numero 3., Abrahamum Bzovium ad an. 1334. num. 3., card. Laurentium Brancatum de Lauria tomo vindicato *disp.* VIII. *de fide* §. IX. *concl.* IV. *pag.* 547. *edit. rom. an.* 1673., card. de Aguirre *tract.* II. *de cathedra Petri vindicata disp.* XXXIX. *sect.* III. *pag.* 438.

(3) Nam si id privato nemini datum crimini est, cur pontifici non publica auctoritate, sed privatim agenti, nihilque definienti vitio quisquam non inique dabit?

(4) Hoc idem Ulricus germanus scriptor eius, qua Iohannes floruit, aetatis, testatur in apologia, quam adversus pontificis calumniatores scripsit, quaeque ms. extat in biblioth. vaticana num. 405. *lib.* IV. *cap. ult.* inscripto: *Excusatio papalis sermonis.* „ Sane, *inquit*, „ quae iam in his tribus supradictis libris, et in tri-

Quin etiam Philippo francorum regi, qui scripserat, plures esse in Galliis, qui missum ministrum ord. minorum ab Iohanne Parisios novum de visione Dei differenda dogma praedicatum dicerent, in hanc sententiam pontifex respondit (1): *adhuc in eisdem litteris regiis vidimus contineri, quod a pluribus dicebatur, quod nos miseramus dilectum filium Geraldum Othonis generalem ministrum fratrum minorum Parisios ad dicendum, et praedicandum, quod animae separatae a corpore, et a poenis purgatae divinam essentiam usque post resurrectionem corporum non videbant. Ad quod dicimus, et asserimus coram Deo, quod numquam hoc in cor nostrum intravit, nec exivit ab ore.* Scripsit praeterea Iohannes ad francorum reginam, iussos ab se cardinales, theologos, iurisque peritos, ut in eam rem diligenter inquirerent, et ad se referrent; atque monitos una fuisse id si segniter fecissent, fore ut communione sacrorum prohiberentur (2). Quid? Si in litteris ad Philippum regem, nihil ab se hactenus ea de re definitum dicat (3); sed permissum, ut in utramque

„ bus solutionibus superius de beata visione Dei ante „ diem iudicii percipienda dixi, et posui, contra eos „ praecipue scripsi, qui sanctissimum papam Iohannem in suo sermone dicunt definiendo determinare sanctorum animas ante diem iudicii non posse „ Deum beate videre, vel contra eos, qui hoc ipsum „ ex suo sermone praesumunt asserere determinate, „ definitive, quasi ipse etiam videatur hoc definiendo, et determinando sentire. Verum si sermo papalis pie, et sane intelligitur, non proprie sermo, „ nec definitio, nec determinatio, seu praedicatio, „ sed magis quasi quaedam scholastica disputatio, aut „ disputantium collatio aptius esse perpenditur „. Et paullo post. „ Ostendit se magis personam disputatoris, quam ecclesiastici praedicatoris, quando loquitur „ de beata visione deitatis, habere... Videtur habere „ personam scholastici disputatoris, cum ibi per rationes, argumenta, auctoritates, similitudines, et „ glossas arguit, et solvit, et concludendo instructionem, et correctionem, ac ecclesiae determinationem concupiscit, sicut expresse dicit, et in sua disputatione nihil eorum *definiendo, et determinando* „ *reliquit*, nec sua disputatione, et sermone aliquod „ praeiudicium veritati facere intendit „. Idipsum doctores parisienses eo, quo disputatio haec involuerat, tempore confessi sunt coram rege Philippo, idque instrumento publico testatum voluerunt an. 1333., quod quidem instrumentum autographon servatur in coenobio paris. s. Iacobi ord. praed. Confer Duvallium *tract. de infallibilit. summi pontificis qu.* IV. *pag.* 480. *tom.* III. *bibl. Roccaberti edit. an.* 1698., Gamachaeum doctorem sorbonicum 1. 2. *q.* 4. 2. *pag.* 60. *edit. an.* 1627., Coeffetau ord. praed. th. episc. massiliensem in responsionibus ad *mysterium iniquitatis pag.* 10. 40. *seq. edit. an.* 1614.

(1) *Tom.* IX. *pag.* 2. *epist. secret. pag.* 191. Confer Raynaldum *ad an.* 1334. *n.* XXX.

(2) *Ms. cod. vat. num.* 1365. *tom.* IX. *pag.* 192. Consule Roccabertum *tom.* II. *apolog. de auctorit. rom. pont. lib.* IV. *cap.* I. §. IV. *num.* 101. *pag.* 302. *edit. valent. an.* 1694. „ Quid circa quaestionem visionis ordinaverimus, ad regalem notitiam credimus, diu „ est, pervenisse. Iniunximus quidem fratribus nostris, scilicet S. R. E. cardinalibus, ac praelatis aliis „ et doctoribus theologiae, ac iuris canonici praesentibus in curia, ut super illa cum diligentia studeant, „ nobisque quid eis videtur exponant, quod et praemissa possem facere, multorum auctoritatum tam canonis, quam originalium sanctorum pro utraque „ parte collectorum, copiam fecimus: et ut hoc diligentius studerent facere, sententiam excommunicationis ipsos voluimus incurrere, qui praemissa non „ adimplerent, absolutione nobis, nostrisque successoribus reservata „.

(3) *Tom. cod.* IX. *p.* 2. Adeundus Roccabertus *ibid.* §. 2. n. 49. Est autem in iisdem litteris scriptum hoc modo. „ Dudum ad nostrum auditum relatio fide digna perduxit, quod nonnullos magistros in theologia audivimus asserentes, quod, fili charissime, tua magnificentia „ illos induxerat, ut, quod animae sanctae ante morum

partem disputaretur, disputandoque investigaretur verum, auctoritateque sedis apostolicae constitueretur? Nam Augustinum (1),

„ resurrectionem corporum videbant clare divinam essentiam, praedicarent; immo plus eorum aliqui, seu aliquis, asserebant, seu asserebat quod illum, seu illos, qui hoc facere renuebant, seu renuebat, capitulo verso satis duro. Ab aliis vero audivimus, quibus fidem praeeus adhibemus, quod praeceptum tale, seu inductio ab ore regio non processit, sed ut princeps zelator veritatis, quam diligis, et in tuo regno praedicari desideras, et servari, aliquibus, qui dicebant forsan, seu fingebant, se propter metum aliquem non audere talia praedicare, dixisti quod metu cuiusquem personae non timerent veritatem in praemissis, vel aliis praedicare. Hoc profecto dicere decebat, ac decet regiam maiestatem. Cum autem hanc quaestionem b. Augustinus in scriptis suis reputaverit valde dubiam, et circa eam variasse dicatur, et nedum ipse, sed et multi doctores alii circa istam materiam varient; propter hoc, ut veritas possit melius aperiri, nos interdum in nostris sermonibus mentionem habuimus non proferendo verbum de nostro capite, sed dicta scripturae sacrae, et sanctorum praecipue illorum, quorum scripturae ab ecclesia sunt receptae, multique tam cardinales, quam alii coram nobis, et alibi in suis sermonibus pro, et contra de ista materia sunt loquuti; et nedum in sermonibus, immo publice praelatis, ac magistris in theologia praesentibus est in curia pluries quaestio huiusmodi, ut sic plenius posset inveniri veritas, disputata.... Profecto, amantissime fili, si quae circa istam materiam aliqui scripserunt, et dixerunt, sciret tua magnificentia, multo miraretur. Interdum quidem hoc scripserunt, et dixerunt, quod haec quaestio erat tua, quod tua prudentia per totum regnum partem illam praedicari tamquam veram faceret, et aliam ut haereticam reprobari: multaque comminati sunt religiosis, et saecularibus sub umbra tui culminis, si partem illam sequerentur, quod animae separatae divinam essentiam non videant .... illos capi facerent per inquisitores haereticae pravitatis. Haec, fili charissime, licet veritate, ut supponimus, careant, quamquam bene credamus, quod ad haec facienda, et dicenda tuam excellentiam duxerint stimulandam, ad honorem regium nequaquam pertinere noscuntur. Et quia scimus, quod in his vel aliis, ut elucidetur veritas, fatendas, rogamus ut per fidelem, seu fideles nuncios magistris in theologia, et baccalaureis Parisiis legentibus, et degentibus facias nunciari, quod talibus minis illatis non obstantibus, quilibet dicere, et disputare, ac praedicare valeat, quod sibi iuxta doctrinam evangelicam, et apostolicam disputandum videbitur, et etiam praedicandum, donec aliud ordinandum per sedem fuerit apostolicam, vel etiam declaratum. Sic enim ad veritatem quaestionis praedictae poterit promptius perveniri. Datum xvi. Kal. decembris anno 16. pontificatus nostri.

(1) Aug. in ps. xxxvi. serm. 1. num. x. pag. 197. „ Unius autem cuiusque hominis vita quanta est? Adde quantoslibet annos, duc longissime senectutem. Quid est? Nonne aura est matutina? Ergo longe sit dies iudicii, quando erit *retributio* iniustorum, et iustorum, tuus certe dies ultimus longe abesse non potest. Ad hunc te praepara. Qualis enim exieris de hac vita, talis redderis illi vitae. Post vitam istam parvam *nondum eris ubi erunt sancti*, quibus dicetur: *venite benedicti patris mei, percipite regnum, quod vobis paratum est ab initio mundi*. Nondum ibi eris quis nescit! Sed iam poteris ibi esse, ubi illum quondam ulcerosum pauperem dives ille superbus, et sterilis in mediis suis tormentis vidit e longe requiescentem. In illa requie positus certe securus expectas iudicii diem, quando recipias, et corpus, quando immuteris, ut *angelo aequeris* „ Quin etiam *tract.* xlix. *in Iohannem* n. 10. et x. *pag.* 452. *tom.* III. *p.* II. *edit. an.* 1700. „ Apostolus dormientes appellavit, quia resurrecturos praenunciavit. Dormit ergo omnis mortuus et bonus, et malus. Sed quomodo interest in ipsis, qui quotidie dormiunt, et exsurgunt, quid quisque videat in somnis, alii vident laeta somnia, alii torquentia, ita ut vigilans dormire timeat, ne ad ipsa iterum redeat; sic unus quisque hominum cum causa sua dormit, cum causa sua surgit. Et interest qua custodia quisque recipiatur, ad iudicem postea perducendus. Nam et receptiones in custodia pro meritis causarum adhibentur: alios iubentur custodire lictores, humanum, et mite officium, atque civile; alii traduntur optionibus; alii mittuntur in carcerem; et in ipso carcere non omnes, sed pro meritis graviorum causarum in ima carceris contruduntur. Sicut ergo diversae custodiae agentium in officio, sic diversae custodiae mortuorum, et diversa merita resurgentium. Receptus est pauper, receptus est dives: sed ille in sinum Abrahae, ille ubi sitiret, et guttam non inveniret. Habent ergo omnes animae.... cum de saeculo exierint, diversas receptiones suas. Habent gaudium bonae, malae tormenta. Sed cum facta fuerit resurrectio et bonorum gaudium amplius erit, et malorum tormenta graviora, quando cum corpore torquebuntur. Recepti sunt in pace sancti patriarchae, prophetae, apostoli, martyres, boni fideles, omnes tamen adhuc in fine accepturi sunt, quod *promisit* Deus. Promissa enim est resurrectio, etiam carnis, mortis consumtio, *vita aeterna* cum angelis. Hoc omnes simul accepturi sumus. Nam requiem, quae continuo post mortem datur, si ea dignus est, tunc accipit quisque cum moritur. Priores acceperunt patriarchae, videte ex quo requiescunt; poste-

aliosque doctores multos ancipites in hoc quaestionis genere, variosque fuisse, quare nihil esse temere statuendum, sed studiose

,, riores prophetae; recentius apostoli; multo recentiores sancti martyres; quotidie boni fideles. Et alii in ista requie iamdiu sunt, alii non tamen diu, alii paucioribus annis, alii nec recenti tempore. Cum vero ab hoc *somno* evigilabunt, simul omnes, quod *promissum* est, accepturi sunt ,,. Et lib. XI. de Genesi ad litteram *cap.* XV. *num.* 20. *tom.* III. *par.* I. *pagina* 211. seqq. ,, Destinxerunt (amores duo) conditas in genere humano civitates duas... alteram iustorum, alteram iniquorum. Quarum etiam quadam temporali commistione peragitur saeculum, donec ultimo iudicio separentur, et altera coniuncta angelis bonis in rege suo vitam consequatur aeternam, altera coniuncta angelis malis in ignem cum rege suo mittatur aeternum ,,. Et *lib.* XII. *de civit. Dei cap.* IX. *num.* 2. *p.* 234. *tom.* VII. ,, Pars (civitatis Dei) quae coniungenda immortalibus angelis ex mortalibus hominibus congregatur, nunc mortaliter peregrinatur in terris, vel in eis, qui mortem obierunt, secretis animarum receptaculis, sedibusque quiescit ,,. *Et lib. de praedest. sanctorum cap.* XII. *num.* 24. *pagina* 532. *tom.* X. *edit. sinod* ,, Post corpus nemo erit in corpore, nisi resurrectione novissima, non ad ulla merita comparanda, sed ad recipienda pro bonis meritis praemia, pro malis luenda supplicia. Hoc autem medio tempore inter depositionem, et receptionem corporis, secundum ea, quae gesserunt per corporis tempus, sive cruciantur animae, sive requiescunt ,,. Confer *lib.* XII. *de Trinit. cap.* XV. *n.* 44. *p.* 707. *tom.* VIII. Et enchiridion ad Laurentium cap. CIX. *tomo* VI. *app. p.* 174., et sermonem CCCXXVIII. al. CXVII. de diversis *cap.* VII. *num.* VI. *pag.* 896. *tomo* V., quo loco ,, Nondum, *inquit*, receptis fructibus suis beati sunt modo sancti martyres, quoniam cum Christo sunt animae eorum. Quid autem paretur illis in resurrectione, quis potest verbis explicare? *Quod oculus non videt, nec auris audivit nec in cor hominis ascendit, quae praeparavit Deus diligentibus se* ,,. Et sermonem CCLXXX. *al.* CIII. *de diversis cap.* V. *pag.* 792. ubi ,, Haec quidem vita, *inquit*, quam nunc beati martyres habent, quamvis iam nullis possit saeculi huius felicitatibus, vel suavitatibus comparari, parva particula promissionis agitur, immo solatium dilationis. Veniet autem retributionis dies, ubi corporibus redditis, totus homo recipiat, quod meretur; ubi et illius divitis membra, quae quondam temporali purpura decorabantur, aeterno igne torreantur, et caro pauperis ulcerosi mutata inter angelos fulgeat: quamvis etiam nunc ille guttam ex digito pauperis apud inferos sitiat, et ille in sinu iusti delicios requiescat. Sicut enim plurimum distat inter laetitias, miseriasve *somniantium*, et vigilantium; ita multum interest inter tormenta, vel gaudia mortuorum, et resurgentium; non quod spiritus defunctorum, sicut dormientium necesse sit falli, sed quod alia est animarum sine ullis corporibus requies, alia cum caelestibus claritas, et felicitas angelorum, quibus aequabitur resurgentium multitudo fidelium ,,. *Et in psalmum* XLIII. *num.* 5. *tom.* IV. *p.* 379. ,, Illa visio *facie ad faciem liberatis in resurrectione servatur.* Et illi patres etiam novi testamenti, quamvis revelata sua mysteria viderint, quamvis revelata secreta enuntiaverint, tamen in speculo se videre dixerunt, et in aenigmate. Servari autem visionem in futurum facie ad faciem, quando venerit, quod ipse apostolus ait: *mortui enim estis, et vita vestra abscondita est cum Christo in Deo: cum autem Christus apparuerit vita vestra, tunc et vos apparebitis cum ipso in gloria. Tunc ergo nobis servatur* visio illa facie ad faciem, de qua et Iohannes dicit, *dilectissimi filii Dei sumus, et nondum apparuit quid erimus. Scimus quia cum apparuerit, similes ei erimus, quoniam videbimus eum sicuti est.* Etsi ergo tunc patres nostri, non te viderunt facie ad faciem secundum quod tu es, etiamsi ista visio servatur in resurrectione ,,. Scribit igitur Augustinus post hanc vitam christianos optimis, sanctissimisque moribus nondum ibi futuros, *ubi erunt sancti, nec accepturos statim regnum*, quod paratum bonis est a constitutione mundi, sed futuros in sinu Abrahae, ubi erat Lazarus ille ulcerosus, nec aequandos angelis, nisi extremo iudicii die. Quin etiam mortuos bonos cum *somniantibus* comparat, ubi autem resurrexerint, cum vigilantibus: tunc enim hos esse accepturos, quod *promissum est, consequaturosque aeternam vitam; et ea quae nec oculus vidit, nec auris audivit, et quae praeparavit Deus diligentibus se: et tunc esse consequuturos visionem facie ad faciem; nam hanc liberatis in resurrectione servari.* Quis autem non videat, haec verba ita esse composita, ut Augustinus propensior aliquibus videri possit in eorum opinionem fuisse, qui ferrent, sanctorum animas non visuras nisi ad diem extremi iudicii Deum, vel dubitasse saltem vera ne illa, an falsa esset? S. Thomas, qua semper erga Augustinum pietate, venerationeque fuit, ita est eius quaedam loca interpretatus, ut loquutum eum de dilatione beatitatis animi iunctim cum corpore, non de animi solum felicitate, quae in visione consistit Dei supp. III. p. q. LXXX. *art.* 2. *ad* 1. Nam locum illum explicans *nondum ibi eris, ubi erunt sancti*, quem certe ab Augustino, cuius verba supra descripsimus, *glossae* auctor mutuatus est: ,, Quod, dicit, *inquit nondum eris, ubi erunt sancti etc.* Statim exponit subdens: *id est non habebis geminam stolam, quam habebunt sancti in resurrectione* ,,. At ita exponit glossae auctor, non Augustinus: quamquam est in eodem Augustini loco quidpiam simile. Scribit enim hoc modo: *In illa requie positus certe expectas*

Digitized by Google

inquirendam veritatem esse. Qnamobrem passum se aequo animo fuisse, ut a cardinalibns, praesulibus, theologis in romana ipsa curia, quid quisque sentiret, proponetur. Pati autem se omnino non posse, ut privati, qualcs magistri parisienses erant, haereseos notam alterutri sententiae inferrent. Nam sedis esse apostolicae, quid credito, dictoque sit opus decernere. Itaque auctorem se regi esse, suos ut moneret, ut facerent eorum, qui ipsis non assentirentur, accusandorum, deterrendorumque finem.

Atque hinc quidem perspici plane potest, calumnia usos Ochamum, Michaëlem caesenatem, et Bonamgratiam schismaticos fuisse, cum invidiae pontifici maximo conflandae caussa, haeresim eum non modo disputando narrasse, sed etiam docuisse, sive, ut illi aiunt, *dogmatizasse* scripserunt. Bonaegratiae autem eo impudentius mendacium fuit, qno sic extulit declarationem illam, quam in senatu sacro Iohannes recitavit, quaque patribus significavit, non definiendo se, neque statuendo se, neque defenendo; sed recitando, narrando, disputandoqne de differenda ad iudicii diem visione Dei egisse; sic inquam eam declarationem Bonagratia extulit, ut contra religionem orthodoxam Iohannes, imprudens quidem certe, nolensque, nihilque tale cogitans, immo dubitans adhnc ad fidem ne pertineret, docuisse aliquid, idque post in consistorio revocasse videretur. Nam eum pontificem in hanc sententiam fuisse in consistorio loquntum, narrat: *Quia nos studuimus in originalibus, ista proposuimus; numquam tamen fuit nostrae intentionis dicere aliquid contra fidem, et si aliquid diximus, totum ex nunc revocamus; et si quis magnus vel parvus aliquid habet pro conclusione affirmativa, secure det nobis, et libenter recipiemus, et super hoc mandamus fieri publicum instrumentum* (1). Contra Tholomaeus lucensis domini-

iudicii diem, quando recipias et corpus, quando immaterie, et angelo aequeris. Receptio namque gloriosi corporis in resurrectione, altera stola dicitur. Confer etiam Thomae resp. ad 2. argum. Huius supplementi *qu.* LXIX. articulus secundus desumptus est ex eiusdem s. Thomae articulo 1. quaestionis 2. *distinct.* XLV. *lib.* IV. *sententiarum.* Etsi vero sic Thomas fuerit interpretatus Augustini quaedam eorum, quae supra descripsi, loca; orti tamen hoc tempore sunt, qui Augustinum ipsum ab errore liberatum dilatae ad diem usque iudicii visionis Dei, in aliam communi sententiae ecclesiae repugnantem opinionem traducere conantur, dicuntque, sic eum statuere: patriarchas, prophetas, ceterosque veteris testamenti sanctos, ante passionem, descensumque Christi ad inferos in sinu Abrahae intuitos fuisse Deum in ea natura, qua Deus est: de quo quidem portento opinionis paullo post equidem videro.

(1) Bonagratia in cod. *ms. vaticano num.* 4009. *pag.* 164. Confer Raynaldum ad an. 1334. num. XXIII., de Ochamo vide Baluzii notationes in vitas *papar. avenion. tom.* 1. *pag.* 792. *edit. paris. an.* 1693.

canus illustris scriptor, et aequalis temporum illorum, *In consistorio*, inquit, *protestatus Iohannes fuit coram cardinalibus, praelatis, et capellanis, quod in praedicta quaestione nihil* DEFINIENDO, *sed* RECITANDO *dixerat, et quod paratus esset revocare, si qua enormia dixisset* (1). Quin etiam quae Iohannes ipse in senatu dixerat, *non intendisse se aliquid determinare, vel decidere, seu credere etc.* (2), idem morti proximus, ne a malevolis in peiorem raperentur partem, praesentibus haud paucis S. R. E. cardinalibus (3) declaravit, atque, *ne super iis*, inquit, *quae de animabus purgatis, separatis a corporibus, an circa resumptionem corporum divinam essentiam illa visione videlicet, quam vocat apostolus facialem, videant; tam per nos, quam per nonnullos alios in praesentia nostra recitando, et allegando sacram scripturam, ac originalia, et dicta sanctorum, vel alias ratiocinando saepius dicta sunt; aliter*, QUAM PER NOS DICTA, ET INTELLECTA FUERANT, INTELLIGANTUR, AC DICANTUR, *auribus fidelium valeant inculcari; ecce quod nostram intentionem, quam cum sancta ecclesia catholica circa haec habemus, et habuimus, serie praesentium, ut sequitur, declaramus. Fatemur siquidem, et credimus, quod animae purgatae separatae a corporibus sunt in caelo, caelorum regno, et paradiso, et cum Christo in consortio angelorum congregatae, et vident Deum, ac divinam essentiam facie ad faciem clare, in quantum status, et conditio compatitur animae separatae. Si vero alia, vel aliter circa materiam huiusmodi per nos dicta, praedicata, seu scripta fuerunt, quoquo modo illa diximus, praedicavimus, seu scripsimus, re-*

(1) Hist. eccl. *lib.* XXIV. *cap.* XLI. *tom.* XI. *collectionis muratorianae rerum italicarum scriptorum p.* 1212. *seq. edit. mediolan. an.* 1727.

(2) Ita quidem in *ms. pergam. reposit. in arca aven. signata num.* 118. *leg. Octav. cardin. de Aquas. an.* 1594. *et in epistolis Benedicti XII. p. m. an.* I. *p.* 1.

(3) Benedicti XII. an. I. epist. nunc III., vide Raynaldum ad an. 1334. n. XXXVI. rem gestam narrat Benedictus hoc modo: „ Praedecessor noster (Iohannes) „ decumbens in lecto infirmitatis, de qua decessit, „ intentionem, quam super praemissis habuerat, et „ habebat, volens clarius, et seriosius aperire, anno a „ nativitate praedicto, die videlicet tertia mensis de„ cembris proxime praeteriti, nobis tunc nominato „ Iacobo tituli s. Priscae presbytero cardinali, et ve„ nerabilibus fratribus Petro praenestino, Bertrando „ ostiensi, Gaucelino albanensi, Iohanne portuensi, „ et Anibaldo tusculano episcopis, ac dilectis filiis no„ stris Matthaeo tituli sanctorum Iohannis, et Pauli, „ Raymundo tituli s. Eusebii, Petro tituli s. Martini „ in montibus, Petro tituli s. Stephani in Caelio mon„ te, Petro tituli sanctae Praxedis, Imberto basilicae „ XII. apostolorum, Talayrando tituli s. Petri in vincula, „ et Petro tituli sancti Clementis presbyteris; ac Ia„ cobo s. Georgii ad velum aureum, Luca s. Mariae „ in via lata, Raymundo s. Mariae, novae, Galhardo „ s. Luciae in silice, Bertrando s. Mariae in Aquiro, „ Arnaldo s. Eustachii, et Iohanne sancti angeli dia„ conis cardinalibus, et nonnullis praelatis, et tabel„ lionibus publicis praesentibus, et propterea specia„ liter evocatis, quandam litteram grossatam sub eius „ nomine legi fecit etc.

citando dicta sacrae scripturae, *et sanctorum*, *et* CONFERENDO, NON DETERMINANDO, NEC ETIAM TENENDO, *et sic*, *et non aliter illa volumus* ESSE DICTA, PRAEDICATA, ET SCRIPTA (1).

Magnis item in erratis Gersonis, atque Erasmi sententia est, Iohannis papae doctrinam tubarum sono fuisse coram Philippo rege a theologis parisiensibus damnatam, aientium. Nihil enim simile umquam ausi theologi parisienses fuerunt. Immo vero, cum rex ipsos ad se vocasset, ab iisque petiisset, ut sine fuco, et fallacia dicerent quid sentirent de humanis animis solutis corpore, pleneque purgatis, Deum ne modo intueantur, an intuituri tum primum sint, cum coniuncti rursum corporibus fuerint; in hanc sententiam loquuti sunt, quam deinceps litteris commendarunt: *Attendentes specialiter ad id, quod ab ore vestro (o rex) audivimus, quod nihil in hac materia quaerebatis, quod tangere posset sanctissimum patrem, ac dominum nostrum Iohannem Dei providentia sacrosanctae romanae, et universalis ecclesiae summum pontificem, cuius sumus devoti servi, et filii; quin immo sicut filius eius devotissimus honorem suum in his, et aliis zelabitis, advertentesque, quod multorum fide dignorum relatione audivimus, quod quidquid in hac materia sua sanctitas dixit, non asserendo, seu* OPINANDO PROTULIT, SED SOLUMMODO RECITANDO. Ita illi quidem non doctrinam pontificis ab se damnari, ut Gerson iactat, sed quam pontifex numquam adseruisset, immo vero ne opinans quidem propugnasset sententiam, eam sibi minime probari testati sunt, addideruntque: *omnes in hanc sententiam convenimus, quod a tempore mortis domini nostri Iesu Christi* (2), *per quem pretium redemptionis humani generis extitit*

(1) Apud Benedictum XII. *epist. eadem.*

(2) Hinc intelligitur, quae fuerit et sit academiae parisiensis sententia de traditione ecclesiae, quod attinet ad sanctos veteris testamenti in sinu Abrahae constitutos, nec videntes Deum ante Christi ad inferos descensum. Id iam ante docuerat s. Thomas patres, uti solet, sequutus III. p. summae theologicae qu. LII, art. V., quo loco scribit: „ Christus descendens ad inferos operatus est virtute suae passionis. Per passionem autem Christi liberatum est genus humanum „ non solum a peccato, sed etiam a reatu poenae. „ Dupliciter autem homines reatu poenae erant adstricti: uno modo pro peccato actuali, quod quilibet in sua persona commiserat; alio modo pro peccato totius humanae naturae, quod a primo parente in omnes originaliter devenit, ut dicitur ad romanos V. Cuius quidem peccati poena est mors „ corporalis, et exclusio a vita gloriae... Et ideo Christus descendens ad inferos virtute suae passionis ab „ hoc reatu SANCTOS ABSOLVIT, QUO ERANT A VITA GLORIAE EXCLUSI, UT POSSENT DEUM PER ESSENTIAM VIDERE, „ in quo consistit perfecta hominis beatitudo. Per hoc „ autem sancti patres detinebantur in inferno, quod „ eis ad vitam gloriae propter peccatum primi parentis aditus non patebat. Et sic Christus descendens „ ad inferos sanctos patres ab inferis liberavit; et hoc „ est, quod dicitur Zachariae IX. *Tu vero in sanguine testamenti tui eduxisti vinctos de lacu, in quo non erat*

persolutum, omnes animae sanctorum patrum, quas idem Salvator noster ad inferos descendens eduxit de limbo, ceterorum-

„ *aqua. Ut gloss. cap.* II. dicitur, *quod expolians principatus, et potestates*, scilicet infernales, auferendo „ Abraham, Isaac, et Iacob, et ceteros iustos *traduxit* „ *eos* : idest longe ab hoc regno tenebrarum, ad caelum duxit, ut glossa *ibid.* dicit „. Sed qui recens rebus novis studere hoc in genere coepit, is mirari se ait quid fuerit, cur theologi Thomae sententiam secuti sint, Augustinumque, sanctos patres veteris testamenti in sinu Abrahae ante Christi mortem, descensumque ad inferos Deum vidisse dicentem, deseruerint. Augustini autem eum unum affert locum, qui extat in epistola ad Evodium CLXIV. al. XCIX. cap. III. num. 8. *pag.* 437. *tom.* II. *opp. edit. antverp. an.* 1700., atque huiusmodi. „ Illis iustis, qui in sinu Abrahae erant, „ cum ille in inferno descenderet, nondum quid contulisset, inveni, a quibus eum, secundum beatificam „ praesentiam suae divinitatis, numquam video recessisse „. At hunc Augustini locum Thomas legerat, provideratque fortasse fore ut eo aliquando quisquam abuteretur; quare eum sibi primo loco obiecerat, explicaratque hoc modo : „ Ad primum ergo dicendum, „ quod Augustinus ibi loquitur contra quosdam, qui „ aestimabant antiquos iustos, ante adventum Christi „ in inferno doloribus poenarum fuisse subiectos. Unde parum ante verba inducta praemittit dicens, *addunt quidam hoc beneficium antiquis etiam sanctis fuisse* „ *concessum*, ut Dominus cum in infernum venisset, *a* „ *doloribus solverentur*. Sed quonam modo intelligatur „ Abraham, *in cuius sinum etiam pauper ille susceptus* „ *est, in illis fuisse doloribus, ego quidem non video*. „ Et ideo cum postea subdit, se nondum invenisse „ quid descensus Christi ad inferos antiquis iustis contulerit, intelligendum est quantum ad absolutionem „ a doloribus poenarum; contulit tamen eis quantum „ ad adeptionem gloriae, et per consequens solvit eorum dolorem, quem patiebantur ex dilatione gloriae, „ ex cuius tamen spe magnum gaudium habebant, „ secundum illud Ioh. VIII., *Abraham pater vester exultavit, ut videret diem meum*, et ideo subdit, *a quibus eum secundum beatificam praesentiam suae divinitatis numquam video recessisse*: in quantum scilicet ante adventum Christi erant beati in spe, licet nondum essent perfecte beati in re „. At non placet haec anonymo ei scriptori responsio, qui ante hos menses paucos edidit Italice Venetiis epistolas quinque hoc titulo : *Lettere teologico-critiche spettanti alla controversia tra il signor Giovanni Cadonici, e il p. Liberato Fassoni delle scuole pie intorno alla beatitudine de' santi patriarchi nel seno d'Abramo*. Itaque negat, se doctori angelico assentiri, quem tamen suum esse magistrum scribit. *Che io, inquit, venero per maestro. Magistrum vocat, cuius non vult esse discipulus. Auctor operis imperfecti in Matth. inter opera Chrysost. homil.* XXIX. *t.* VI. *append. pag.* CLXXX. *edit. paris. an.* 1724. Addit mox anonymus, non mirari se, si ratio, quam ipse consequutus est in explicando Augustini loco, Thomam fugerit. Sed autem ἀθαυμαστμοῦ, hoc est *non admirationis* hanc affert rationem. Nam cum ab Augustino, inquit, sermonem illum *de resurrectione, qui est in veteribus editionibus centesimus trigesimus septimus de tempore*, perscriptum fuisse Thomas arbitraretur, quo in sermone legitur „ Christus in inferno descendens portam inferni, et vectes ferreos confregit, et omnes „ iustos, qui originali peccato adstricti tenebantur absolvit, et sancti illi lacrimabili obsecratione Christum orabant, etc. „ debebat ille quidem *locum minus apertum epistolae ad Evodium ad eumdem pertrahere, qui in eo sermone erat clarissimus, indeque ita explicare Augustini mentem, ut conciliari cum sermone eodem posset*. Tam paucis quam multa peccat! principio serm. 137. *de temp.* qui Augustini non est, causam fuisse ait, quamobrem Thomas sic interpretatus locum epistolae ad Evodium fuerit. At hariolari profecto id est. Ubinam enim Thomas sanctos veteris testamenti in Abrahae sinu Dei visione beatos fuisse negavit auctoritate fretus sermonis 137? In argumento illo, quod *sed contra* vocant, dicet anonymus : sat scio. Age vero expediat, quidquam ne Thomas eo argumento *sed contra* statuerit. Si neget anonymus, captus est. Nam quo demum modo argumento illo uitere, quo nihil statuas? Sin aiat, quid apud Thomam argumentum *sed contra* valeat, ignoret necesse est is, qui magistro glorietur Thoma. Nemo enim est in operibus eius doctoris mediocriter etiam exercitatus, qui nesciat, argumento *sed contra* obiici sibi a Thoma quidpiam interdum, quod deinde in *corpore*, quod vocant, articuli expediat, vel proponi summam, non autem finiri quaestionem? Cum igitur Thomas vim nullam inesse argumento *sed contra* voluerit, locumque ex sermone illo notho attulerit in uno argumento eodem *sed contra*, indicio est, non tanti eum id loci fecisse, ut eo esse quaestionem solvendam, finiendamque putaverit. Quod cum ita sit, quid erat causae, quamobrem anonymus permotum eo sermone Thomam fuisse indicaret, ut locum ex epistola ad Evodium de *visione Dei in spe* interpretaretur? An in responsione ad I. argumentum, quo locum ex eadem epistola acceptum explicat, usus est Thomas ῥητῷ ullo ex sermone eodem 127. *de tempore*, qui sermo nunc est in append. *num.* 160. *tom.* V. *opp. Augustini p.* 200. *edit. antverp. an.* 1700.? Nihil minus. An indicavit saltem, componere se velle cum eo sermone *epist.* CLXIV. al. XCIX. ad Evodium? Ne id quidem. Quae igitur, malum! hariolandi ista est ratio, ut Thomam id pugnae voluisse, quod Thomas non solum non dixit se velle, sed ne indicio quidem ullo significavit? Quaero nunc ex anonymo, quo ex opere Augustini Thomas intelle-

Digitized by Google

que fidelium animae, quae de corporibus exierunt, nihil habentes purgabile; vel quae iam in purgatorio sint purgatae, ad

xerit, ita esse locum illum epistolae ad Evodium explicandum, ut eum explicat? Ex epistola certe ipsa ad Evodium. Iam id responsio Thomae demonstrat, nullus ut esse tergiversandi locus possit. Epistola igitur ipsa ad Evodium effecit, ut sic Thomas locum illum ex eadem epistola interpretaretur. Non ergo sermo 137. cuius ibidem Thomas non meminit. Iam hoc teneo, anonymum, qui sermonem illum 137. fraudi fuisse Thomae voluerit, aut ipsum errore fuisse, quod credo; aut, quod certe non credo, circumvenire lectores suos voluisse dolis. Deinde cur eius sermonis habendam nullam esse rationem anonymus neget, non video. Nam etsi Augustini non est, tamen est magnam partem compositus, conflatusque ex Gregorii magni sententiis, cui doctori tanto, et pontifici maximo Augustinum adversari dicere, cum sit invidiae plenum, non licet; anteferre autem, multo minus licet. Atque Gregorii quidem ea ex homilia xxii. in *evangelia num.* 6. *tom.* I. *opp. pag.* 1533. *edit. paris. an.* 1705. sententia est, quae numero 1. eiusdem sermonis continetur: *Per hanc* (solemnitatem) *electi, qui quamvis in tranquillitatis sinu, tamen apud inferni claustra tenebantur, ad paradisi amoena reducti sunt. Quod ante passionem suam dixit, in resurrectione sua Dominus implevit.* Si exaltatus fuero, inquit, a terra, omnia traham ad me. *Omnia etenim traxit, qui de electis suis apud inferos nullum reliquit. Omnia abstulit, utique electa etc.* Horum similia habet Gregorius *lib.* xii. *in Iob cap.* ix. *num.* 13. *pag.* 307. *tomo eod. Lib.* autem xiii. *cap.* xliv. *num.* 49. *pag.* 433. auctori sermonis praelucens (qui scripserat, ut s. Thomas in *arg. sed contra* animadvertit:,, Christus quando ad inferos descendit, portam inferni, et vectes ,, confregit, et omnes iustos, qui originali peccato adstricti tenebantur, absolvit,,); sic idem habet Gregorius:,, Dum conditor, ac redemptor noster claustra ,, inferni penetrans, electorum exinde animas eduxit, ,, nos illo ire non patitur, unde iam alios descendendo liberavit. Hi vero, ante eius adventum in hunc ,, mundum venerunt, quantamlibet iustitiae virtutem ,, haberent, ex corporibus educti in sinu caelestis patriae statim recipi NULLO MODO POTERANT, quia necdum ille venerat, QUI INFERNI CLAUSTRA SUA DESCENSIONE SOLVERET, et iustorum animas in perpetua iam ,, sede collocaret,... Priores etenim sancti et sustinere ,, adversa poterant, et tamen e corporibus educti adhuc ,, ab inferni locis liberari non poterant, quia needum ,, venerat, qui illuc sine culpa descenderet, ut eos, ,, qui ibi tenebantur ex culpa, liberaret... Et quia in ,, ipsis quoque inferni locis iustorum animae sine tormento tenebantur, ut ea PRO ORIGINALI CULPA adhuc ,, descenderent (*vide ibid. a. Th. in corp. art. ubi id ,, quemadmodum sit intelligendum explicat*) et tamen ex ,, propriis actibus supplicium non haberent. Quasi in ,, tenebris lectulum stravisse, et in inferno sibi requiem ,, praeparasse. Grave enim taedium electis fuit post ,, solutionem carnis ADHUC SPECIEM NON VIDERE CREATORIS. Quod taedium non immerito beatus Iob tenebras vocat,,. Haec cum a Gregorio tam explicate, tanta firmitate, tantaque constantia dicta sint, quid est, quod negligenda quisquam arbitretur esse, ut eum sequatur sensum, quem in Augustini epistola *minus esse apertum*, idem ille, quem refello, animadvertit anonymus? Quod si apertam Gregorii sententiam sequemur, per est (quod anonymus, opinor, concedet) iam id erit consequens, ut vel Augustinum hoc in genere esse audiendum neget; vel ni neget (non negaturum autem certo scio) Augustini sane *minus apertum*, ut scribit, sensum ad *apertum*, ac manifestum Gregorii accommodandum esse confiteatur. Hoc vero cum ita sit, illud item mihi omnino anonymus dabit, Thomam (*quem debuisse ait minus apertum sensum epistolae ad Evodiam, ad clarissimum, qui in sermone* 137. *sonat, referre, propterea quod, ut ea aetas ferebat, sermonem ipsum Augustino omnes adscriberent*) Thomam, inquam, si modo viveret, non fuisse mutaturum sententiam. Nam si minus ipse per se (quod de tanto viro nefas est credere, qui in patrum, Gregoriique in primis operibus mirifice versatus erat, quod et eius libri demonstrant ipsius s. pontificis testimoniorum pleni), et opera saltem monachorum s. Mauri, qui id adnotarunt intellexisset, partem illam sermonis sententiis Gregorii constare, cavissetque sibi, ut ne contra atque ratio postularet, *minus aperte* (ut anonymus dicit) Augustini sensu explicasse, vel potius implicasse, obscurasseque *apertam* Gregorii videretur. Eo igitur redigetur anonymus, ut quod hariolans *epistola* I. *pag.* 9. scripsit, *Thomam si novisset, adimendum eum sermonem Augustino esse, una cum auctoritate praetensi Augustini rationem etiam ex sermone ipso acceptam fuisse abiecturum*, id totum inane, ac nugatorium esse fateatur. Tertio loco, qua demum anonymus confidentia ex uno minus aperto epistolae ad Evodium suum, concludit, Augustinum ipsum existimasse, veteris testamenti patres ante descensum Christi ad inferos, beatos fuisse visione Dei? Ex apertis enim, clarisque, non ex *minus apertis*, scriptorum locis concludendum est quid quisque eorum senserit; neque ferendum, ut, non dicam minus aperta, sed etiam *aperta* unius, duorum, triumve patrum loca scripturae sacrae, ceterorum patrum, pontificum maximorum, librorum liturgicorum christianarum nationum universarum, catechismorum orthodoxorum omnium, omnium denique theologorum, ac propterea ecclesiae totius catholicae *apertis* sententiis praeferantur. Ac de scripturis quidem, de patribus ceteris, de pontificibus, de libris divinorum officiorum christianarum quarumque nationum, de catechismis, de theolo-

Digitized by Google

visionem nudam, et claram, beatificam, intuitivam (perveniunt) *per immediatam divinae essentiae beatissimae Trinitatis Patris,*

gis omnibus, atque adeo de ecclesiae catholicae universae anonymi dictis repugnante sententia agam in extremo hoc volumine copiose. Interea hoc mihi, quod negari nullo modo potest, omnino concedi volo: tam certum apud orthodoxos omnes, tamque testatum esse, patres veteris testamenti in sinu Abrahae gavisos ante Christi descensum ad inferos non fuisse beatifica visione Dei, ut id summi theologi ad symbolum fidei, seu ad fidem pertinere statuant. Atque *tangi* id quidem in symbolo, testis est s. Thomas *opusculo* II. *cap.* CCXXXV. *pag.* 78. *edit. bergomensis an.* 1741., Guillelmus Estius in III. *libro sententiarum dist.* XXII. §. 4. *pag.* 60. *edit. parisiensis an.* 1672., *omnium hanc esse patrum doctrinam* scribit, Franciscus Suaresius in III. s. Thomae *summae theologicae partem quaest.* LII. *disp.* XLII. *pag.* 433. *t.* II. *edit. lugdun. an.* 1614. „ *Certa fide* tenendum est, inquit, *ante Christi mortem nullam animam quantumvis sanctam, et puram essentialem beatitudinem accepisse. Ita docent theologi* in III. *dist.* XXII. et in IV. *dist.* 2., *divus Thomas ibi, et supra quaest.* XLIX. *art.* 5., *Alexander Alensis* III. *p. quaest.* 18. *membro* IV., *Scotus in* IV. *dist.* II. *quaest.* II. *et reliqui, qui hoc sensu tradunt, Christum morte sua aperuisse hominibus ianuam regni.* Sed longum est omnes commemorare. Redeo ad Augustinum. Iam animadverterat in responsione ad I. *articuli* V. *quaest.* LII. *tertiae partis*, ut supra est demonstratum, Thomas, agi ab Augustino in *epistola* ad Evodium adversus quosdam, qui *antiquos iustos ante adventum Christi in inferno doloribus poenarum fuisse subiectos* putabant. Descripserat ad eam rem confirmandam Augustini verba, uti iam vidimus. Quare concluserat Augustinum ipsum aientem, non *videre se quid descensus Christi ad inferos antiquis iustis contulerit*, intelligi de absolutione a doloribus poenarum oportere, non de adeptione gloriae, quam eis contulit, *et per consequens solutum a Christo eum dolorem fuisse, quem patiebantur ex dilatione gloriae, ex cuius tamen spe magnum gaudium habebant.* Quid autem ad haec anonymus? *Su di ciò*, inquit, *non altro replico.* At demonstrandum ipsi erat, ut a Thoma recederet, Thomae responsum componi cum Augustini loco non posse. Verum negat id se velle facere, quod fore prospiciat curae Cadonico cremonensi canonico, et civi suo. *Nell'opera*, inquit, *del chiarissimo signor Cadonici nostro concittadino, ed amicissimo, che di giorno in giorno dovrebbe uscire alla luce, altre opportune riflessioni troverete, con che confermare maggiormente questa mia spiegazione.* Est is Cadonicus ille, non inventor quidem novi eius portenti opinionis, quod placet anonymo (nam id excogitatum a quopiam primum fuerat e numero protestantium), sed assertor ac propagator. At dicet aliquis, responsum Thomae anonymus ante depulerat. Magistri ne discipulus? Quid magistri? Thomam hic verbo magistrum dicit, re autem vera oppugnat ut hostem. Sed quibus argumentis depulerat, obsecro? *Verba Augustini intelligenda suo quidem iudicio esse*, dixerat, *ita ut, post Pearsonium, volunt Cadonicus, et p. Feltrinus ex instituto scholarum piarum.* Video, quo doctore utatur. Pearsonio scilicet homine de secta haereticorum anglorum, quos episcopales vocant. Egregium sane nactus Augustini interpretem est, quem sequatur. Verum age, quid post Pearsonium Cadonicus velit, perspiciamus. At animadvertenda quaedam initio sunt. Animadvertat, per me licet. *Christus*, inquit, *ad inferos descendit, ut animas doloribus solveret, veluti cap.* II. *vers.* 24. *actor. apostolicorum legitur.* Est ita plane. *At patriarchas, et prophetas, quibus, ut dicit s. doctor* (Augustinus) *in scriptura Dei iustitiae, pietatisque tam insigne testimonium perhibetur, non habitabant in inferno, sed in sinu Abrahae.* De sinu, quod scribit, assentior; quod vero addit, sinum ipsum, Augustini sententia, in inferorum loco aliquo non fuisse, nullo modo prorsus assentior. Nam s. doctor lib. XX. *de civitate Dei cap.* XV. *pag.* 448. *tomo* VII. *opp. edit. antuerp. an.* 1700. „ Nec frustra, „ *inquit*, non satis fuit, ut (*Iohannes in apocalypsi*) „ diceret mors, sed *infernus*, sed utrumque dictum est: „ mors propter bonos, qui tantummodo mortem perpeti potuerunt, non et infernum; infernus autem „ propter malos, qui etiam poenas apud inferos pendent. SI ENIM NON ABSURDE CREDI VIDETUR, ANTIQUOS „ ETIAM SANCTOS, QUI VENTURI CHRISTI TENUERUNT FIDEM, „ LOCIS QUIDEM A TORMENTIS IMPIORUM REMOTISSIMIS, SED „ APUD INFEROS FUISSE, DONEC EOS INDE SANGUIS CHRISTI, „ ET AD EA LOCA DESCENSUS ERUERET, PROFECTO DEINCEPS BONI FIDELES EFFUSO ILLO PRETIO IAM REDEMPTI „ PRORSUS INFEROS NESCIUNT, donec receptis corporibus, „ bona recipiant, quae merentur „. *Et enarrat. in psalmum* LXXXV. *num.* 18. *pag.* 686. *tom.* IV. *edit. sinod.* „ Nondum Dominus venerat ad infernum, ut erueret „ inde omnium sanctorum praecedentium animas, ET „ TAMEN ABRAHAM IN REQUIE IBI ERAT, et quidam dives, cum torqueretur apud inferos, cum videret „ Abraham levavit oculos. Non eum posset levatis oculis videre, nisi ille esset superius, ille inferius. Et „ quid respondit ei Abraham, cum diceret, *pater Abraham mitte Lazarum etc.*? *Fili*, ait, *memento, quia recepisti bona in vita tua, Lazarus autem mala. Nunc autem hic requiescit, tu vero torqueris*; et super haec „ ait, *inter nos, et vos magnum chaos firmatum est*, ut „ nec possimus venire ad vos, nec inde aliquis venire ad nos. Ergo inter ista duo fortasse inferna, „ QUORUM IN UNO QUIEVERUNT ANIMAE IUSTORUM, in altero torquentur animae impiorum, attendens quidam orans hic „: eruisse Deum animam suam ab *inferno inferiori* dicit, etc. „ Non ergo negavit Augustinus, Abrahae sinum fuisse in inferis: nec vero statuit, in inferis non ivisse. At in epistola ad Evodium Au-

et Filii, et Spiritus sancti, quam apostolus I. *ad corinth.* XIII. *cap. nominat visionem facie ad faciem, ipsaque deitate perfecte*

gustinus scribit de sinu eodem hoc modo, *qui non utique aliqua pars inferorum esse credenda est.* Id si darem, tamen nihil anonymus ageret. Dicerem namque, Augustinum revocasse quod in hisce litteris affirmarat. Scriptae namque hae fuerunt anno circiter 415., ut est adnotatum a monachis s. Mauri, tom. II. opp. *Augustini pag.* 436. *sq. edit. antuerp. an.* 1700. Contra XX. liber de civitate Dei post annum 420., nec multo ante annum 426. compositus est, ut ex praefatione in eos libros monachorum congregationis s. Mauri, quibus anonymus tantum tribuit laudis, intelligitur. Enarratio in ps. LXXXV. post annum eumdem 415. perfecta est. Sed hoc ego responsum non egeo. Hoc dico breve, dubitantem Augustinum de hisce rebus egisse in epistola ad Evodium. Numero enim 6. addi a quibusdam scribit hoc beneficium *antiquis etiam sanctis fuisse concessum, Abel, Seth, Noe etc. ut cum Dominus in infernum venisset, doloribus solverentur.* Etsi certum est, dolores in sinu Abrahae patriarcharum etc. animas perpessas non fuisse, tamen ne ea quidem de re Augustinus quidquam certo sibi statuendum iudicavit. *Sed quonam modo,* inquit, *intelligatur, Abraham, in cuius sinum pius etiam pauper susceptus est, in illis fuisse doloribus, ego quidem non video; explicent fortasse qui possunt.* Rursum hoc dato, veteris nempe testamenti sanctos in quietis fuisse loco; *nondum se intelligere,* Augustinus ait, *quid his praestiterit, qui dolores solvit inferni, in quibus illi non fuerunt.* Cur autem *nondum intellexisset*, quod post intellexit, ut ex loco iam allato lib. XX. de civitate Dei perspicitur, hanc *praesertim* indicat causam: *praesertim,* inquit, *quia ne ipsos quidem inferos usquam scripturarum in bono appellatos potui reperire.* Non ait, *non legitur*, sed *non potui reperire.* At post reperit quo demum modo ex scripturis intelligi posset quietis infernus locus, ut *enarratione* in ps. LXXXV. indicat. Neque ille solum, sed deinceps etiam theologi repererunt, quod in extremo hoc volumine demonstrabo. Adiungit mox Augustinus: *Quod si nusquam legitur,* non dicit omnino *nusquam legitur*, sed adiuncta conditione, *si nusquam in divinis auctoritatibus legitur, non utique sinus ille Abrahae, hoc est secretae cuiusdam quietis habitatio, aliqua pars inferorum credenda est.* Non ergo ἁπλῶς, *absoluteque,* ut aiunt, scribit, τὸ *non utique sinus ille Abrahae aliqua pars inferorum credenda est,* sed posita conditione, *si non legitur in divinis auctoritatibus etc.* Qua igitur confidentia anonymus, quod ab Augustino *conditione* adhibita dictum est, id ita exhibet, ac si fuerit *absolute* dictum? Verum dubitans etiam deinceps Augustinus loquutus libro XX. de civitate Dei, et enarrat. in ps. LXXXV. est de sinu Abrahae in inferni parte quapiam constituto. Sit ita plane. Quid igitur? An dubitantis tu testimonium auctoritati praeferes ceterorum patrum, theologorumque, sinum Abrahae in inferno quopiam loco fuisse affirmantium? Quemquam ne tam esse absurdo ingenio arbitrare, ut sibi esse quidpiam contra omnium ecclesiarum consensionem, et fidem adfirmandum putet, ob eam caussam, quod idipsum olim Augustinus non affirmarit quidem, sed dubitarit? Non feret, mihi crede, ecclesia catholica, quae etsi dubitasse Augustinum de aliquibus rebus norit, tamen non patitur, ut eius dubitationis caussa, contra quisquam, iisdem de rebus affirmet, atque ceterorum omnium orthodoxorum postat consensio. De me autem sic habeto: etsi tantum Augustino tribuo auctoritatis, quantum vix ulli umquam sanctorum patrum tributum sit, tamen extorquere a me ipso non possum, ut propterea esse verum aliquid putem, quod ita ille dixerit; multo vero minus, quod dubitarit. Nam ut est a Norisio, *vindiciar. augustinianarum cap.* IV. §. III. *pag.* 61. *edit. patav. ann.* 1709., animadversum: „ Sanctum patrem de aliquo dubitasse, „ quod modo extra dubium ponitur, necessario dicen„ dum est „. Atque iniurium me quidem Augustino esse iudicarem, id si ei concederem, quod ipse nulli patrum umquam concedendum esse, non dubitarit quidem, sed affirmans statuerit, *epist.* LXXXII. *al.* XIX. *ad Hieron. cap.* I. *num.* 3. *tom.* II. *opp. edit. antuerp. anno* 1700. „ Nam solis, inquit, scripturarum libris, qui „ iam canonici appellantur, didici hunc timorem, ho„ noremque deferre, ut nullum eorum auctorem scri„ bendo aliquid errasse firmissime credam.... Alios „ autem ita lego, ut quantalibet sanctitate, doctrina„ que praepolleant, non ideo verum putem, quia ipsi „ ita senserunt; sed quia mihi per illos auctores ca„ nonicos vel probabili ratione, quod a vero non „ abhorreat, persuadere potuerunt „. Quin etiam resisterem, quod equidem numquam faciam, Thomae aquinati doctori angelico, et magistro meo, *qui* II. II. *q.* X. *art.* XII. „ magis, *inquit*, standum est auctoritati „ ecclesiae, quam auctoritati vel Augustini, vel Hiero„ nymi, vel cuiuscumque doctoris „. *Et Quodlibet* II. *quaest.* IV. *art.* 2. *in corp.* „ Maximam, *inquit*, auctoritatem habet consuetudo ecclesiae, quae semper est in „ omnibus aemulanda, quia et ipsa DOCTRINA CATHOLI„ CORUM DOCTORUM ab ecclesia auctoritatem habet; „ unde magis est standum consuetudini ecclesiae, quam „ vel auctoritati Augustini, vel Hieronymi, vel cuius„ cumque doctoris „. Quod si Augustino standum non esset, si quidquam contra ecclesiae non solum consensionem in re doctrinae, sed vel contra consuetudinem statueret, quanto minus affirmare nobis licet quidpiam, de quo ille dubitavisset? At non erant in doloribus patriarcharum animae, sed in *memorabilis quietis sinu, in secretae cuiusdam quietis habitatione, in tantae illius felicitatis sinu.* Quid hoc ad rem? An illae idcirco in parte inferorum nullae erant? Ecce autem ut Augu-

Digitized by Google

fruuntur, et iam quod crediderunt videntes, quod optaverunt tenentes, non in spe, sed in re sunt beatae; quamquam dicta

stinus xx. *de civitate Dei libro*, et *enarrat. in ps.* lxxxv. sinum illum quietis etc. in inferorum aliquo loco fuisse non absurde credi testatur. Sed scribit idem Augustinus hoc modo: ab iis animabus potrum Verbum divinum *secundum beatificam praesentiam suae divinitatis numquam video recessisse*. Quid tu? *Beatificam praesentiam* eamdem ne esse atque *beatificam visionem* censes? Parum te esse in Augustini libris versatum oportet, qui nescias *beatificae praesentiae* vocabulis non *visionem* ab eo *beatificam* indicari, sed felicitatem, quam tibi praesens Deus afferat, etsi ipsum non intuere. Quid enim? An vivos in terris homines (quos *praesentia Dei iustificari, illuminari, beatificari Augustinus* in viii. *de Genesi ad litteram libro cap.* xii. *pag.* 176. *tom.* iii. *p.* i. *edit. antuerp. an.* 1700. scribit) intueri censes *beatifica visione Deum*? Sic autem ille habet: „ Non „ tale aliquid est homo, ut factus, deserente eo, qui „ fecit, possit aliquid agere bene tamquam ex se ipso; „ sed tota eius actio bona, est converti ad eum, a „ quo factus est, et ab eo iustus, pius, sapiens, bea„ tusque semper fieri: non fieri, et recedere, sicut a „ corporis medico sanari, et abire; quia medicus cor„ poris operarius fuit extrinsecus, serviens naturae in„ trinsecus operanti sub Deo. Non ergo ita se debet „ homo ad Dominum convertere, ut cum ab eo fa„ ctus fuerit iustus, abscedat, sed ita ut ab illo sem„ per fiat. Eo quippe ipso, cum ab illo non discedit, „ EIUS SIBI PRAESENTIA IUSTIFICATUR, ET ILLUMINATUR, ET „ BEATIFICATUR, operante, et custodiente Deo, dum „ OBEDIENTI, subiectoque dominatur „. *Beatificatur* ergo, Augustino teste, *praesentia Dei* is, qui non discedit a Deo, cum possit discedere; quique *obedientem* se, *subiectumque* praebet eidem Deo. Ecquis autem is est, qui discedere possit, nec discedat tamen, sed obediat, subiectusque sit Deo, nisi homo viator, atque adeo non gaudens visione Dei? *Beatificatur* igitur, Augustino auctore, *praesentia Dei* homo viator, adeoque non videns Deum. Iam vero *praesentia Dei*, qua quis *beatificatur*, *praesentia est beatifica*. Is autem (qui cum possit, non tamen recedit a Deo, eo proinde *praesentia Dei beatificatur*) quamdiu non recedit a Deo, non desinit *praesentia beatificari Dei*. Non ergo *discedit ab eo Deus sua praesentia beatifica*, quamdiu ille non recedit a Deo. Alias non *beatificaretur praesentia Dei*. Verum etsi non *discedat ab eo praesentia beatifica sua Deus*, tamen ille viator cum sit, non videt Deum. *Adesse* igitur, ostendit Augustinus, Deum *sua praesentia beatifica* ei, qui non videat Deum. Cum ergo Augustinus scribit, non discessisse umquam divinum Verbum *sua beatifica praesentia ab animabus* sanctorum in sinu Abrahae ante Christi mortem manentibus, non id scribit, unde *beatifica visione* gavisas animas illas fuisse concludendum sit. Alioqui cum scripsit nos ipsos, qui vitam hanc adhuc mortalem degimus, si iuncti Deo simus, *praesentia Dei beatificari*, id scripsisset, unde concludi posset, nos mortalem adhuc degentes vitam frui *beatifica visione Dei*, quod sibi quisque nostrum est conscius esse falsum. Quod si dum Augustinus ait, mortales homines, qui a Deo non recedant, *praesentia Dei beatificari*, de pace, de gaudio, de felicitate quadam bonae conscientiae (quae quidem pax, quod gaudium, quae felicitas donum est Dei) intelligendus est; cur non item ubi scribit, non discessisse Verbum beatifica sua praesentia ab animabus sanctis in sinu Abrahae manentibus ante Christi mortem, intelligi poterit de pace, de gaudio, deque felicitate, qua illae spe, quam certo norant explendam, ducti potiebantur, et quam concedendo divinum Verbum *praesentiam illi suam insinuabat*? Ac nisi *gaudium*, *delectationem*, *pacem*, *felicitatem* eiusmodi, quae donum Dei est, *beatitudinem* quamdam esse Augustinus putasset, numquam in libro i. de libero arbitrio *cap.* xi. *pag.* 428. *tom.* i. *opp. edit. an.* 1700. scripsisset: *Quamquam credimus, hominem tam perfecte conditum a Deo, et in* BEATA VITA *constitutum, ut ad aerumnas mortalis vitae ipse inde propria voluntate delapsus sit etc.* Nec in eo libro, qui de *correptione*, *et gratia* inscribitur, *cap.* x. *num.* 27. *pag.* 505. *tom.* x. *eiusd. edit.* dixisset: *diabolus, et angelis eius, etsi beati erant, antequam caderent, et se in miseriam casuros esse nesciebant, erat tamen adhuc, quod eorum adderetur beatitudini, si per liberum arbitrium in veritate stetissent, donec istam summae beatitudinis plenitudinem tamquam praemium ipsius permansionis acciperent.* Nec *lib.* x. *confessionum cap.* xxi. *pag.* 136. *tom.* i. *eiusd. edit.* id statuisset, quod plane respondet verbis, quibus est Thomas interpretatus eum epistolae ad Evodium, quo adversarii abutuntur, locum; non, inquam, statuisset *esse beatam vitam, quam omnes volunt, et omnino qui nolit esse neminem*; neque adiunxisset: *Ubi noverunt eam, quod sic volunt eam? Ubi viderunt, ut amarent eam? Nimirum habemus eam nescio quomodo. Et est alius quidam modus, quo quisque cum habet eam, tunc beatus est*: ET SUNT, QUI SPE BEATI SUNT. *Inferiore modo isti habent eam, quam illi, qui iam beati sunt; sed tamen meliores, quam illi, qui nec* RE, *nec* SPE BEATI SUNT. Et *lib.* xix. *de civitate Dei cap.* xx. *pag.* 426. *tom.* vii. *edit. eiusd.* *Quis est, qui illam vitam* (aeternam) *vel beatissimam neget, vel in eius comparatione istam, quae hic agitur, quantislibet animi, et corporis, externarumque rerum bonis plena est, non miserrimam iudicet? Quam tamen quicumque sic habet, ut eius usum referat ad illius finem, quam diligit ardentissime, ac fidelissime sperat, non absurde dici etiam nunc* BEATUS *potest* SPE *illa potius, quam* RE *ista.* Confer etiam *epist.* clv. *al.* lii. *cap. ult. n.* 16. *pag.* 411. *tom.* ii. *edit. eiusdem.* Mitto cetera. Longius enim progressus sum, quam initio constitueram. Quod

visio, quam nunc habent, resumptis corporibus, minime evacuabitur alia succedente; sed ipsa et in eis, cum sit earum vita

si pace, et gaudio ex hac spe orto beatum Deus efficit animam hominis mortalem vitam degentis, quanto magis beatos effecit sanctos in Abrahae sinu ante Christi mortem manentes gaudio, et pace orta ex veritate, et spe certa sempiternae beatitatis consistentis in visione ipsiusmet Dei? *Neque enim*, inquit Augustinus *epist.* CLV. *al.* LII. *ad Macedonium cap.* I. *num.* 2. *pagina* 407., *neque enim facit beatum hominem, nisi qui fecit hominem.* Et rursum *enarrat. in ps.* LXXIV. *num.* 2. *tom.* IV. *pag.* 586. *edit. maur.*, ubi superbos a longe respici a Deo, humiles non a *longe* dixit, *hos*, inquit, *facit* BEATOS *quibus appropinquat.* Quemadmodum autem humiles faciat *beatos* Deus, dixerat *num.* I. *pag.* 585. „ *Humiles consolatur in spe. Est enim promissio Dei rata, certa, fixa, et inconcussa, fidelis, et omni dubitatione carens, quae consolatur afflictos. Tota enim vita humana super terram, sicut scriptum est, tentatio est. Nec quasi prospera eligenda est, et sola adversa devitanda, sed utraque cavenda est, illa ne corrumpat, ista ne frangat: ut utrisque hominum in quocumque statu rerum in hac vita egerit, non sit refugium, nisi Deus, nec ullum gaudium, nisi in promissis Dei. Vita enim haec qualibet redundans felicitate multos fallit, Deus neminem. Quia ergo omni homini converso ad Deum mutatur delectatio, mutantur deliciae; non enim subtrahuntur, sed mutantur. Omnes autem delicias nostras in hac vita nondum sunt in re, sed in spe. Sed ipsa spes tam certa est, ut omnibus huius saeculi deliciis praeponenda sit, sicut scriptum est, delectare in Domino. Et ne putares te iam habere, quod promittit, subiecit statim: et dabit tibi petitiones cordis tui. Si ergo nondum habes petitiones cordis tui, unde delectaris in Domino, nisi quia tenes certum promissorem, qui se effecit promittendo debitorem.* Atque huiusmodi spe, quae tantum affert delectationis, et deliciarum, *beatam esse in ista vita, Deo intellecto*, *animam* dicit in I. *retract. cap.* II. *num.* 3. *tom.* I. *pag.* 5. *edit. maur.* Quum autem beatum efficiat Deus hominem spe illa, quae promissis certissimis nititur, delectetque ita, ut deliciis quibusque huius mundi ea delectatio maior sit; Deus certe actione sua, qua ipsum beatum efficit, insinuat ei praesentiam suam: quare adest ei *praesentia beatifica sua.* Ac si hominem mortalem hanc vitam agentem *illuminat Deus*, Augustino teste, ut vidimus (*praesentia sua*), et *iustificat praesentia sua*, nec tamen *illuminando praesentia sua*, aut *iustificando praesentia sua* ostendit mortali *faciem suam*, sed tantum ostensa veritate *illuminando*, et *iustificando* concessa gratia, insinuat ei *praesentiam suam*; cur non etiam dum *beatum spe* efficit hominem, eaque ei praesentiam insinuat actione sua beatitudinem illam afferente, dici non debet adesse ei homini *beatifica praesentia sua*? Quod si spe, qua mortalis homo ducitur, mortalis ipse homo *praesentia Dei* beatus efficitur, Augustini sententia; quanto magis *beatificam praesentiam Dei* adfuisse sanctis ante Christi mortem in Abrahae sinu manentibus dici ab Augustino ipso potuit, qui noret, sanctorum, quos memoravimus, animas, certa veritate novisse futurum, ut post mortem Christi, visione Dei perpetuo fruerentur? Porro equidem, ac postulo ab anonymo, cur ubi Augustinus *praesentia Dei illuminari* hominem dicit, *de visione Dei* intelligendus non sit; ubi vero eum *praesentia Dei beatificari* affirmat, sit de *visione Dei* intelligendus? Nam si *illuminando Deus praesentia sua* non ostendit homini *revelatam praesentiam, faciemve suam*, sed tantum actione illuminationis, hoc est veritatis manifestatione insinuat ei *praesentiam suam*; cur non item spem, delectationemque, Augustino memoratam, concedendo, quae est deliciis quibusque huius mundi superior, atque hoc pacto beatificando praesentia sua, insinuabit quidem homini actione illa sua praesentiam suam, sed non ostendet revelatam praesentiam, faciemve suam? Hoc nisi anonymus expedierit, nihil aget. Atque illuminari quidem hominem *mortalem praesentia Dei*, non solum demonstrat Augustinus eo ῥητῷ, quod supra descripsi ex lib. de Genesi ad litteram, sed etiam *lib.* LXXXIII. *quaest.* XII. *pag.* 3. *edit. maur. tom.* VI., multisque aliis locis, quae, ne longior sim, praetermitto. Prospexerat autem ille fortasse fore aliquos, qui ubi *illuminationem vultus Dei* nominari in scripturis intellexissent, in eam cogitationem venirent, ut Deum in ea natura, qua Deus est, visum olim iudaeis fuisse arbitrarentur, quemadmodum nunc anonymus *beatificae praesentiae* verbis indicari *beatificam Dei visionem* putat; quare, ne quid tale quisquam concederet, *Enarrat. in psalmum* XLIII. *num.* 4. *pag.* 378. *tom.* IV. *edit. maur.* versum illum explicans: *dextera tua, brachium tuum, et illuminatio vultus tui* „ Quid est hoc? *inquit.* Quia talibus signis „ eis adfuisti, ut praesens intelligereris. Numquid enim „ quando nobis Deus aliquo miraculo adest, faciem „ ipsius oculis nostris videmus? Sed effectu miraculi „ suam praesentiam insinuat hominibus „. Quae cum ita sint, τὸ *beatifica praesentia*, cuius in epistola ad Evodium fit mentio, non efficit visum Augustino fuisse, patriarcharum in sinu Abrahae animas gavisas fuisse *beatifica visione Dei.* Quo ex re intelligitur, quam non recte ex *epist.* illa concludat anonymus scribens, *nihil ergo contribuit patriarchis Christus suo descensu ad inferos.* At hoc Augustini est. Nego enim vero. Non enim id Augustinus conclusit, sed dubitans dixit, *nondum se invenisse, quid illis contulisset, qui in sinu Abrahae erant, cum ille in inferna descenderit*, n. 8. Nempe quid illis contulisset *solutionis dolorum.* De hac enim re ibidem Augustinus agit, ut ex num. 7. constat, in quo sic habet: *Quid his ergo praestiterit, qui dolores solvit inferni, in quibus illi non fuerunt, nondum intelligo, praesertim quia ne ipsos quidem inferos usquam scrip-*

aeterna, perpetuo remanebit. Et quia princeps inclite postmodum in die s. Iohannis evangelistae nos fecistis Parisiis con-

tarorum in bono appellatos potui reperire. Quare huc omnis Augustini revolvitur ratio: nondum nempe *se reperisse* a quibus eos doloribus Christus solverit, qui in quietis loco fuerint, quibusque praesens ubique Deus praestarit sapientia, operationeque sua, ut quieti, tranquilli, feliceque essent. Sed instat anonymus, atque, *ne dicatur*, inquit, *agi hic* (ab Augustino) *de beatifica presentia in spe, et non in re* (rursum Thomam oppugnat is, qui nobis narrat, se magistro gloriari Thoma), *considerentur quaeso illa verba, quae post paucas lineas leguntur*: „ Profecto igitur in paradiso, „ atque sinu Abrahae etiam ante iam erat beatificante sapientia, et apud inferos iudicante potentia „. Ego vero consideravi. Sed quid inde anonymus extundere queat, non video. Nisi forte velit, *damnatos vidisse*, ac videre Deum. Nam ut Augustinus ait, teste anonymo, apud inferos Verbum divinum ante etiam fuisse in *inferno, indicante potentia, sic ait fuisse in sinu Abrahae beatificante sapientia.* Quamquam *visionem Dei* quis umquam *sapientiae beatificantis* vocabulis omnino indicari pugnet? Sapientia enim sua Deus beatificat, quoties res ita disponit, distribuitque, ut inde quisque felix dici, et esse possit, etsi nondum sit assequutus beatitatem illam sempiternam consistentem in visione naturae Dei. At enim ex his Augustini verbis intelligitur, *ita fuisse Christum in sinu Abrahae beatificante sapientia, ut eadem beatificante sapientia praesens fuerat in paradiso, atque sua potentia indicante in inferno.* Nego τὸ *ita*. Non enim est Augustini. Quid autem illud est de *paradiso*, in quo Christus, qua Deus est, fuerit etiam ante quam latroni diceret, *hodie mecum eris etc.*? De quo *paradiso* loquitur ibi Augustinus, in quo *ante* etiam fuerit *divinum Verbum*? An de eo, in quo fuisse dicit angelos, antequam peccato se implicarent, praecipitesque fierent in infernum? *De civ. Dei lib. xiv. cap.* xi. *n.* 2. *pag.* 275. *tom.* vii. An de altero paradiso cum *spiritali*, tum *corporali*, in quo post lapsum etiam malorum angelorum Adamum vixisse beatum, Augustinus *ibid. cap.* x. *et* xi. *pag.* 274. *seq.* scribit? Certe si de primo, in quo Augustinus, ut supra ostendimus, ait, angelos malos, antequam laberentur, beatos vixisse: quin etiam si de altero, in quo parentes primos nostros *beatam* duxisse, affirmat vitam; negari non poterit, Verbum ibi divinum fuisse *beatificante sapientia*. Nam si tum angelos, tum parentes primos nostros *beatos* efficiebat, sua profecto *sapientia* efficeret *beatos*, necesse est. Atque ibi profecto erat Verbum, cum sit ubique. Quid igitur? An quia *ibi erat, sua beatificante sapientia*, eius illi *visione beatifica* gaudebant? Nihil minus, ut extremo cap. eodem x. pag. 274. Augustinus scribit, certumque omnino est. Fuit igitur in paradiso utroque illo divinum Verbum *beatificante sapientia*, et tamen nec angeli ipsi, nec primi parentes nostri illud videbant in *sa natura qua Deus est*. Quod si ex eo quod fuerit in utroque illo paradiso *beatifica sapientia sua Verbum*, non sequitur visendum se illud praebuisse angelis, primisque nostris parentibus: qui demum ex eo quod in sinu Abrahae fuerit *beatificante sapientia sua*, sequetur, *sanctorum animabus*, quae in sinu Abrahae *beate* vixisse creduntur, visendum se ita praebuisse, ut *perpetuo* etiam illud viderint? Sin *paradisi* nomine *sinum ipsum Abrahae* fuisse ibidem ab Augustino indicatum adversarius dicet; quid inde petere praesidii possit, non video. Nam hoc quaeritur, animae ne sanctorum in sinu Abrahae visione gavisae fuerint Dei, nec ne? Sumere autem sibi, uti concessum, quod est in quaestione positum non licet. Si enim *sinus Abrahae* idem atque ille *paradisus* est, ratio eius, qui sic disputaret: *Qui statuit, Verbum divinum in paradiso fuisse beatificante sapientia, idem statuit Verbum divinum beasse visione sua eos, qui erant in paradiso. Igitur qui statuit, Verbum divinum fuisse in sinu Abrahae beatificante sapientia, idem statuat necesse est, Verbum divinum visione sua beasse sanctorum animas, quae in sinu Abrahae ante Christi mortem manebant*; eius inquam, qui *paradisum Augustino memoratum eumdem atque sinum Abrahae fuisse putaret, in quo animae sanctorum veteris testamenti quiescebant ante Christi servatoris mortem*; quique sic disputaret, ratio eodem revolveretur atque hoc ταυτολογικὸν argumentum: *Qui statuit Verbum divinum in sinu Abrahae fuisse beatificante sapientia, idem statuit Verbum divinum visione sua beasse eos, qui erant in sinu Abrahae. Ergo qui etiam Verbum divinum fuisse beatificante sapientia in sinu Abrahae, idem statuat necesse est, Verbum divinum beasse visione sua eos, qui manebant in sinu Abrahae*: quo quid fingi potest obtusius? Sed dicet adversarius, esse Augustinum intelligendum de paradiso sanctorum angelorum. De hoc uno Augustinum loqui, hariolans certe adversarius dicat. Nihil enim tale est ex epistola ad Evodium, aut ex alio quopiam Augustini loco exculpet. De quocumque *paradiso* Augustinus egerit, oportet. Nam in quocumque paradiso non aliunde beatus quisquam fuit, nisi ex *beatificante sapientia Dei, qui ubique est.* Quid? si etiam in homine laetitia *bonae conscientiae, quae paradisus est*, Augustino teste, *lib.* xii. *de Gen. ad litt. cap.* xxxiv. *pag.* 240. *tom.* iii. *part.* a. *edit.* maur. et in *ecclesia*, quae item, ut *ibid.* ait Augustinus, *in sanctis temperanter, et iuste, et pie viventibus paradisus recte dicitur*, quidquid beatitudinis est, ex *beatificante sapientia* Verbi, quod *ibi est*, cum ubique sit, proficiscitur? *Non enim alicubi non est Christus, cum ipse sit sapientia Dei attingens ubique propter suam munditiam.* Augustinus *ibid. pag.* 241. Quod si Christus, qua Deus, in quocumque paradiso *erat beatificante sapientia*, nec tamen in *quovis paradiso* se visendum iis exhibebat, quos

Digitized by Google

gregari, et ibidem fuimus vestro nomine requisiti, ut illud, quod dixeramus, redigeremus in scriptis, nostris ibidem sigillis ap-

sua sapientia beabat; quid est, quod *beasse visione sua sanctorum animas in sinu Abrahae* tunc manentes dicendus sit, ex eo solum, quod Augustinus in epistola ad Evodium scripserit, fuisse *Verbum* in sinu Abrahae *beatificante sapientia*? Hoc certum est: in quovis eorum, quos Augustinus memorat, paradiso Verbum divinum fuisse *beatificante sapientia*; sed non eodem in omnibus beabat modo. Beabat quidem angelos, antequam caderent, *quia simul ut facti sunt, lux facti sunt: non tamen ita tantum creati, ut quoquo modo essent, et quoquo modo viverent, sed etiam illuminati, ut sapienter, beateque viverent, lib. xi. de civ. Dei c. xi. pag.* 214., beabat primos parentes nostros, quia eis *tantam bonorum affluentiam concedebat, ubi nec mors metuebatur, nec ulla corporis mala valetudo, nec aberat quidquam, quod bona voluntas adipisceretur, nec inerat, quod carnem animumve hominis feliciter viventis offenderet. Amorem immitebat imperturbatum in Deum, atque inter se coniugum fida, et sincera societate viventium, et ex hoc amore gaudium, non desistente, quod amabatur, ad fruendum etc., idem ibid. l. xiv. cap. x. pag.* 274. Beabat iustos *laetitia bonae conscientiae*, quam paradisum ab Augustino vocari vidimus, gaudioque orto ex spe futuri boni; de qua sane spe Augustinus idem libro xi. operis modo indicati *cap.* xii. scribit hoc modo: *Quantum pertinet ad delectationem praesentis boni, beatior erat primus homo in paradiso, quam quilibet iustus in hac infirmitate mortali; quantum autem ad spem futuri* (boni) *beatior quilibet in quibuslibet cruciatibus corporis, cui non opinione, sed certa veritate manifestum est, sine fine se habiturum omni molestia carentem societatem angelorum participatione summi Dei, quam erat ille homo sui casus incertus in magna illa felicitate paradisi.* Hoc pacto, quin *bearit* sanctorum animas in sinu Abrahae *beatifica sua sapientia* Verbum, neque negavit unquam Augustinus, neque causa est ulla, quamobrem negasse videatur. Iam si Augustino auctore, *spe certa futuri boni beatior quilibet in quibuslibet cruciatibus est*, quam Adamus in paradiso fuerit *sui casus incertus*; multo certe beatiores animae sanctorum in sinu Abrahae ante Christi mortem fuerint, necesse est, quae nullis doloribus, cruciatibusve afficiebantur, quibusque *certissima veritate manifestum erat, sine fine se habituros omni molestia carentem societatem angelorum participatione summi Dei.* Ad haec in paradiso angelorum, qui steterant, Verbum erat, eos aspectu suo facie ad faciem *plena beatitudine afficiens, eaque sempiterna, cui nihil deesset*, quibus quidem verbis indicare Augustinus beatitatem in visione Dei consistentem solet, ut ex *l.* xi. *de civitate Dei c.* xi. *pag.* 214. *et capit.* xii. *pag.* 215. *et lib.* xiv. *cap.* x. *pag.* 274. *et cap.* xxv. *pag.* 285. *et lib.* xxii. *cap.* iii. *pag.* 412. *et cap.* iv. *pag.* 445. *et epist.* cxxx. *al.* cxxi. *ad Probam cap.* ii. *pag.* 291. *seq. edit. cit. tom.* ii., aliisque innumerabilibus prope aliis locis constat, quae nunc omittuntur, proferentur autem, si opus fuerit. Ad animas sanctorum ante Christi mortem aut *sempiterna potitas beatitate, aut visione beatifica sua a Deo donatas*, aut auctas felicitate *cui nihil deesset*, Augustinus nunquam dixit. Quare si id felicitatis eas habuisse dixit, *praesentia beatifica Dei, beatificanteque Dei sapientia*, quod cuique paradiso eorum, quos nominat, competit; illud vero eas habuisse non dixit, quod paradiso angelorum, qui stetissent, peculiare erat; argumento est, existimasse quidem eum, beatas illas fuisse praesentia Dei ipsas illuminantis ostensione non faciei suae, sed revelatione veritatum; iisque manifestantis certam illam felicitatem, propter quam laetitia incredibili perfunderentur, multo certe maiora ea, quae mortalem ob spem futuri boni afficit, Augustino quidem auctore, beatiores sunt iis, qui deliciis huius saeculi circumfluerent. Atque haec eo disputata sint, ut intelligatur, non eodem modo *beatificante sapientia* fuisse Verbum in *quoque paradiso* eorum, quos Augustinus commemorat: quare falso adversarium sibi, quasi dictum ab Augustino fuerit, sumsisse τὸ *ita* fuit Christus in sinu Abrahae, *ut fuerat beatificante sapientia* in paradiso etc. Hoc autem concesso, iam illud item concedatur necesse est, labi adversarium mox addentem: *atqui praesentia divinitatis beatificabat in re beatos paradisi Spiritus.* Cuiusnam *paradisi*? obsecro. Eius ne, in quo beati angeli illi fuerant, qui post lapsi sunt? An eius in quo Adamus, et Eva aliquamdiu manserunt? An laetitiae, quam bona conscientia aperitur? Verum qui his paradisi generibus gaudebant, non *re* visione Dei fruebantur, sed *spe erant beati.* Quod si de paradiso angelorum, qui steterant, loquare, ostendas ante necesse est, de hoc uno loquutum item Augustinum fuisse. Id vero ostendes nunquam. Sed fac, possis ostendere. Fateor, beatos huius paradisi spiritus visione Dei, hoc est *re* beatos fuisse. At quid inde consequi commodi possis, non video. Etsi enim Augustinus affirmet *Christum, qua Deus est, beatificante sapientia in paradiso, inque sinu Abrahae* fuisse, antequam latroni diceret, *hodie mecum eris in paradiso*, non tamen dicit *eodem modo.* Sane quocumque modo quoscumque beatificat Deus, *sapientia sua beatificante* beatificat. Nisi enim sua *sapientia* id faciat, ne suspicari quidem possumus. Quamvis autem sua *beatificante* sapientia quibusque quocumque modo *beatis* beatitatem afferat, non tamen *eodem modo* affert. Itaque do, fuisse Verbum in *paradiso* angelorum sanctorum, atque in *sinu Abrahae sua beatificante sapientia*: sed nisi demonstraris, *eodem modo* fuisse, nihil, mihi crede, proficies. Quod si perges dicere, *eodem modo* fuisse, adeoque in *re*, frustra te quidem, ut monui, perges. Auctor praeterea tibi sum, ipsi tibi vehementer ut caveas, ne damnatos etiam in inferi

Digitized by Google

pensis, nolentes vestris iussionibus contraire, praesentes litteras sub appensione sigillorum nostrorum in praemissorum testimo-

intuitos fuisse Deum, dixisse videare. Nam si *ita re fuit* Verbum *in paradiso, inque sinu Abrahae beatificante sapientia, ut in inferis fuit iudicante potentia*, dicendumque propterea est, esse illud obtulisse spiritibus sinus Abrahae visendum, cur quia re item *fuit in inferno iudicante potentia*, non sequetur visendum se ipsum etiam exhibuisse spiritibus aeterno supplicio cruciatis in inferis? Etenim si ob nominatum attributum unum Dei, qualis est *sapientia*, qua *praesens* Deus quemquam beatum reddit, statuendum est, *videri* ab illo qualicumque beato *Deum*; cur non erit idem statuendum ob nominatum attributum *potentiae*, qua Deus re *praesens* aliquem *iudicat*? Quam autem absurdum, dictuque impium id sit, tam est manifestum, ut ne oratione quidem egeat. Iam hoc teneo: ex eo quod Augustinus dixit, fuisse Christum, qua Deus est, beatificante sapientia in sinu Abrahae, antequam latroni diceret,. *hodie mecum eris in paradiso*, concludi nullo modo posse, spiritus illos, qui in sinu Abrahae ante Christi mortem manebant, gavisos fuisse *beatifica visione* Dei. At in doloribus, inquis, fuissent, nisi Verbum re ipsa vidissent. Nam etsi dolore sensus caruissent, non mediocri tamen in tristitia, doloreque fuissent ob spem dilatam visionis illius, qua norant se fore pleno, cumulateque beatos. *Spes enim, quae differtur, affligit animam, proverb. c.* XIII. *v.* 12. Verum id si ita universe intelligendum est, cur Bellarmino obiicis, iustos in Abrahae sinu doluisse neganti, non Augustino aienti, *lib.* XIX. *de civitate Dei cap.* IV. *pag.* 415. *tom.* VII., *spe futuri saeculi hominem esse beatum; et serm.* CCLV. *al.* X. *de diversis cap.* V. *pag.* 733. *tom.* V. *eiusd. edit.*, *ecce spes lactat nos, nutrit nos, confirmat nos, et in ista laboriosa vita* CONSOLATUR *nos. In ipsa spe cantamus halleluia. Ecce spes* QUANTUM GAUDIUM *habet.....Tunc erit halleluia in re; modo autem in spe*; et in *psal.* CXVII. *num.* 10. *pag.* 956. *tom.* IV. *edit. eiusd.* Vox laetitiae, et salutis in tabernaculis iustorum: *ubi vocem exitii, et moeroris putabant esse, qui in eorum corpora saeviebant. Non enim sentiebant interiora* GAUDIA *sanctorum de spe futura. Unde et apostolus dicit*, quasi tristes, semper autem gaudentes; *et in ps.* CXXVII. *num.* 5. *pag.* 1076., *quid dicit apostolus? quasi tristes, semper autem* GAUDENTES. *Quare semper?* ET HIC ET IBI. *Prorsus hic et ibi. Hic enim* UNDE GAUDEMUS? De SPE. *Ibi unde gaudebimus? de* RE. MAGNUM GAUDIUM HABET SPES GAUDENTIS ETC. Et *in psalmum* CXLV. *num.* 2. *pag.* 1241. *Hac spe accepta*, QUAE SPES NON POTEST ESSE SINE GAUDIO, *quamvis in rebus simus difficilibus, secundum istam vitam, et plenis procellarum, et tempestatum, hac tamen spe erecta anima, quia* GAUDET *in spe; accepit erectionem quamdam.* Nec Augustino solum obiicere id adversarius poterat, verum etiam apostolo in epistola ad romanos cap. XII. v. 12. aienti: *Spe gaudentes.* Quid enim gaudii spes afferet, quae nonnisi taedium, tristitiamque afferat? Verum sic habeat anonymus: nonnihil doloris, seu taedii expertos fuisse sanctos illos spiritus ob dilatam, quod vehementissime cupiebant. Sed cum spe certissima perpetuo niterentur, qua beatificabantur e praesente Verbo, tam ingenti gaudio perfundebantur, ut taedium illud prae gaudio, et felicitate, nullius momenti esset. Hoc Thomas loco supra descripto animadvertit. *Solvit*, inquit, *eorum dolorem, quem patiebantur ex dilatione gloriae, ex cuius tamen spe magnum gaudium habebant.* Neque hoc Thomas suo arbitratu dixit. Augustinum namque sequutus auctorem est, qui *patienter expectari a filiis aeternam haereditatem patris*, ait *tract.* XLVI. *in Iohannem num.* VI. *pag.* 439. *tom.* III.*part.* II., *et tract.* IV. *in epist. Iohan. num.* 2. *pag.* 620. *tom. eod.*; *et lib.* XIX. *de civitate Dei cap.* IV. *pag.* 415. *tomo* VII., *patientiamque necessariam*, negat, *esse, nisi ubi toleranda sunt mala. Lib.* XIV. *de civ. Dei cap.* IX. *p.* 273. Expectatio igitur praesertim diuturna rei, quam quis appetit, doloris, molestiaeve est causa. Sed vincitur quidem spe, quae sane spes tantum adfert gaudii, ut, quemadmodum supra Augustini auctoritate demonstratum est, deliciis quibuscumque terrenis praeferenda sit. Immo vero si quis securus felicitatis sempiternae divinitus sibi promissae, manifestataeque vivit, huius, etsi in doloribus huius vitam degat, tanta est beatitas, ut eam superet, qua primus homo in paradiso gaudebat, felicitatem (*Aug. lib.* XI. *de civ. Dei c.* XII. *p.* 215. „Quis, inquit, primos homines in pa-„radiso negare audeat beatos fuisse ante peccatum, „quamvis de sua beatitudine quamvis diuturna, vel „utrum aeterna esset, incertos; esset autem aeterna, „nisi peccassent, cum hodie non impudenter beatos „vocemus, quos videmus iuste, ac pie cum spe fu-„turae immortalitatis hanc vitam ducere sine crimine „vastante conscientiam, qui licet de suae perseve-„rantiae praemio certi sunt, de ipsa tamen perseve-„rantia sua reperiuntur incerti. Quis enim hominum se „in actione, profectuque iustitiae perseveraturum usque „in finem sciat, nisi aliqua revelatione fiat certus, „qui de hac re iusto latentique iudicio non omnes „instruit, sed neminem fallit? Quantum itaque per-„tinet ad delectationem praesentis boni, beatior erat „primus homo in paradiso, quam quilibet iustus in „hac infirmitate mortali, quantum autem ad spem „futuri (boni) beatior quilibet in quibuslibet cru-„ciatibus corporis, cui non opinione, sed certa veri-„tate manifestum est, sine fine se habiturum omni „molestia carentem societatem angelorum in partici-„patione summi Dei, quam erat ille homo sui ca-„sus incertus in magna illa felicitate paradisi„. Quanto maior fuerit beatitas animarum in sinu Abrahae degentium ante Christi mortem, necesse est, quae nulla

nium regali excellentiae duximus concedendas. Adeat lector si libet Bulaeum *historiae universitatis parisiensis saec.* VI. *tom.* IV.

corporis, animique noxibili, ut aiunt, cruciatu, ac dolore afficiebantur, certaque revelatione, ac veritate norant, sine fine se gavisuras visione Dei, in qua summa hominis consistit beatitudo? Quod si animae illae ante Christi mortem videbant Deum, qui demum dici poterant, post Christi passionem erutae ex inferno? In *psalm.* LXXXV. *num.* 18. *pag.* 686., et XIII. *lib. de civit. cap.* XV. *pag.* 448. Si ergo erutae, hoc est liberatae ex inferni locis fuerunt, Deum non viderint necesse est, quamquam spe, veritateque certa eductionis, liberationisque inde suae, in sinu felicitatis maximae fuerint. Neque vero ullius est ponderis, quod adversarius scribit, Augustinum iudicaturum Abrahae sinum, in quo animae illae erant ante descensum Christi ad inferos, sic habere: „In illo memorabilis felicitatis sinu: in „ tantae illius felicitatis sinu „. Quid enim inde concludat anonymus? An eas vidisse Deum? Id si ita est, fateatur etiam Adamum in terrestri paradiso Deum vidisse. Nam paradisum in quo ante peccatum Adamus, et Eva fuerunt, *memorabilem beatitudinis locum*, Augustinus vocat *lib.* XIV. *de civ. Dei cap.* X. *pag.* 274. additque: *absolute beatos fuisse* primos parentes, dum eo loco manserunt: *nec timere* quidquam potuisse *in tantorum tanta affluentia bonorum: amoremque eorum fuisse imperturbatum in Deum, et ex hoc amore grande gaudium,* NON DESISTENTE *quod amabatur ad* FRUENDUM. Nihil autem plus Augustinus tribuit sanctorum veteris testamenti patrum animabus in sinu Abrahae ante Christi mortem manentibus. Immo vero de primo homine hoc insuper idem scribit Augustinus in lib. de catechizandis rudibus *cap.* XVII. *num.* 28. *p.* 205. *tom.* VI., *fecit Deus omnia per Verbum suum, et Verbum eius ipse Christus, in quo requiescunt angeli, et omnes caelestes mundissimi spiritus in sancto silentio. Homo autem peccato lapsus perdidit* REQUIEM QUAM HABEBAT IN EIUS DIVINITATE, *et recepit eam in eius humanitate.* Audistin, *requiescere angelos, et sanctos caelestes spiritus in Verbo,* et in VERBI DIVINITATE *requievisse* Adamum antequam laberetur? Quidquam tale Augustinus de sanctorum animabus in sinu Abrahae ante Christi mortem manentibus usquam ne dixit? Nihil minus. Age igitur, atque ita Adamum quievisse in Verbo, ut in Verbo angeli quiescunt, dicito; indeque concludito, Adamum visione beatifica gavisum fuisse in paradiso, et nihilominus fuisse lapsum, eamque requiem perdidisse. Non audebis autem, ne te gravissimo errore implices. Quid ergo est, quod ob similem dicendi rationem (minore quidem emphasi usurpatam ab Augustino, cum de sanctis in sinu Abrahae in epistola ad Evodium ageret) sanctos illos fruitos fuisse arbitrere beatifica visione Dei? Adstringam hanc omnem rationem arctius. Etsi, auctore Augustino, expectatio rei, quam optamus, dolorem, taedium, molestiamve afferat, spes tamen divina, eodem Augustino teste, sic erigit animum, ut gaudio perfundat, felicemque reddat. Quod si iam homo certus a Deo fiat, sine fine se habiturum beatitatem in visione potissimum consistentem Dei; hac sane nomine in quibuslibet etiam cruciatibus corporis beatior erit, quam Adamus fuerit in paradiso; multoque certe beatior doloribus iisdem corporis, et spiritus (una tamen excepta dilatione futuri boni, quae ipsi cum Adamo in paradiso constituto communis sit) multo, inquam, Adamo erit beatior, his doloribus omnino sublatis, animoque ipso posito in quietis sinu. Animae autem sanctorum in Abrahae quiescentes sinu vacuae doloribus corporis, spiritusque erant, una excepta molestia orta ex visionis Dei dilatione ipsis communi cum Adamo constituto in paradiso: nec vacuae solum his doloribus erant, verum etiam certae manifesta veritate, quae molestiam tolleret; norantque futurum, ut sine fine beatitate, consistente potissimum visione Dei, fruerentur. Animae igitur sanctorum in sinu Abrahae ante Christi mortem quiescentes multo erant Adamo in paradiso terrestri constituto beatiores. Iam vero Adamus minus nempe beatus, quam animae illae fuerint, etsi expectaret visionem Dei, et ex dilatione aliquam capere molestiam posset; ab Augustino tamen dicitur, fuisse *in memorabili beatitudinis loco: in tantorum tanta affluentia bonorum:* et *requiem habuisse in divinitate Verbi, in qua requiescunt angeli.* Multo igitur magis animae sanctorum ante Christi mortem in Abrahae sinu quiescentes, dici ab Augustino poterant (etsi expectarent visionem Dei, et aliquam ex dilatione eius molestiam caperent, quam tamen sedaret spes, certaque veritas futurae sempiternae felicitatis in visione illa potissimum consistentis), ita fuisse *in illo memorabilis quietis sinu, in tantae illius felicitatis sinu,* ut *Verbum divinum beatifica sua praesentia ab eis numquam discessisse videretur.* Rursum plus est dicere, *frui Deo*, et *requiem quemquam habere in divinitate Verbi, in quo requiescunt angeli*; quam dicere, Verbum a quoquam *beatifica sua praesentia non discedere.* Nam quocumque modo beat *Verbum*, *praesentia sua beat*; cum tamen vocabulis *in divinitate Verbi quiescere, in qua angeli quiescunt, et frui Deo* idem significari videatur, ac Verbi divinitatem intueri, eaque frui, ut eam vident, eaque fruuntur angeli. At hoc postremum de Adamo in paradiso constituto dixit Augustinus, nec tamen hinc sequitur, Adamum beatifica Verbi visione fuisse gavisum. Igitur etsi primum, quod minus certe est, de sanctorum animabus in sinu Abrahae ante Christi mortem quiescentibus idem Augustinus dixit; non tamen inde erit consequens gavisas animas illas fuisse beatifica visione Verbi. Iam vero quamvis Augustinus de Adamo loquutus sic fuerit, numquam tamen dices, ob eam loquendi rationem vocari Augustinum posse in suspicionem admisisse in Adamo beatificae visionis Dei.

Digitized by Google

pag. 236., et Iohanni synchronum chronici Guillelmi Nangii continuatorem, qui ad an. 1333. scribit hoc modo: *rex satis cito post fecit vocari in domo sua de nemore Vincennarum omnes magistros in theologia cum omnibus episcopis, et abbatibus, qui tunc Parisiis potuerunt inveniri, vocato etiam praedicto ministro* (generali ordinis minorum, de quo supra demonstratum est) *cumque resedissent, rex in gallico suo duo eis quaerenda proposuit. Primum fuit, utrum animae sanctorum ex tunc videant faciem Dei? Aliud fuit, utrum ista visio, qua nunc vident faciem Dei in die iudicii deficiat, alia superveniente visione? Ad primam quaestionem omnes responderunt, quod ista visio non in die iudicii deficiet, sed permanebit aeternaliter. Verum est, quod aliqui dixerunt, quod ista visio in die iudicii perfectior erit, et cum illis praedictus minister, non sponte, sed quasi coactus, ut videbatur, concordatus est: et de ista sententia rex petivit ab omnibus magistris ibidem adsistentibus unam litteram sigillis istorum singulorum munitam, quod*

Quae ergo confidentia ex verbis Augustini, quae epistola ad Evodium continentur, quibusque minus inest emphaseos ad id indicandum, quod velim; qua, inquam, confidentia ex verbis illis concludam, anonyme, vocari sanctum ipsum doctorem posse in suspicionem admissae beatificae visionis Verbi in animabus patrum ante Christi servatoris mortem in sinu Abrahae quiescentibus? At coniectando saltem assequi poterimus, Augustinum in ea sententia fuisse. Ego vero coniecturas, quae Augustini verbis fultae non sint, nihil moror. Verbis enim Augustini, iisque perspicuis, non coniecturis cuiusquam ostendendum est, Augustinus quid senserit. Ac si de Augustini hoc in genere opinione, quod scriptorum quorumdam iudicium fuerit, dimovendum hoc loco esset, dicerem equidem fuisse theologos dignitate, doctrina, eruditione, insignique in sanctum doctorem pietate conspicuos, qui eum existimasse, vel dubitasse saltem defenderent, ad extremum usque iudicii diem non esse iustorum animas, plane etiam purgatas, visuras Deum. In his fuerunt Nicolaus Sanderus *loco supra descripto pag.* 111. *huius vol. not.* 2., Iohannes XXII., cuius locum attuli *pag.* 112. *huius vol. not.* 3. aliique, quos, si tempus monuerit, nominabimus. Atque ii quidem, qui eum sic existimasse statuerant, testimoniis illius abutebantur, quae descripsimus *p.* 113. *seq. not.* 1. *huius vol.* Qui dubitasse ciebant, iidem locum afferre poterant ex libro 1. retract. *c.* XIV. *numero* 2. *pag.* 16. *tom.* 1. Scilicet hi scriptores tam longe sanctum doctorem ab hac nova anonymi opinione abfuisse arbitrabantur, ut eum in oppositum errorem post ab ecclesia damnatum aut incidisse, aut etsi fluctuantem, tamen propensiorem fuisse affirmarent. Frustra hi quidem. Quamquam enim s. doctoris testimonia, quae *pag. huius vol.* 113. *seq. not.* 1. descripsimus, et hoc loco ex *lib.* 1. *retract. etc.* indicavimus, difficilia explicatu cuiquam videri possint, testimoniis tamen illius explicabuntur a nobis alio loco opportune, atque veritas poscit, catholice. Neque vero ii sumus, qui anonymi, eiusque similium rationem sequuti, ut Augustinum ab errore, in quem incidisse visus quibusdam scriptoribus est, liberaturi, in extremam alteram opinionem, inanem illam quidem, absurdam, communique ecclesiarum omnium, inveteratæque orthodoxorum sententiae repugnantem de visa in sinu Abrahae a sanctis veteris testamenti ante Christi mortem natura Dei, rapere conemur, in cuius suspicionem neque venit antehac ille, neque causa est ulla, quamobrem iure deinceps venire possit. Ac de Augustini quidem in hoc genere doctrina satis dictum est. Ex iis autem quae diximus plane constat, s. Thomam aquinatem, etsi Augustini se discipulum non vocat, eius tamen sensum fuisse assequutum, germanumque eiusdem doctoris, ut in ceteris semper, ita hac in re interpretem re ipsa, atque discipulum fuisse; contra anonymum, qui Thomae discipulus esse glorietur, et adversari vehementer Thomae, et Augustino per summam iniuriam id tribuere, quod ei ne in cogitationem quidem umquam cecidisse videatur.

et factum est. Nam factae sunt tres litterae eamdem formam continentes, quarum litterarum ex parte regis una fuit missa papae.

Ecquid in hac continuatoris Nangii narratione? ecquid in litteris doctorum parisiensium, qui interfuerant, quique pars maxima rerum fuerant, est, non dicam de tubarum sono, sed vel de damnato, aut saltem leviter impugnato genere aliquo doctrinae, quod Iohannes pontifex aut tueretur, aut foveret propensione, gratiaque sua? Ego ne historicum aequalem temporum illorum, doctoresque ipsos, qui rogati sententiam a Philippo rege fuissent, posthabeam, ut Gersoni, et indiligenti, et recentiori, et non sane bene in romanos pontifices animato adiungam fidem? Non committam; neque vero quemquam esse credam praeiudicatis opinionibus vacuum, ac liberum, qui id esse committendum putet.

De Hadriano VI. pontifice quod opponitur, leve est. Nam is multo ante, quam pontificatu maximo potitus esset, lapsum, ut ferebatur, errore Iohannem fuisse dixit; post autem tale quidpiam nusquam dixit. Non sum nescius, Hadriani illud opus, in quo Iohannem lapsum ferri affirmavit, lapsum autem re vera fuisse non affirmavit, anno 1522. (Hadriano ipso rem christianam publicam gerente) fuisse formis excusum Romae. Verumtamen non quid typographi Romae, Hadriano pontifice, tentarint; sed quid pontifex statuerit, aut declararit, aut saltem dixerit, attendendum est. Atque id quidem moliri, facereque typographi, editoresve potuerunt, animum ad ea, quae aliquando scripsisset, non advertente pontifice. Non enim omnium, quae iamdudum, praesertim per transennam, ut aiunt, aspexerimus, strictimque scripserimus, meminisse possumus; ac si curis implicati maximis, distentique simus, ut erat ille eo tam gravi christianae rei publicae tempore, multo minus profecto possumus. Quare si qua vitia in nostros incurrunt libros, quorum sit ab aliis curata editio, non nostra, qui tale quidpiam, ne suspicati quidem simus, incurrunt culpa; sed inscientia, oscitantiaque editorum. Ab Hadriano autem pontifice nihil usquam publicatum, scriptum, dictum fuisse intelligo, quod sententiae nostrae minus esse consonum videatur. Immo vero si standum decretis, constitutionibus-

que est (ut est omnino), quas ille dum rem christianam publicam moderaretur, publicarit; nemini dubium esse debet, quin a vetere illo rumore vulgi recesserit, adhaeseritque sententiae, quam lateranensis synodus Iulio II., ac Leone X. pontificibus, habita adseruisset, quaeque a superioribus romanae ecclesiae antistitibus, iu primisque a Gregorio VII. probata, confirmata, vindicata denique fuisset (1).

Venio ad defensorem articulorum cleri etc. Nego Iohannem fuisse eorum sententiam sequutum, qui sanctorum animas, post Christi servatoris mortem, plene purgatas statim gaudere aspectu Dei inficiarentur. Cur autem negem, demonstrant plane, quae supra ex Raynaldi (2) annalibus, ex Iohannis eiusdem XXII. pont. max. verbis (3), ex Hulrici opere (4), ex Benedicti XII. litteris (5), exque testificatione doctorum parisiensium (6) attuli, a quibus rex Philippus quaesierat, quid de iisdem animabus credito esse opus arbitrarentur. Contra quo teste fretus defensor statuat, *negasse Iohannem animas ipsas in caelum receptas frui faciali visione Dei*, id me certe fateor ignorare. Nullum enim nominat. At nominasset, si quem sibi fide dignum favere comperisset testem. Homo namque diligens, qui loca scriptorum omnia (quibus huius generis quaestiones non tam illustrari, quam obscurari, implicarique possent) studiose collegerit, inque suum opus, sive aliqua ratione, sive nulla ad rem pertinerent, transtulerit, quidquam ab se de Iohanne dictum sine teste videri, passus numquam fuisset, si modo aliquem invenisset, quem putasset sibi praesidio futurum. Cum autem nullum nominarit, necesse est, ut habuerit, quem nominare posset, omnino nullum. *Negasse* tamen *Iohannem* confidenter dixit, ut si minus vi veritatis, at confidentia saltem, lectores imprudentes caperet. At enim Raynaldus ad annum MCCCXXXI. n. LXIV. « maxima, inquit, » sollicitudine (Iohannem) undique argumenta pro parte negan- » te conquirere, et varia ex patribus testimonia contexere coe- » pisse, atque ea tamquam privatum doctorem in suis concioni-

(1) Confer Raynaldum *ad ann.* 1523. *num.* XC., *ad an.* 1522. *num.* LXIII. *et num.* LXIX. *et n.* LXXXII. *seq.*, quibus in locis verba Hadriani ex constitutionibus, mandatisque legato apostolico datis describit.

(2) Huius vol. *pag.* 111.

(3) *Ibid. pag.* 111. 112. *et ibid. not.* 2. *et not.* 3. *et pag.* 115. *seq.*

(4) *Ibid. pag.* 111. *not.* 4.

(5) *Ibid. pag.* 116. *not.* 3.

(6) *Ibid. pag.* 117.

Digitized by Google

» bus repetere ». Fateor. Quid ergo hinc defensor adiumenti feret? An Iohannem *negasse*? Nihil minus. Nam mox Raynaldus addit: *ut praesules, doctoresque ea argumenta diligentius discuterent*. Proponebat enim ea doctoribus, praesulibusque Iohannes ad *discutiendum*; non vero negabat quidquam, neque tamen adfirmabat, quoad discussa res ita esset, ut pontifex adduceretur ad ferendam sententiam. At his, inquit defensor, excusatum *se volebat* Iohannes. Quorsum isthuc? An fraude Iohannem egisse arbitrare? Hoccine illud est studii, venerationis, pietatis, qua te erga romanos pontifices affici, defensor, iactas? Verum quid opus simulatione Iohanni fuisset? An te verebatur, an alium quemquam, quo minus libere diceret, quod sentiebat? Quare cum nihil se umquam tale sensisse, sed disquisitionis, investigationisque ergo, ea se testimonia collegisse dixerit; candide profecto, vereque dixit, non ut tu male, et secus atque Christus iubet, interpretare. Sed instat defensor, ac *si ea volebat*, inquit, *tantum discuti a doctoribus, quorsum pertinebat praedicari ad populum*? Quid? Affirmando ne ipse per se, an negando quidpiam praedicavit? Neutro sane modo; sed disputando solum, quaerendo, *referendo* historice, nihil tamen umquam statuendo, immo vero ne opinando quidem. Ita enim Iohannes (cui de se ipso testimonium perhibenti, sine summa iniuria, negari auctoritas, fidesque non potest), ita Philippus rex, ita doctores parisienses, ita Hulricus, ita ceteri, de quibus est supra demonstratum, narrant. Hosce autem testes non audiam, te ut recentem, partibusque adversis studentem audiam? Nihilo secius perstat defensor, ac « omnino certum est, *inquit*, id quod etiam tota ec» clesia, ac maxime in Gallia divulgatum, ac creditum, eum er» rore a Iohanne publice praedicatum ». Ita ne vero? *Certum*? idque *omnino*? Verum quo auctore? *Tota*, inquit, *ecclesia*. Qua? Illa ne, quam Ochami, quam Michaëlis caesenatis, aliorumque generis eiusdem Iohannis hostium, schismaticorumque factio constituebat? Hanc vero quis audeat ecclesiae vocare nomine? ecclesiam autem, nisi hanc velit, quam invenire defensor poterit, quam testem vocet? At *divulgatum, creditumque in Gallia fuit maxime, fuisse errorem illum ab Iohanne pontifice praedicatum*. Ego ne in Galliis *creditum* censeam, quod neque rex,

Digitized by Google

neqne doctores, qui rogati ab rege sententiam fuerant, crediderunt? Quod si *creditum vulgo* fuisse defensor dicat, equidem non moleste feram. Aucupetur ille rumusculos inanes omnes otiosi, atque imperiti vulgi; mihi certe quod doctores eius aetatis parisienses, quod scriptores accurati, ac diligentes, quod rex, qnod pontifex ipse factum negant, nemo umquam persnadebit, ut credam factum. Vidit is, qui anno 1745. novis animadversionibus *defensionem declarationis cleri* illustrare conatus est, quam levis haec ratio defensoris esset. Itaque ut ei nonnihil ponderis afferret, ad historicorum confugit fidem, qui tam obstinate Iohannem ei haeresi adhaesisse dicerent, ut Avenione illam cardinales praedicarint, sive ut ipsi pontifici placerent, sive uti ne displicerent. Quinam vero hi sint historici, adnotator ne indicat quidem. Iniquum est autem, ut qui nobis (qui tot, tamque gravibus testibus nitamur, quorum non modo indicemus nomina, sed etiam describamus verba) non assentitur; idem nos sibi (qui non modo verba non afferat, sed ne nomina quidem commemoret historicorum) ob id unum qnod historicos vage dixerit, assentiri velit. Quamquam quid ego historicos illos nusquam nominatos morer, qui si quid de cardinalibus quibusdam dicunt, de pontifice profecto, nisi hariolando fortasse, nihil dicunt? Qua in re adnotatoris acumen desidero. Nam si eo Iohannem pertinaciter errasse pugnat, quod aliquot cardinales Avenione errorem praedicarint: cur non item recte eum sensisse statuet, propterea quod eadem in urbe cardinales, praesulesque, Iohanne ipso audiente, veram praedicarint sententiam (1)? At trndi Iohannes in carcerem Thomam Vallesinm brittannum virum ex ordine dominicanorum iussit, quod is in concione illud genns erroris oppugnavisset. Sic enim est traditum a Nangio (2), a Bulaeo (3), a Fleurio (4) historicis, ut adnotator putat, gravissimis, a quibus dissentire non liceat. Miror adnotatorem, qui noverit, cur Iohan-

(1) Iohann. XXII. in litteris ad Philippum francorum regem an. 1333. datis, apud Roccabertum *l. iv. apolog. cap. i. num.* 50. *pag.* 291. *tom. ii. edit. valent. an.* 1694. „ Multi, inquit, tam cardinales, quam alii co„ RAM NOBIS, et alibi in suis sermonibus, PRO ET CON„ TRA de ista materia sunt loquuti, et ne dum in ser„ monibus, immo PUBLICE PRAELATIS, AC MAGISTRIS in „ theologia praesentibus est in curia pluries quaestio „ huiusmodi, ut sic plenius posset inveniri veritas, „ disputata„.

(2) Indicat adnotator Nangii paginam 758., sed qua ex editione, non indicat. Qua in re, lector, indiligentiam eius contra nos disputantis, ut arbitror, admirabere.

(3) Tom. IV. pag. 239.

(4) Fleurius l. 94.

nes animadvertendum in Vallesium duxisset, id quod res fuerat, tacitum praeterisse, caussamque attulisse, quae eius severitatis re vera caussa non fuisset. Non enim eo puniri Vallesium Iohannes voluit, quo e suggestu idem Vallesius eos refellisset, qui differri visionem intuitivam Dei ad extremum usque iudicii diem defenderent (nam refellerant item alii, audiente, nec repugnante Iohanne, ut est demonstratum adnotatione superiore), sed quo eam opinionem, de qua nihil ante publice ab ecclesia constitutum fuisset, Vallesius, qui privatus esset, haereseos condemnasset. Quamobrem Odoricus Raynaldus ad an. MCCCXXXIV. num. XXXVIII. « Advertendum est, *inquit*, illum concionatorem iuste addictum » vinculis, cum defigeret anathemate, et haeresis nota contra- » rium sentientes, nondum lata a sede apostolica sententia, atque » imprudens eiusmodi zelus merita percelli poena debuit, ne » turbis ecclesiam misceret ». Quo etiam pertinent, quae scripta ab Roccaberto sunt loco supra indicato apologetici (1). Redeo ad adnotatorem. Iam hoc item peccat, quod a cardinalibus errorem illum fuisse Avenione praedicatum, universe scribat. A *quibusdam* enim *praedicatum* Nangii (2) continuator scribit ad annum MCCCXXXIII., non ita universe a cardinalibus, ac si patres apostolici senatus omnes erroris patrocinium suscepissent (3). Quod, si non Nangius, ut adnotator existimavit, sed Nangii continuator (4), coniectum in carcerem dominicanum quemdam, hoc est Vallesium, dixit, propterea quod Iohannes *sustineri, praedicarique* errorem vellet; non erat tamen cur ei haberetur fides, contra atque Iohannes ipse, ut docuimus, testatus sit, factam ab se integram cuique potestatem fuisse ea de re publice etiam dicendi, quod iudicasset. Qua ex re intelligitur, Vallesium non praedicatae veritatis caussa, sed *acriter* oppugnatae opinionis, quae nondum damnata ab apostolica sede fuisset, dedisse poenas. Estque etiam, atque etiam animadvertendum, quod memoriae

(1) Lib. IV. cap. I. §. 2. num. 41. pag. 289. tomo eod. II.

(2) Apud Acherium *tomo* III. *Spicilegii pag.* 96. *edit. paris. an.* 1721.

(3) Continuator Nangii *ibid.* scribit: „ Iohannem *ut ferebatur*, dixisse etc. „ At τὸ *ut ferebatur* adnotatori minus placuit. Itaque, qua fide, ipse viderit, supprimendum duxit. Addit continuator: „ Praedicator, „ (qui Parisios a papa missus fuerat) in quodam ser„ mone ipsum summum pontificem super errore prae„ dicto excusavit dicens; quod numquam tenebat, nec „ umquam istam tenuerat doctrinam etc. „ Id quoque omisit adnotator.

(4) Ibid.

proditum a Bulaeo in universitatis parisiensis historia (1) est, quodque vereor, ne consulto praetermissum fuerit ab adnotatore, *inter ceteros acrius pontifici obstitisse Vallensem*. Quamquam dissimulandum non est, iniquiorem Iohanni fuisse Bulaeum, qui nulla eius pontificis, qui ea de re ab se quidquam fuisse umquam affirmando dictum negarat: nulla doctorum parisiensium, qui ne opinando quidem errori Iohannem favisse scripserant: nulla denique regis Philippi, qui palam, nihil ab se quaeri, quod *tangere pontificem* posset, testatus fuerat; nulla denique Benedicti XII. ratione habita; Nicolao Gillio qui famam, rumoresque vulgi consectatus erat, aliisque generis eiusdem, si Deo placet, historicis, qui minus propensi in Iohannem ipsum fuissent, contra criticae facultatis praeceptiones assentiri maluit, ostenditque quo animo in Petri apostoli sedem esset. Mitto de Fleurio dicere. Quam vero is diligens fuerit in colligendis scriptorum, qui romanis pontificibus infesti fuissent, locis, nemo est in eius historia vel mediocriter versatus, qui nesciat. Qua de re dicam paulo post diligentius.

Nunc defensoris argumenta persequar. Ac de priore quidem eius argumento satis dictum est. Alteri minus ponderis inest. Atque iniquo animo tulisse Philippum sextum gallorum regem, fuisse aliquos, qui dilationem visionis Dei ad extremum usque iudicii diem tuerentur, suppliciumque iis fuisse minitatum, facile quidem assentior: in ea vero persuasione fuisse, ut ab his pontificem stare arbitraretur, nisi mihi auctoritate Philippi, doctorumque, qui congregati in locum unum a Philippo ipso, rogatique sententiam fuerant, ostendatur, numquam assentiar. At ad regem pontifex litteras dedit, quibus significavit quaestionem dubiam etiam Augustino visam. Quid hoc ad rem? An ergo quia pontifex nihil temere statuendum de ea re dixerat, quae nondum ab ecclesia finita, constitutaque esse videretur, et de qua praeter alios Augustinus ipse summa doctrina, sanctitateque vir (qui tantam ecclesiae catholicae tot haeresibus expugnatis attulisset commodorum partem, quantam vix ullus veterum antistitum, doctorumque attulerat) dubitavisset (2); censendum continuo est,

(1) Sec. vi. pag. 235. seq. tom. iv.

(2) Pagine huiusce vol. 113, seqq. not. 1. Augustini descripsi loca, quibus innixi quidem theologi superioris aetatis in suspicionem eum vocarunt erroris de

Iohannem ipsum errorem probasse, quem deinceps ab ecclesia fuisse damnatum constat? Hoc quidquid fuit, dubitantis, sum-

differenda sanctis ad extremum usque iudicii diem *intuitiva*, quam dicimus, visione Dei. Promisi autem fore, ut hos aliquando refellerem. Nunc quoniam Augustini est facta mentio, liberabo fidem. Principio sic habeto: Thomam aquinatem, qui studiosissimus Augustini discipulus, fidusque interpres fuit, non modo explicasse ea sancti viri testimonia plane orthodoxa; sed etiam erroris, immo vero haereseos notasse eam de visione differenda sententiam: quorum alterum, nisi ita veritas postularet (cum esset verax in primis, et candidus) fecisset numquam; alterum (praesertim ante definitionem manifestam ecclesiae) pro summa in magistrum pietate, ac observantia, tacuisset. Confer *summae theologicae* 1. 2. *p. quaest.* IV. *art.* V. et III. *parte q.* LIX. *art.* V. *ad* 1., *quo loco* ,, Opinio, inquit, ,, quorumdam fuit, quod animae sanctorum non praemiantur in caelo, nec animae damnatorum puniantur in inferno usque ad diem iudicii, quod quidem ,, apparet esse FALSUM,,, *Et* 1. *p. quaest.* LXIV. *art.* IV. *ad tertium arg.*,, Dicendum, *inquit*, quod aliqui dixerunt, usque ad diem iudicii poenam sensibilem, tam ,, daemonum, quam animarum, et similiter beatitudinem sanctorum differri usque ad diem iudicii, ,, quod est ERRONEUM, et repugnans apostoli sententiae,,, *Et supplement. ad tertiam partem quaest.* LXIX. *art.* 2. *in corp.*,, Statim ut anima absolvitur a corpore, vel in infernum immergitur, vel ad caelos evolat, nisi impediatur aliquo reatu, quo oporteat evolationem differri, ut prius anima purgetur. Et huic ,, veritati auctoritates scripturae canonicae manifeste ,, attestantur, et documenta sanctorum patrum, unde ,, contrarium pro haeresi est habendum,,. Iam vero cum Thomas provideret futuros, qui Augustinum ipsi adversari contenderent, loco indicato 1. 2. q. IV. articulo 5. viam sibi munit ad sancti patris explicandam sententiam, sicque statuit, in corpore, quod vocant, articuli. ,, Sciendum, quod ad perfectionem alicuius ,, rei dupliciter aliquid pertinet: uno modo ad constituendam essentiam rei, sicut anima requiritur ad ,, perfectionem hominis: alio modo requiritur ad perfectionem rei, quod pertinet ad bene esse eius, sicut pulcritudo corporis, vel velocitas ingenii pertinet ad perfectionem hominis. Quamvis ergo corpus ,, primo modo ad perfectionem beatitudinis humanae ,, non pertineat, pertinet tamen secundo modo. Cum ,, enim operatio dependeat ex natura rei, quanto anima perfectior erit in sua natura, tanto perfectius ,, habebit suam operationem, in qua felicitas consistit: ,, unde Augustinus in 12. super Genesim ad litteram ,, cap. 35. cum quaesisset, utrum spiritibus defunctorum sine corporibus possit summa illa beatitudo ,, praeberi, respondit: quod non sic possunt videre ,, incommutabilem substantiam, ut sancti angeli vident,

,, sive alia latentiore causa, sive ideo, quia est in eis ,, naturalis quidam appetitus corpus administrandi,,. In responsione autem ad 4. argumentum, Augustini locum eumdem cap. XXXV. de Genesi ad litteram explicans: ,, Dicendum, *inquit*, quod id, quod ibidem dicitur, ,, quod spiritus defunctorum non sic vident Deum, ,, sicut angeli, non est intelligendum secundum inaequalitatem quantitatis, quia etiam modo aliquae ,, animae beatorum sunt assumtae ad superiores ordines angelorum, clarius videntes Deum, quam inferiores angeli, sed intelligitur secundum inaequalitatem proportionis. Quia angeli etiam infimi habent omnem perfectionem beatitudinis, quam sint ,, habituri; non autem animae separatae sanctorum,,. Confer etiam, quae scripsi *pag.* 115. *seq. huius vol. in adnotat.* Atque Augustinum (ita ut Thomas interpretatus illius testimonia quaedam est) intelligi oportere, tam certum est, ut mea profecto sententia, ne ratione quidem agere videatur. Iam primum omnium satis constat, firmum id, ratumque episcopo Augustino fuisse, animas iustorum, quibus nihil luendum supersit, statim atque solutae corpore fuerint, felicitate illa summa potiri, quae in visione Dei consistit. Nam is anno 388. perscripsit opus *octoginta trium quaestionum de diversis*. Quaestione autem eius operis LXI. num. 7. pag. 27. tom. VI. opp. edit. antuerp. an. 1700. ,, In ,, tota, *inquit*, saeculo generis humani tertium tempus ,, est, quo fidei christianae gratia data est. Primum ,, est ante legem, secundum sub lege, tertium sub ,, gratia. Et quoniam quartum adhuc restat, quo ad ,, plenissimam pacem Hierusalem caelestis venturi ,, sumus, quo tendit quisquis recte credit in Christum,,. At non quartum restaret modo, sed quintum etiam, si non statim ac animae sanctorum excesserint e corpore, purgataeque sint, Deum non intuerentur. Non enim pertingerent animi ad *plenissimam illam pacem Hierusalem caelestis*, sed expectare ad iudicii diem deberent, quod tempus esset saeculi humani quartum. Cum igitur Augustinus quartum solummodo tempus ponat, quintum nullo modo, argumento est, medium illud inter tertium, et postremum, quo animae Deum non intuerentur, cognitum Augustino minime fuisse. Rursum quaest. LXV. pag. 32.,, Nunc, *inquit*, videmus ,, per speculum in aenigmate, postea autem facie ad ,, faciem. Et dixit Iesus: *Solvite eum* (Lazarum) *et* ,, *sinite ire*: hoc est, quod POST HANC VITAM AUFERENTUR OMNIA VELAMINA, UT FACIE AD FACIEM VIDEAMUS. ,, Quantum autem intersit inter hominem, quem Dei ,, sapientia gestabat, per quem liberati sumus, et ceteros homines, hinc intelligitur, quod Lazarus ,, exiens de monumento, non solvitur: idest etiam ,, renata anima, nisi resolutione corporis, libera ab ,, OMNI PECCATO, ET IGNORANTIA ESSE NON POTEST, QUAM-

mum, vel potius inquirentis veritatem fuit; non adfirmantis quidpiam, immo vero ne opinione quidem existimantis. Quis enim tam

,, DUM PER SPECULUM, ET IN AENIGMATE VIDET DOMINUM,,. Sed sanctorum animae, iam plene purgatae, nisi post corporis interitum Deum continuo intuerentur, *aelamnibus adhuc tegerentur, neque viderent facie ad faciem*: quod tamen Augustinus negat. Quinetiam, ne cui tergiversandi daretur locus, atque s. doctor animum plene purgatum potiri statim atque deseruerit corpus, visione Dei plane ostenderet, hoc addidit, liberum eum e peccato esse non posse, *quamdiu per speculum et in aenigmate videt Dominum*. Animum vero sanctum statim ac solutus corpore sit, quis neget *liberum a peccato esse*? Videt igitur, Augustino teste, non *per speculum*, et in *aenigmate*, sed facie ad faciem Dominum. Alioqui liber a peccato esset, quamdiu *etiam per speculum, et in aenigmate Dominum videret*, quod Augustinus, ut est demonstratum, negat. Age vero *enarratione in ps.* CXIX. *num.* 6. *p.* 1025. *t.* IV. *opp. edit. eiusd.*, nonne satis perspicue indicat, purum animum, cum incola esse desierit terrae, confestim ad societatem angelorum migrare, potirique visione divini Verbi?,, Heu me, inquit, quod ,, incolatus meus longinquus factus est. Multum a te recessit. Peregrinatio mea facta est longinqua. Nondum veni in patriam illam, ubi cum nullo malo victurus sum. Nondum veni in illam societatem angelorum, ubi scandala non timebo. Quare autem nondum sum ibi? Quia incolatus meus longinquus factus est. Incolatus peregrinatio est. Incola dicitur, qui habitat in terra aliena, non in civitate sua. Longinquus, inquit, factus est incolatus meus. Et ubi longinquus? Aliquando fratres mei, cum peregrinatur homo, inter meliores vivit, quam in patria sua forte viveret. Sed non sic est, quando de illa Hierusalem caelesti peregrinamur. Mutat enim homo patriam, et aliquando in peregrinatione illi bene est. Invenit amicos fideles peregrinando, quos in patria invenire non potuit. Inimicos habuit, ut de patria pelleretur, et cum peregrinaretur, invenit, quod non habebat in patria. Non sic est patria Hierusalem, ubi omnes boni. Quicumque inde peregrinatur INTER MALOS EST, nec recedere A MALIS POTEST, nisi cum REDIERIT AD SOCIETATEM ANGELORUM, ut ibi sit, unde peregrinator. IBI OMNES IUSTI, ET SANCTI, QUI FRUUNTUR VERBO DEI sine litteris; quod enim nobis per paginas scriptum est, PER FACIEM DEI illic cernunt. Quali patria? Magna patria, et MISERI SUMUS PEREGRINI AB ILLA PATRIA,,. Vides ne, ut qui non *fruitur Verbo, perque faciem Dei non cernit*, is in patria nondum, sed in *peccatorum versetur* regione, ubi *scandala* metuenda sint? Non ergo medium illum statum agnovit Augustinus, qui neque scandala admittere, neque malorum regio dici queat, patriaque proinde non sit. Perstat Augustinus, atque in ps. CXLIX. num 4. pag. 1955.,, Quomodo sumus Israel si non videmus? ,, *inquit*. Est quaedam visio huius temporis, erit altera visio futuri temporis. Visio quae modo est, per fidem est: visio quae futura est, PER SPECIEM ERIT,,. Rursus *tract.* XXXIV. *in Iohannis evangelium num.* VII. *pag.* 589. *tom.* III. *part.* II. *edit. eiusd.*,, In eo, *inquit*, ,, quod facere debemus PRAESENS TEMPUS posuit; quod autem promisit facientibus, FUTURUM TEMPUS VERBO significavit: Qui *sequitur habebit*. MODO qui sequitur, POST habebit. MODO sequitur PER FIDEM, POST habebit PER SPECIEM. QUAMDIU ENIM SUMUS IN CORPORE, ait apostolus, PEREGRINAMUR A DOMINO: PER FIDEM ENIM AMBULAMUS, NON PER SPECIEM. Quando per speciem? Cum habuerimus lumen vitae; cum ad illam visionem venerimus: QUANDO NOS ISTA TRANSIERINT. De illo quippe die, qui exorturus est, dictum est: *mane astabo tibi*, et contemplabor. Quid est mane? Transacta nocte saeculi huius, transactis terroribus tentationum, superato illo leone, qui nocte rugiens circuit quaerens quem devoret. Nunc vero quid putamus, fratres, huic tempori congruere, nisi quod rursus in psalmo dicitur? *Lavabo per singulas noctes lectum meum, lacrimis meis stratum meum rigabo.* Per singulas, inquit, noctes flebo. Desiderio lucis ardebo. Videt Dominus desiderium meum, quoniam dicit ille alter psalmus: *ante te est omne desiderium meum etc.*,, Quid his clarius? *Praesenti tempore, quo in corpore sumus, quo tentamur*, quo in nocte sumus, per *fidem* ambulamus, inquit, et peregrinamur a Domino. Ubi animus solutus vinculis corporis est, nox cessat, cessat peregrinatio, cessant tentationes. Mane ergo tunc exoritur. Quid est hoc mane? Visio Dei, Augustino teste. Statim igitur atque animus sanctus e corpore excesserit, plaeneque purgatus fuerit, Deum intuetur per speciem. Nam statim atque excesserit e corpore, cessant tentationum, nihil a diabolo metuitur etc. Deinde quaero, quid vitae aeternae nomine Augustinus passim intelligat? Certe *visionem Dei. Tractatu* XXI. *in Iohan.* num. 14. et 15. pag. 536. tom. III. part. II., vitam aeternam, ait, esse, videre Deum in forma Dei. Et *sermone* CCXVII. *al.* LXIV. *de verbis Domini cap.* IV. num. 15. *pag.* 436. *tom.* V.,, Quia videbimus, *inquit*, ,, Deum magnum: ipsa est vita aeterna. Ipse hoc dixit. Haec est autem vita aeterna, ut cognoscant te unum verum Deum, et quem misisti Iesum Christum. Haec est vita aeterna, ut cognoscant, videant, capiant, norint quod crediderant; percipiant, quod nondum capere poterant,,: Et tract. CV. in evang. Ioh. num. 3. pag. 555. tom. III. part. II. ,, Non moriemur in vita aeterna. Tunc Dei cognitio perfecta erit, quando nulla mors erit... Propter quod scriptum est: beati qui habitant in domo tua, Domine, in saecula saeculorum laudabunt te. Ibi erit Dei sine fine laudatio, ubi erit Dei plena cognitio.,,

Digitized by Google

absurdo ingenio fuisse Iohannem, aut esse alium quemquam putet, ut id, non dicam, statuat, sed opinetur verum, quod esse

Praetermitto sexcenta eiusdem s. doctoris loca, quae eodem profecto pertinent. Hoc interea moneo: in hac re confirmanda constantem Augustinum perpetuo fuisse. Iam vero s. doctor *tractatu* XXVI. *in Ioh. evang.* n. 16. *pag.* 362. ,, Cum dixisset, *inquit*, Christus, *qui manducat meam carnem, et bibit meum sanguinem, habet vitam aeternam*, continuo subiecit: *et ego resuscitabo eum in novissimo die*; UT HABEAT INTERIM SECUNDUM SPIRITUM VITAM AETERNAM IN REQUIE, QUAE SANCTORUM SPIRITUS SUSCIPIT. Quod autem ad corpus attinet, NEC EIUS VITA AETERNA FRAUDETUR, SED IN RESURRECTIONE MORTUORUM IN NOVISSIMO DIE ,,. Interim igitur animus *aeternam vitam* (hoc est *visionem Dei. Nam visio* Dei Augustino teste, ut ostendimus, *vita animae aeterna est*) habet in requie; et corpus *vita aeterna non fraudabitur, sed hoc in resurrectione mortuorum in novissimo die*. Animae igitur sanctorum plene purgatae ante resurrectionem corporum, adeoque etiam ante iudicii diem videbunt Deum. Quo sane Augustini loco quid perspicuum magis, luculentiusque desiderandum sit, ne suspicari quidem possum. Quemadmodum autem tribuatur corpori ab Augustino aeterna vita, dicam equidem paulo post. Nunc s. doctoris testimonia cetera persequar. Igitur *sermone* XXVII. *alias* XX. *de verbis apostoli cap.* V. num. VI. *pag.* 101. *seq.* ,, *Quamdiu*, inquit, *sumus in corpore, peregrinamur a Domino; per fidem enim ambulamus, et non per speciem*. Quantum nobis datur, fidem tenemus, et de iustitia Dei non dubitamus. Iniquitatem apud illum esse omnino non credimus, ne in magnam voraginem impietatis veniamus .... Finiatur via, et veniamus ad PATRIAM. Non potest videri tempore FIDEI, videbitur tempore SPECIEI. *Nunc enim per fidem* ambulamus, tunc per SPECIEM. Quid est per SPECIEM?... Haec erit SPECIES, quando faciet quod dixit: et ostendam me ipsum illi. Ibi aequitatem Dei VIDEBIS. Ibi SINE CODICE IN VERBO LEGES. Ergo CUM VIDEBIMUS EUM SICUTI EST, IAM TRANSIIT PEREGRINATIO NOSTRA, POSTEA VERO REGNABIMUS CUM ILLO. Haec enim via quid est? FIDES EST. Propter fidem tuam factus est deformis Christus: manet autem speciosus Christus .... MODO autem fide, qualis videtur? Et vidimus eum, et non habebat speciem etc. IN HAC ERGO VITA DEFORMEM CHRISTUM tenemus. Quid est deformem Christum? Absit mihi gloriari, nisi in cruce etc. ... Haec est via credere in crucifixum. Huius deformitatis signum in fronte portamus .... ERGO VIAM teneamus, et ad SPECIEM perveniemus ,,. Iam quisque perspicit, ut Augustinus *viam* ibi desinere arbitretur, ubi *patria* incipit: *fidem* autem *viae*, *speciem* vero, hoc est *visionem* Dei, *patriae* esse propriam. Ac *viam* huic mortali vitae respondere. Quare ubi mortalis haec vita desinit, incipere patriam, desinereque hominem peregrinari. Itaque hominem, ubi peregrinari desierit, adeoque ubi desierit mortalem hanc vitam degere (si modo plene purgatus, purusque sit) Deum intueri incipere. Quapropter humanum animum, qui plene purgatus sit, statim atque a corpore excesserit, intueri Deum. Illud vero ipsum, quod de *vita aeterna dixi*, statuit rursum Augustinus *sermone* XXII. *al.* CIX. *de tempore num.* 2. *pag.* 85. *tom.* V. Confer quae ex libro IX. c. III. confessionum de Nebridio, exque lib. XII. de Genesi ad litteram c. XXXIV., *et lib.* XX. *de civ. Dei* c. XII., *et ex lib.* II. *evangelicar. quaestionum, quaest.* XXXVIII. *et tractat.* CXXIV. *in Iohannem* affert Estius in III. *sententiar. dist.* XLV. §. V., quaeque describit Petavius lib. VII. *theologicor. dogmatum cap.* XIII. §. V. *tom.* I. Mitto ceteros, qui in aliis Augustini locis ad rem eamdem demonstrandam sunt usi. Secundo loco animadvertendum est, *coronae* nomine ab Augustino mercedem intelligi consistentem in *intuitione*, quam dicimus, *visionem Dei*. At coronam iam Cypriano martyri datam scribit *enarrat. in ps.* LXXXVI. num. 24. *p.* 689. *tom.* IV. ,, *Placebo Domino*, inquit, *in regione vivorum*. Ista regio mortuorum est. Venit regio vivorum. In regione mortuorum labor, dolor, timor, tribulatio, tentatio, gemitus, suspirium. Hic falsi felices, veri infelices; quia falsa felicitas vera miseria est. Qui vero se agnoscit in vera esse miseria, erit etiam in vera felicitate. Et tamen quia nunc miser es, Dominum audi dicentem: *beati lugentes*. O beati lugentes! Nihil tam coniunctum miseriae, quam luctus, nihil tam remotum, et contrarium miseriae, quam beatitudo. Tu dicis lugentes, et tu dicis beatos? Intelligite, inquit, quod dico. Beatos dico lugentes. Quare beati? In spe. Quare lugentes? In re. Etenim lugent in morte ista, in tribulationibus istis, in peregrinatione sua; et quia agnoscunt se esse in ista miseria, et gemunt, beati sunt. Quare lugent? Contristatus est beatus Cyprianus in passione; modo consolatus est in corona. Modo et consolatus, adhuc tristis est. Dominus enim noster Iesus Christus adhuc interpellat pro nobis. Omnes martyres, qui cum illo sunt, interpellant pro nobis. Non transeunt interpellationes ipsorum, nisi cum transierit gemitus noster. Cum autem transierit gemitus noster, omnes in una voce, in uno populo, in una patria consolabimur, millia millium coniuncta, psallentibus angelis, choris coelestium potestatum in una civitate viventium. Quis ibi gemit? Quis ibi suspirat?... Amor ergo quietus in VULTU Dei, quem modo desideramus, cui suspiramus; cum ad eum venerimus, quomodo nos accendet? In quem nondum visum sic suspiramus, quum ad eum venerimus, quomodo illuminabit? quomodo nos mutabit? Quid de nobis faciet? ,, Vide et *serm.* III.

verum, ne auctores, quidem, quos sequitur, opinati sint, sed solummodo dubitaverint? Quum igitur Iohannes negarit, temere

in psalm. xxxvi. n. xiv. *pag.* 217., *et enarrat. in ps.* lxv. n. 16. *pag.* 477., *et serm.* xiii. *in psalm.* cxviii. n. 3. *pag.* 981., *et enarr. in ps.* xxxii., *et serm.* ii. *in ps.* xxxiv. *et enarrat. in ps.* xliv. *et enarrat. in ps.* cxx. Praetermitto cetera, quae prope sunt innumerabilia. Tertio autem loco adnotandum est, mercedem nostram, Augustino teste, in visione esse constitutam Dei, sermone ii. in psalmum xc. n. 13. pag. 736. „ Per fidem, „ *inquit*, adhuc videmus, non per speciem. Quando „ erit species? Quando videbimus facie ad faciem, „ quod dicit apostolus, quod nobis promittit Deus in „ magno praemio omnium laborum nostrorum. Quid- „ quid laboras, ad hoc laboras, ut videas... Nescio „ quid magnum est, quod visuri sumus, quando tota „ merces nostra visio est etc. „ Et epist. xcii. al. vi. n. 6. tom. ii. pag. 174. „ Ad hoc fide corda nostra „ mundantur, quia nobis fidei merces visio Dei pro- „ mittitur „. At mercedem nos capimus statim atque ex corpore excesserimus (modo servaverimus fidem Christo, atque ita ut ille iussit, vixerimus) idem testatur Augustinus *serm.* i. *in psalmum* xxxvi. n. viii. *et* ix. *pag.* 190. to. iv. „ In quo, *inquit*, appares subditus? Faciendo quod praecepit. Sed mercedem non- „ dum accipis, forte quia capere nondum potes. Iam „ enim ille potest dare; sed tu non potes. Exercere „ operibus, labora in vinea. Finito die, pete merce- „ dem... Tibi labor in via, in perventione felicitas... „ Finita via, parata est felicitas „. Finitis igitur laboribus, finit via, incipitque patria, ac merces tribuitur. Labor autem, ac via desinit, ubi quis vitam hanc desierit mortalem degere. Quare hac vita, hisque laboribus superatis, statim visione Dei, si modo es meritus, Augustino teste, potiere. Et serm. ii. in psal. xxxvi. n. 16. pag. 204. „ Si vis sustinere laborem, attende „ mercedem. Nam et operarius in vinea deficeret, nisi „ attenderet, quid accepturus esset... Miraberis tan- „ tum dari pro tantillo labore... Ita fit, ut necessa- „ rio temporalis sit tribulatio tua, qua finita venias „ ad felicitatem infinitam... Hoc accedit, quia non „ solum temporalem voluit laborem tuum Deus, sed „ etiam brevem. Paucorum dierum est tota vita „ hominis, etiamsi laeta duris non miscerentur, quae „ plura, et longiora sunt certe, quam dura, et ideo bre- „ viora, et pauciora sunt dura, ut durare possimus. Si er- „ go per totam vitam suam homo in laboribus, et in aerumnis esset, in doloribus, in tormentis, in carcere, „ in plagis, in fame, et siti, omnibus diebus, horis „ omnibus, per totam vitam suam usque ad aetatem „ senectutis, pauci dies sunt tota vita hominis, quo „ labore transacto veniet regnum aeternum, veniet „ sine fine felicitas, veniet aequalitas angelorum, ve- „ niet haereditas Christi, veniet cohaeres Christus. „ Pro quanto labore quantam mercedem accipimus „. Confer etiam quae scribit *serm.* clxxxi. *al.* xxxiv. *de diversis n.* 4. *pag.* 889. *tom.* v., *et sermone* xx. *alias* xviii. *inter* l. *homilias n.* iii. *pag.* 50. Iam ne vides, ut labore transacto, veniat merces? Atque hoc quidem labore transacto, quem paucis huius vitae diebus subimus, regnum aeternum venturum, ait, sempiternamque illam felicitatem, quae in visione consistit Dei. Monvat igitur illud necesse est, Augustinum, sic ab errore millenariorum, in quem olim fuisset propensior (vide sermonem cclix. al. ex sirmondianis xix. n. 2. pag. 738. seqq. tom. v. edit. antuerp. anno 1700.) recessisse, (quod et xx. *lib. de civitate Dei cap.* vii. n. i. *pag.* 439. *tom.* vii. *edit. eiusd.* intelligitur) ut inter viam, et patriam; inter temporalem hanc, et aeternam vitam, inter fidem denique, et speciem, statum intermedium nullum ponendum existimarit. Quare lapsos eos fuisse, qui aut contra sensisse hominem aut concedenda ne statim animabus sanctis, an differenda ipsis ad extremum usque iudicii diem beata sit visio, dubitasse arbitrarentur. Nisi enim ita esset, non dixisset Augustinus: *post hanc vitam ablatum iri omnia velamina, ut facie ad faciem videamus, et liberam ab omni peccato, et ignorantia animam esse non posse, quamdiu per speculum, et in aenigmate videt Deum: et recedere a malis non posse hominem, nisi redierit ad societatem angelorum, ut ibi sit, unde peregrinatur, et ubi sunt omnes sancti, et iusti, qui fruuntur Verbo Dei sine lectione, et per faciem cernunt: et visionem, quae modo est, per fidem esse; visionem vero, quae futura est, per speciem futuram; et eum, qui modo sequitur per fidem, postea habiturum beatitatem per speciem: et quamdiu sumus in corpore, peregrinari nos a Domino, per fidem enim nos ambulare, et non per speciem; per speciem autem beatos homines futuros transacta nocte saeculi huius.* Iam vero fore, ut animae ante corporis resurrectionem *habeant vitam aeternam*: Et *finita via venire patriam; non enim Deum posse videri tempore fidei, sed videndum esse tempore speciei* etc. haec, inquam, Augustinus non dixisset, si post hanc vitam, futurum statum quemdam animarum felicem putasset, quo etsi beatae essent, non tamen ad iudicii usque diem fruerentur visione Dei. Atque is quidem, quamdiu ab iis millenariis stetit, qui post hanc vitam regnum Christi spiritale futurum, eique regno aeternam vitam consistentem in visione Dei successuram existimabant, quamdiu, inquam, hisce millenariis assensus est, post hoc saeculum non *speciem*, sed sabbatismum; neque aeternam vitam, sed regnum solum Christi temporarium futurum dixit. Attende autem, quid sermone supra indicato cclix. *num.* 2. *pag.* 739. millenariorum sequutus scribat de septem aetatibus, quae Geneseos diebus respondeant: „ Quomodo formatus est „ homo in genesi sexto die ad imaginem Dei: sed „ et in isto tempore, quasi sexto die totius saeculi,

Digitized by Google

quidquam esse illa de re statuendum, de qua Augustinus dubitavisset; haesitare quidem, ob dubitationem Augustini, vel potius

,, renovamur in baptismo, ut recipiamus imaginem ,, conditoris nostri. Sextus autem dies iste cum transierit, veniet requies post illam ventilationem, et ,, sabbatizabunt sancti, et iusti Dei. Post septimum ,, autem cum apparuerit in area dignitas messis, fulgor, meritumque sanctorum, ibimus in illam vitam, et in illam requiem, de qua dictum est, ,, quia *oculus non vidit, nec auris audivit, nec in* ,, *cor hominis ascendit, quae praeparavit Deus diligentibus se*. Tunc velut ad caput reditur. Quomodo enim cum peracti fuerint isti septem dies, ,, octavus ipse est, qui primus, sic post terminatam, et peractam aetatem septem saeculi transeuntis, ,, ad illam immortalitatem, beatitudinemque redimus, de qua lapsus est homo ,,. At quam ab his discrepant, quae subinde dixit de anima post brevem hanc vitam consecutura *sempiternam illam vitam*, deque visione Dei tunc obtinenda ab animo cum solutus corpore, liberque a peccandi periculo fuerit i Quid? si sermone IV. al. XLIV. *de diversis* n. VIII. *pag.* 10. non octavi meminerit diei, sed septimi solum, qui vespere caret, isque sit, 'qui mortali huic nostrae succedit vitae? ,, Septimo die, *inquit*, qui ,, vesperam non habet, significatur nobis requies ,, sempiterna, ubi nullus est occasus ,,. Serm. autem IX. al. CCVI. *de tempore* n. 6. *pag.* 38. ,, Requievit, *in*,, *quit*, Deus ab omnibus suis. Non enim fatigatus ,, erat Deus, ut (id) diceretur; sed in illo verbo tibi ,, laboranti requiem promisit; ut... intelliges etiam te ,, post bona opera requieturum, et sine fine requieturum. Nam omnia superiora, quae dicta sunt, id ,, est dies superiores, habent vesperam. Septimus iste ,, dies non habet vesperam, ubi Deus sanctificavit re,, quiem. Dicitur ibi factum est mane, ut inciperet ,, ipse dies. Non dictum est, factum est vespere, ut ,, finiretur dies. Factum est mane, ut fieret sine fine ,, dies. Sic incipit ergo requies nostra quasi mane, ,, sed non finitur, quia in aeternum vivemus ,,. Quid quaeris? vita hac aeterna potietur animus (uti supra est Augustini testimonio demonstratum) ante corporum resurrectionem. Quin etiam tractat. CXXIV. *in Iohannem* n. 3. *pag.* 598. *tom.* III. *edit. eiusd.* refellens eos, qui Iohannem ipsum etiamnum vivere aiebant: ,, Fit, *inquit*, difficilior quaestio, cur discipulo Iesus, ,, quem diligebat prae ceteris... pro magno munere ,, longum in corpore donaverit somnum, cum beatum Petrum per ingentem martyrii gloriam ab ,, onere ipsius corporis solverit, eique concesserit, ,, quod apostolus Paulus se concupisse dixit, *dissolvi*, ,, *et esse cum Christo* ,,. (*Philipp.* 1. 23.) Quid autem hoc rei est? nisi Petro, atque Iohanni redditam esse coronam, ac perfectam illam absolutamque beatitatem, quae, ut idem Augustinus *ibid.* num. 6. *pag.* 600. scribit, *cum Christo sine fine vivemus*; et apostoli Pauli votum ad eam spectaret vitam, quae faceret peregrinandi finem, cui quidem peregrinationi fides respondet, estque opposita speciei, hoc est clara, et aenigmate omni soluta visio divinitatis, ut II. *ad corinth. cap.* 5. v. 6. apostolus idem demonstrat ,, audentes, *inquiens*, ,, semper, et scientes, quoniam cum sumus in cor,, pore peregrinamur a Domino; per fidem enim ,, ambulamus, et non per speciem. Audemus autem, ,, et bonam voluntatem habemus magis peregrinari a ,, corpore, et praesentes esse ad Dominum ,,. Sexcenta sunt generis eiusdem Augustini loca. Sed adhibebo modum, ne longior sim, quam oporteat. Nunc quorsum ea pertineant Augustini eiusdem testimonia, quae pag. 143. seqq. descripsimus, explicabo brevi. Prior est locus e *serm.* I. *in ps.* XXXVI. *num.* 10. *pag.* 97. ubi non ibi post brevem hanc vitam nos futuros, scribit, ubi erunt sancti. Iam quemadmodum hunc locum explicarit Thomas, vidimus supra *pag.* 144. *seq. in not.* Ac recte is quidem ait, non ibi futuras, Augustini sententia, post brevem hanc vitam sanctorum animas dici, ubi erunt sancti, hoc est non habituras stolam geminam, quam habebunt resumptis corporibus. Non enim occupabit locum ita vacans corpore. Quare in loco ita, ut est corpus, non erit. Tò *ibi* autem, si accurate loqui, proprietateque verborum uti velimus, respondet loco, quem corpus occupat. Itaque cum animus post hanc brevem vitam (Augustino teste, quod mox videbimus) omni prorsus corpore vacet, *ibi* certe *proprie* (nempe eo, quo est corpus, modo) non erit, ubi erunt sancti resumptis corporibus. Atque haec profecto causa fuit, quam ob rem Gregorius nyssenus *dialogo de anima tom.* III. *pag.* 210. *edit. paris. an.* 1638. scripserit: *Nullam de loco controversiam nostra movebit oratio, quae corporum dumtaxat propriam esse in loco positionem, comprehendit; animam vero, quae corporis sit expers, nulla naturae necessitate certis quibusdam locis detineri.* Nec tamen inde est consequens, visum Gregorio fuisse, alicubi suo quidem modo non esse animas solutas corporibus; sed hoc solum, quod non ita ibi sint, uti sunt corpora. Alioqui numquam affirmasset, ut ille quidem affirmat *tract.* I. *de resurrectione tom. eod. pag.* 384. *planissimum esse illud, in quo mysterium declaratur, Ionae nimirum exemplum indicans Domini apud inferos commorationem.* Neque vero Gregorius nyssenus solum, sed Augustinus ipse, de cuius loco est quaestio, saepe ac multum in suis operibus id ipsum demonstrat. Ac minus proprie *locum* dici comparate ad *spiritum*, auctor idem est Augustinus *de Genesi ad litt. lib.* IV. *cap.* XVIII. n. 34. *pag.* 130. *to.* III. *p.* I. *edit. eiusd.*, ubi postquam de rebus egit habentibus in Deo quietis *locum*, tum, *scio*, inquit, *quod non proprie dixerim locum; nam proprie*

inquirere, investigareque, quid statuto esset opus, fortasse potuit; certo autem affirmare, aut opinari, Augustini caussa, verum esse,

dicitur in spatiis, quae corporibus occupantur: sed quia et ipsa corpora non manent in loco, nisi quo sui ponderis tamquam appetitu perveniunt, ut eo comperto requiescant: ideo non incongruenter a corporalibus ad spiritalia verbum transfertur, ut dicatur locus, cum res ipsa plurimum distet: et tractat. XXXI. *in Iohannis evang.* nu. 9. *pag.* 380. *tom. eod.* III. *p.* II. ,, Homo, inquit, ,, secundum corpus in loco est, et de loco migrat etc. ,, Rursum *ep.* XVIII. *al.* XXIII. ad *Caelestinum n.* 2. *p.* 18. *tom.* II., *Est natura*, inquit, *per locos, et tempora mutabilis, ut corpus; et est natura per locos nullo modo, sed tantum per tempora etiam ipsa mutabilis, ut anima; et est natura, quae nec per locos, nec per tempora mutari potest. Hoc Deus est.* Quod autem *proprie* in *loco* non est, nec *proprie* mutatur loco, ne *proprie* quidem *alicubi est.* Quod vero *alicubi* proprie non est, ne *ibi* quidem esse, dici *proprie* potest. Nam si *ibi* proprie est, proprie certe *alicubi* est; cum fingi omnino nequeat, ut quod *ibi* sit, non sit *alicubi*. Non est autem animus solutus corpore, Augustino teste, *proprie* in loco; nec *proprie* mutatur per loca; non est igitur *proprie alicubi*. Quod si *proprie alicubi* non est; ne *proprie* quidem *ibi* est. Atque Augustinus *in libro* LXXXIII. *quaestionum. quaest.* XIX. to. VI. *p.* 4. *quod alicubi*, inquit, *est, continetur loco; quod continetur loco, corpus est. Deus autem* (addam ipse, et *humanus animus*) *non est corpus; non igitur alicubi est.* Quare Augustinus ipse in *ps.* VI. n. 9. *p.* 20. ,, Locis, *inquit*, corpora conti- ,, nentur, animo autem locus est affectio sua ,, et in *ps.* IX. n. 15. *pag.* 39. ,, Locus animae non in ,, spatio aliquo est, quod forma occupat corporis, ,, sed in delectatione, quo se pervenisse per amorem ,, laetatur ,,. Confer *lib.* LXXXIII. *quaestionum, quaestione* VIII. *pag.* 3. *tom.* VI. Hoc igitur pacto animam hominis corpore solutam ibi futuram negat, ubi erunt sancti post corporum restitutionem. Non enim anima vacans corpore in loco sic est, ut erunt suis *corporibus* sancti *in loco*. Est enim, Augustino teste, in *ps.* CXLV. n. 4. *pag.* 1212. *incorporea, spiritalis, vicinae substantiae Dei.* Idque ille sexcentis aliis in locis statuit, quos vel numerando percensere longum esset. Neque vero ulla est caussa, cur aliorsum accipi τὸ *non ibi eris* posse videatur. Nam addit mox Augustinus eo in loco, quem nobis adversarii opponunt: *non ibi eris; quis nescit?* At animos in caelo esse (non occupando spatium, ut corpora: sed eo modo, quod est alicubi spiritus) quo in coelo sancti suis corporibus spatium occupantes erunt post restitutionem corporum, non plerique solum omnes sanctorum patrum, sed Augustinus etiam ipse fatetur, cum alibi saepe, tum in *ps.* XXXIII. *enarrat.* III. n. 6. *pag.* 148. ubi. ,, Exceptis, inquit, ,, illis caelis superioribus, ignotis nobis in terra la- ,, borantibus, et per humanas coniecturas utcumque ,, ista quaerentibus; exceptis ergo illis caelis, qui quo- ,, modo sint super invicem, vel quot sint, vel quibus ,, modis distincti sint, quibus incolis impleti sint, ,, qua dispositione regantur, quomodo ibi unus qui- ,, dem hymnus indeficiens concinens ab omnibus, ,, praedicet Deum, multum est ad nos invenire, satagimus tamen pervenire. Ibi est enim *patria nostra*, ,, quam longa fortasse peregrinatione obliti sumus. ,, Vox enim nostra est in illo psalmo: Heu me, quo- ,, niam peregrinatio mea longinqua facta est. Ergo ,, de illis caelis, et mihi difficile est disputare (si ta- ,, men non impossibile). Certe qui me in his rebus ,, intellectu praevenit, fruatur, quo praecessit, et oret ,, pro me, ut sequar ego. Interim exceptis illis caelis, ,, habeo de quibus hic utcumque disseram, nobis ,, proximos caelos sanctos Dei apostolos etc. ,, Videmus ut in *caelis*, in *caelis* inquam, patriam nostram esse confiteatur? At iam ostensum paulo ante est multis Augustini locis, desinente hac via, *incipere patriam*. Animi igitur hominum soluti corpore cum in patria sint, in caelo profecto oportet ut sint. Consule *serm.* II. *in ps.* XXXII. *pag.* 148. nu. 4., *et lib.* II. *q. evang. q.* XXXXIII. *p.* 192. n. 6. *tom.* III. *p.* II. Hoc idem statuit in locis prope innumerabilibus, quos ne numerare quidem vacat. Sunt igitur in caelis animae sanctorum, Augustino, quo adversarii patrono gloriantur, patribusque plerisque omnibus consentientibus. Quare ab synodo lugdunensi an. 1274. *tom.* VII. *collect. concilior. edit. Hard. paris. an.* 1714. *pag.* 695. *seq.* declaratum est: Τούτων τὰς ψυχὰς μετὰ τὸ ἱερὸν βάπτισμα λαβεῖν εἰς μηδένα ἁμαρτίας μῶμον ἐπιδραμόντων, κἀκείνας τὰς μετὰ τὸ ἐφελκῦσαι ἁμαρτίας μῶμον ἂν ἢ ἐν τοῖς οἰκείοις μένουσαι σώμασιν, ἢ μετὰ τὴν τούτων ἀπέκδυσιν ὡς ἀνωτέρω εἴρηται καθαρισθήσονται, εἰς τὸν οὐρανὸν αὐτίκα παραδέχεσθαι. ,, Illorum animas, qui post sacrum baptisma susceptum ,, nullam omnino peccati maculam incurrerunt: illas ,, etiam, quae post contractam peccati maculam, vel ,, in suis manentes corporibus, vel eisdem exutae, ,, prout superius dictum est, sunt purgatae, mox in ,, caelum recipi: ,, Quod idem definitum anno 1439. ab synodo florentina in decreto unionis graecorum fuit. *Tom.* IX. *concillor. p.*422. *edit. eiusd.* nempe eiusmodi animas εἰς οὐρανὸν εὐθὺς προλαμβάνεσθαι, καὶ καθαρῶς θεωρεῖν αὐτὸν τὸν ἕνα, καὶ τρισυπόστατον Θεὸν, καθώς ἐστι κ. τ. λ. *In caelum mox recipi, et intueri ipsum Deum trinum, et unum, sicuti est etc.* Haec cum Augustini, et patrum omnium sententia fuerit, definita post ab synodis lugdunensi, et florentina, cum inquam haec patrum plerorumque omnium sen-

Digitized by Google

quod Augustinus verum, aut propensius ad veritatem esse, nusquam dixisset; profecto, si sanus erat, non potuit: atque eo qui-

tentiae fuerit, dicere non potuit Augustinus τὸ *non ibi eris, ubi erunt sancti* eo sensu, ut in caelo animas sanctorum non esse putaverit; sed eo modo non ibi futuras, quo ibi erunt sancti post resurrectionem suis corporibus occupantes locum. Fac enim Augustinus in caelo non futuras existimarit (falsum id quidem), sed fac existimarit, et norat tamen, permultos esse, qui secus statuerent. Non ergo dixisset: *Non ibi eris; quis nescit?* Nam erat exploratum permultos esse, qui ibi non futuras tam nescirent, ut contra scirent, et vero acriter defenderent, *ibi futuras.* Quo igitur τὸ *quis nescit*, spectat, nisi ut indicet, de se non ibi Augustinum agere, quod omnibus notum, concessumque esset? Quid autem omnibus notum, concessumque erat? *An animas solutas corporibus non futuras in caelo, ubi erunt sancti post corporum restitutionem?* Minime quidem certe. Age ergo explica quid notum omnibus, concessumque tam esset, ut dicere Augustinus posset. *Non ibi eris, quis nescit?* Profecto nisi τὸ *non ibi eris* de loco accepit Augustinus, quem piorum animae solutae corporibus in caelo (ubi certe sunt) non occupant, cum sint spiritus; occupabunt autem sancti suis corporibus post eorumdem corporum restitutionem, id quod notum omnibus est, nisi inquam sic intellexit Augustinus, qua demum alia significatione, quam *omnes sciant*, intellexerit, ne suspicari quidem possum. At instant, urgentque adversarii: in sinu Abrahae, Augustino auctore, esse animas corpore solutas posse. „Sed iam *inquit*, poteris ibi esse, ubi illum quondam ulcerosum pauperem dives ille superbus vidit a longe requiescentem." Equidem primum quaero, allegorice ne, an aliter vir sanctus de sinu Abrahae sit loquutus? Atque allegorice quidem, ut alias saepe, locum hunc explicat *lib.* II. *quaestion. evangeliorum quaest.* XXXVIII. n. 5. *pagina* 192. *tom.* III. *parte* II. Fac vero allegorice non fuerit loquutus, hoc mihi expediri volo, quid Augustinus vocabulis *sinus Abrahae* intellexerit? Augustinus certe *serm.* XIV. *al.* CXX. *cap.* III. *num.* 4. *pag.* 59. *tomo* IV. „*Contigit*, inquit, *mori inopem illum, et auferri ab angelis. Quo? In sinum Abrahae, idest in* SECRETUM *ubi* ERAT *Abraham. Nolite enim carnaliter intelligere, quod velut in sinum tunicae Abrahae levatus sit pauper. Sinus erat, quia* SECRETUM *erat.* Rursum libro IV. de *anima et eius origine c.* XVI. *num.* 24. *tom.* X. *p.* 265. eum refellens, qui animam corpus esse dicebat, *Usque adeo*, inquit, *desiperes, ut arbitrareris corporeum unius hominis sinum ferre tot animas, immo, ut secundum te loquar, ferre tot corpora bene meritorum, quot illuc angeli sicut Lazarum perferunt? nisi opinaris fortasse illam unam animam solam ad eumdem sinum pervenire meruisse. Si* NON IOCARIS, ET ERRORE PUERILITER NON VIS, SINUM ABRAHAE INTELLIGE REMOTAM SEDEM QUIETIS, ATQUE SECRETAM, *ubi est Abraham, et ideo Abrahae dictum, non quod ipsius tantum sit, sed quod ipse pater multarum gentium sit positus, quibus est ad imitandum fidei principatu praepositus, sicut Deum Abraham, et Deum Isaac, et Deum Iacob se Deus vocari voluit, cum sit innumerabilium Deus.* Quin etiam *quaest. in evang. lib.* II. *qu.* 38. *num.* 5. *pag.* 192. „Secretum patris, *inquit*, bene intelligitur, ubi etiam ante resurrectionem iustorum animae vivunt cum Deo." Constat quid, Augustini sententia, sinus sit Abrahae: nempe *secretum* Dei in quo *erat* Abraham, et secretum in quo *est* Abraham. Quid hoc est secretum? nisi quietis sedes, in qua suo quidem modo, sint spiritus? Qui suus modus cum non solum non explicari verbis, sed ne intelligi quidem a mortali possit, *secretum* merito appellatur. *Multum enim* (inquit Augustinus de *incolis, quibus impleti sunt caeli, deque hymno indeficienti, quo ab omnibus ibi praedicatur Deus,* disserens) *multum est ad nos invenire, satagimus tamen pervenire. Et tractatu* CXI. *in Iohannem num.* 2. *seq. pag.* 569. *tomo* III. *parte* II. aspiciens illum evangelii locum, volo ut ubi ego sum, et illi sint mecum: „Abscedat, inquit, ab animo omnis imaginum corporalium cogitatio. Quidquid menti occurrerit longum, latum, crassum, qualibet luce corporea coloratum per quaelibet locorum spatia, vel finita, vel infinita diffusum, ab his omnibus quantum potest aciem suae contemplationis, vel intentionis avertat," et numero 3. „Si secundum id quod filius Dei Deus est Patri aequalis, atque coaeternus, accipiamus hoc dictum, ut *ubi ego sum, et ipsi mecum*, in Patre cum Christo erimus; sed ille sicut ille, nos sicut nos, ubicumque corpore fuerimus. SI ENIM LOCA DICENDA SUNT, ET QUIBUS NON CORPORA CONTINENTUR, ET LOCUS EST CUIQUE REI, UBI EST, locus Christi aeternus Pater, ubi semper est, et locus Patris filius est, quia *ego*, inquit, *in Patre, et Pater in me est*....et locus noster ipsi sunt, quia sequitur, ut et ipsi in nobis unum sint....Sed quis IDONEUS LOCA ISTA, VEL QUAE SUNT IN LOCIS ISTIS, SINE SPATIOSIS CAPACITATIBUS, UT SINE CORPORE VOLVENS COGITARE." Cogitari ergo non potest, quemadmodum animus corporis mole vacans, spatiosamque capacitatem non occupans alicubi sit, sitque in Deo: atque hoc illud *secretum est*, quod esse *Abrahae sinum* dixit. Quod autem alibi secretum Dei, vel sinum Abrahae appellavit, idipsum in XXI. *de civitate Dei libro cap.* IX. *num.* 2. *pag.* 234. *tomo* VII. indicavit vocabulis *secretorum receptaculorum, vel sedium in quibus* animae piorum *requiescunt.* Restat, ut, eaedem ne *secretae sedes*, eadem ne *secreta receptacula*, idem *sinus*, et idem *secretum* Abrahae nunc sit, atque illud fuit, in quo erat Abrahamus ante Christi mortem, descensumque ad inferos, investigemus. Negat Augustinus. Nam sinum Abrahae, ante mortem Christi servatoris in inferis, ait, fuisse, unde liberandae animae, quae ibi

Digitized by Google

dem minus potuit, quod tanti faceret doctrinam s. Thomae aquinatis, quem in sanctos retulerat, ut tot eum prodigia patrasse fateretur, quot articulos scripsisset.

erant, eruendaeque a Christo ipso fuerunt. Cur autem eruendae, nisi quia ibidem veluti captivae tenebantur? Addit autem mox Augustinus. Post mortem eiusdem servatoris Christi, postque eius ad inferos descensum, animas piorum *iam rursus inferos nescire*, quare solutas a captivitate sua, fruique visione Dei, quod multis supra eiusdem Augustini locis ostendimus. Non ergo ibi sinum Abrahae, neque eiusmodi nunc est, ubi erat, et cuiusmodi erat ante Christi servatoris mortem. Ac libro xx. de civitate Dei cap. xv. pag. 448.„ Si „ enim non absurde credi videtur, *inquit*, aliquos etiam „ sanctos, qui venturi Christi tenuerunt fidem, locis „ quidem a tormentis impiorum remotissimis, sed „ apud inferos fuisse, donec eos inde sanguis Christi, „ et ad ea loca descensus erueret, profecto deinceps „ boni fideles, effuso illo pretio iam redempti, prorsus inferos nesciunt, donec etiam receptis corporibus bona recipiant, quae merentur.„ Neque vero τό *non absurde creditur*, negotium tibi exhibere debet, quasi Augustinus, non *absurdum* dixerit, quod minus tamen verum esse arbitraretur. Nam utitur is saepe his vocibus *non absurde* etiam dum de rebus agit certissimis. An non ille sexcentis in locis statuit beatos esse *spe* homines? Vide adnotationem nostras *pag.* 122. *seq. huius vol.* Nihilo secius idem ipse Augustinus *l. xix. cap. xx. de civitate Dei pag.* 426. *tom.* VII., *non absurde dici etiam*, inquit, *beatus potest spe illa potius quam re ista.* Scilicet τό *non absurde*, apud Augustinum, eodem recidit, atque τό *apte.* Confer *lib.* I. *retractat. cap.* XIII. *num.* 3. *tom.* I. *pag.* 14. *et enarrat. in ps.* III. *num.* 3. *pag.* 6. *tom.* IV. *et lib. de immortalit. animae cap.* VIII. *num.* 14. *pag.* 222. *tom.* I., *et epist.* XXIII. *al.* CCXX. *num.* I. *pag.* 32. *tom.* II. *lib.* VI. *de musica cap.* V. *numero* XI. *pag.* 335. *tom.* I., ut cetera prope innumerabilia praetermittam loca, ex quibus plane intelligitur, quid τό *non absurde* apud sanctissimum doctorem valuit. Iam hoc tenens, Augustini locum ex sermone I. in ps. XXXVI. intelligi commode posse hoc modo. *Post vitam hanc parvam*, animas hominum non ibi *proprie* futuras, hoc est locum non occupaturas, ubi *erunt sancti* post corporum restitutionem. Nam hos per *corpora sua* fore, ut locum occupent, quod omnes norunt. Animas autem hominum, cum intelligi a mortali nequeat, quo demum modo futurae alicubi sint, futuras spiritaliter modo in requie, seu in *sinu*, hoc est in *secreto* in quo est Abraham, ubi illum *quondam ulcerosum pauperem dives superbus vidit a longe requiescentem*: requiem autem illam, sive sinum, sive secretum non in inferis esse, ut erat ante descensum Christi ad inferos; sed in caelo, quod Augustinus ipse animadvertit. Quaero nunc, quid inde adiumenti capere possint ii, qui, Augustini sententia, differri ad extremum iudicii diem visionem Dei oportere arbitrentur? Ubinam enim vir maximus eo in loco meminit visionis Dei? Aut quam ibi usurpavit vocem, ex qua vel coniectura, de videndo post adventum Christi secundum Deo, concludi quidquam posse videatur? At enim dubitavit, inquiunt, Augustinus, in inferis ne sinus Abrahae ante Christi mortem, an alibi fuerit. Fac dubitarit. Quid tum? An idcirco differri visionem Dei putavit ad iudicii extremum diem? Equidem non video, qui nexus, quaeque colligatio sit, ut si quis neget sinum Abrahae in inferis ante Christi mortem fuisse, is fateri cogatur, sanctorum animas ante iudicii extremi diem non visuras Deum. Sed instant adversarii, atque addi mox ab Augustino animadvertunt, *in illa requie positum securum expectas iudicii diem, quando recipias et corpus, quando immuteris, ut angelo aequeris.* Non aequantur ergo angelis animae solutae corporibus. At aequarentur, si beatitate *essentiali*, quam dicimus, quaeque consistit in Dei visione, fruerentur. Iam hoc quidquid est difficultatis expedit s. Thomas 1. 2. quaest. IV. art. V. in corp. et in *resp. ad* 5. *arg.* ut in *adnot. pag.* 134. *et* 135. huiusce vol. vidimus. Quod si quis novo quidem more, cum Thoma se magistro gloriari dicat, moveri se tamen per summam iniuriam neget auctoritate Thomae, Norisium adeat. Intelliget ex IV. *cap. vindicar. augustinianar.* §. I. *pag.* 69. *edit. patav. an.* 1709., *dubium se Augustinum de angelorum corpore fuisse significasse.* Igitur cum sic dubitaret Augustinus, modo angelos corporibus esse instructos posuit, modo eadem de re haesitans loquutus est. Atque haesitam quidem l. XV. de civitate Dei. cap. XXIII., et l. XXI. cap. X. quorum locorum alterum indicat ibid. Norisius, alterum describit. At angelica corpora ponit in enarrationibus praesertim in psalmos. *In ps.* LXXXV. *n.* 17. *pag.* 666. *tom.* IV.„ Adhuc, *inquit*, habet vitam utique „ corpus nostrum, et tamen comparatum corpori illi, „ quod futurum est, QUALIA SUNT ANGELORUM CORPORA, „ invenitur corpus hominis mortuum, quamvis adhuc „ habens animam.„ Et in *psalmum* CXLV. n. 3. pagina 1212. „ Quamvis bonum aliquid sit corpus no„ strum, tam quamdiu mortale propter peccatum, „ quamdiu indigens, quamdiu corruptibile, quamdiu „ ita mutabile, et ne puncto quidem temporis con„ sistat in se, procul dubio tale est, ut optemus re„ demptionem, qua sit aliquando non tale. Sed quale „ erit aliquando? Quale idem apostolus dicit alio lo„ co: *oportet corruptibile hoc induere incorruptionem, et* „ *mortale hoc induere immortalitatem.* Sed etiam cum „ fuerit tale corpus nostrum, corpus iam caeleste, et „ spiritale, corpus angelicum in societate angelorum,

Digitized by Google

At addit Iohannes ad regem scribens, *et quia, fili dilectissime, forsan tibi dicitur, quod nos non sumus in theologia ma-*

,, nec sic dabit consilium animae. Semper enim corpus, quoniam corpus est, infra animam est, et quaevis anima vilis excellentissimo corpore excellentior invenitur:,, Et *num.* 5. *p.* 1213. ,, Sit licet corpus angelicum, inferius est, quam anima, consilium superiori dare non potest,,. Vides, ut corpora sanctorum post resurrectionem talia futura dicat, qualia sunt angelorum corpora? Quid autem sibi vult ille cum scribit, *quando immuteris*? Attende quid scribat in *ps.* CXL. *num.* 14. *pag.* 832. ,, Ubi resurrectio carnis? Ubi exemplum membrorum, quod praecessit in capite? Ubi? Vis audire? Mutabitur: non tale erit, quale fuit. Audi apostolum dicentem: et mortui resurgent incorrupti, *et nos immutabimur*! Seminatur corpus animale, surget corpus spiritale. Seminatur corruptibile, resurget incorruptibile. Mutationem itaque expectamus,,. En quid sit τo *quando immuteris*. Nempe quando restitutum tibi corpus fuerit, non uti nunc est corruptibile, sed incorruptibile, atque Augustinus inquit, *angelicum*. Tum angelo *aequabere*. Non enim spiritu solum felix eris, uti sunt angeli, sed etiam corpore, quo *incorruptibili, ac caelesti* praestare angelos ipsos Augustinus alicubi dicit, alibi vero dubitat, ut est visum Norisio. Iam tenes quid Augustinus illis verbis velit: *quando immuteris, ut angelo aequeris*. Quamquam nunc dubitare non liceat, sint ne angeli instructi, an non sint, corpore, quod Augustinus ea de re dubitarit. Nam hoc item ex eorum genere est, de quibus, etsi doctor sanctissimus nihil sibi esse statuendum putavit, nefas nunc tamen est, ut idem animadvertit Norisius, dubitare (*vide pag.* 123. *huiusce vol. in not.*). Non enim solum perplures patrum, omnesque temporum superiorum, huiusque etiam aetatis theologi, vacare corporibus angelos pugnant; sed synodus etiam lateranensis IV. sub Innocentio III. anno 1215. tom. VII. *concilior. ed. Hard. an.* 1714. *p.* 15. *cap.* I. *de fide catholica*, fidei hanc regulam proposuit, quae praeter cetera habet hoc modo:,, credimus, et simpliciter confitemur, quod unus solus est Deus.. qui ab initio temporis utramque de nihilo condidit creaturam spiritualem, et corporalem, angelicam videlicet, et mundanam, ac deinde humanam quasi communem ex spiritu, et corpore constitutam,,. Ac de primo quidem Augustini loco, quo abutuntur ii, qui sanctissimum eumdem doctorem in dilatae ad iudicii extremum diem visionis Dei suspicionem vocant; satis dictum est. Reliquum esset, ut novum illum scriptorem refellerem, qui Augustinum ab invidia dilatae felicitatis consistentis in visione intuitiva Dei liberaturus, sic hunc eumdem pervertit locum, ut Augustini ipsius opinione animas patrum veteris testamenti in sinu Abrahae ante Christi mortem beatas visione Dei fuisse, ostendere, studerat. Sed quoniam agendum mihi hac de re in extremo hoc volumine diligenter erit, temperabo nunc mihi ab eo vexando, qui rationem, ne fando quidem ante hac auditam, vindicandorum patrum induxit, qua sit, ut ne ipsi in extremum unum videantur, in alterum inviti, atque ingratiis rapiantur, quod totius ecclesiae catholicae consensione reiectum sit; id quod Augustinus *insolentissimae insaniae* esse animadvertit *lib.* I. *ad Ianuarium cap.* V. *num.* 6. ep. LIV. *alias* XXVIII. *tom.* II. *opp. pag.* 95. Sed de hoc, ut dixi, alias. Nunc de altero Augustini loco, quem sibi eius accusatores, praesidio esse iactant. Est is acceptus e tractatu XLIX. in Ioh. n. IX. et X. descriptusque a nobis est *pag.* 113. *huius vol.* Esse autem eum locum de corporum resurrectione, corporisque aeterna vita, intelligendum ex tract. XXVI., item in Ioh.n. 16. perspicitur, ex quo etiam tractatu manifestum locum descripsimus *pag.* 137. *in not. huiusce vol.* Quo sane loco *haberi interim*, Augustinus ait, *secundum spiritum vitam aeternam, qua sanctorum spiritus suscipit; quod autem ad corpus attinet, nec huius vitam aeternam fraudari, sed in resurrectione mortuorum in novissimo die.* Animi autem vita aeterna *visio est Dei*. Visio autem animi propria est. Confer eumdem Augustinum locis superius allatis *in not. pag.* 137. *huius vol. et enchirid. de fide, spe, et charitate cap.* XVII. *pag.* 148. *tom.* VI. *opp. edit. eiusd.* ubi ,, Ob hoc ipsum, *inquit*, est vita misera ista, qua vivimus, quod si nonnumquam, ut non amittatur, error est necessarius. Absit ut talis sit illa vita, ubi est animae nostrae ipsa veritas vita,,. Corporis autem, quae futura sit vita aeterna, ostenditur ab eodem s. doctore *serm.* CCCLXIII. *cap.* XXIX. n. 30. *p.* 1002. *tom.* V. ubi ,,, Haec vita sanctorum, inquit, etiam corpora eorum commutata in caelestem, et angelicum statum sic implebit, atque immortaliter vegetabit, ut ab illa beatissima contemplatione, et laude veritatis nulla corruptionis necessitatis avertat, aut avocet,,. Confer quae sequuntur. Tertius est locus, quo adversarii maxime fidunt, de civitatibus duabus, quae ultimo iudicio separandae sint, adeo ut altera vitam consequatur aeternam, altera in ignem aeternum mittatur. Sed hoc ego loco non magnopere moveor. Non enim negat Augustinus civitatem nunc esse unam sanctorum in caelo beatam; alteram malorum in inferis; sed complendam utramque extremo mundi tempore significat, tumque fore, ut mali numquam locorum permixti bonis sint. Quare tractatu CXXIV. in *Iohannem num.* 5. *tom,* III. *parte* III. *pag.* 699. de vita utraque, quam sibi *commendatam, praedicatamque novit* ecclesia, disserens ,, Una est, inquit, in tempore peregrinationis, altera in aeternitate mansionis; una in labore, altera in requie; una in via, altera in patria; una in opere actionis, altera in mercede contemplationis; una declinat a malo, et facit bonum, altera nullum habet, a quo declinet, malum, et magnum habet, quo fruatur, bonum; una cum hoste pu-

Digitized by Google

gister, audi quid unus sapiens dicat; « non quis, *inquit*, sed » quid dicat intende ». Adeo et ad se quoque pertinere intel-

„ gnat, altera sine hoste regnat; una fortis est in „ adversis, altera nihil sentit adversi; una est vincen„ di cura sollicita, altera victoriae pace secura. Ergo „ una bona est, sed adhuc misera; altera maior, et „ beata „. Tota hic agitur ista atque in huius saeculi „ finem, et illic invenit finem, differtur illa *complenda* „ post huius saeculi finem, sed in futuro saeculo non „ habet finem „. Quin etiam *enarrat. in ps.* cxvi. n.2. ut supra est animadversum *pag.* 137. *huiusce vol. in not.* „ Contristatus est, inquit, beatus Cyprianus in pas„ sione, modo consolatus est in corona. Modo con„ solatus, adhuc tristis est „. Scilicet non sui causa, sed in nobis, qui in hoc squalore versamur, et pro quibus, cum ipse sit felix, interpellat. Addit namque mox Augustinus: „ Dominus enim noster Iesus Chris„ tus adhuc interpellat pro nobis. Omnes martyres, „ qui cum illo sunt, interpellant pro nobis. Non „ transeunt interpellationes ipsorum, nisi cum tran„ sierit gemitus noster, omnes in una voce, in uno „ populo, in una patria consolabimur „. En quid illud sit, quod Augustinus in modo descripto e tractatu cxxiv. in Iohannem loco dixerat: servari ecclesiam, seu vitam illam beatam complendam post huius saeculi finem. Quintus est locus de secretis animarum humanarum receptaculis, quorum meminit Augustinus cum saepe alias, tum in xii. de civitate Dei lib. cap. ix. *ut in notatione pag.* 114. vidimus. Sed haec ea Augustinus *secreta receptacula vocat*, quo nobis exploratum, cognitumque non sit, quemadmodum in loco spiritus consistant. Qua de re consuliter s. Thomas *suppl.* iii. p. *quaest.* lxix. *art.* i. *ad* i. *arg. et art.* ii. *ad secundum*. Idem ipse Augustinus non iis locis solum, quos paulo ante descripsimus, sed etiam *contra epistolam Manichaei cap.* xvi. *pag.* 116. *seq.* loci spatio animam non teneri scribit: quo ex re intelligitur, explicari a mortali non posse, quo demum modo ea sit in loco, cum locum omnino non occupet. Non negat autem Augustinus, animas piorum solutas corpore una cum angelis in caelo agere. Nam is locus, quem nobis opponunt adversarii, nihil continet, quod *in secretis receptaculis quiescentes animas*, cum sanctis illis spiritibus non versari indicet; at contra *enarrat. in psalm.* lxxxvi., ut in hac eadem notatione supra *pag.* 137. ostendimus, omnes, qui pie functi vita sunt, cum angelis esse, ait, quibuscum futuros etiam dicit esse eos, qui extremo mundi tempore sancte vixerint, tamque fore, ut *omnes in una voce, in uno populo, in una patria consolemur millia millium coniuncta psallentibus angelis*. Hanc vero e mortalibus hominibus constitutam partem civitatis Dei coniungendam demum esse *immortalibus angelis*, eo affirmat, quo extremo mundi tempore, animae ipsae rursum corporibus coniungentur suis, completaque beatitate potientur, ut completa iam modo

fruuntur angeli; nisi mavis, Augustinum immortalibus corporibus esse instructos angelos, aut cogitasse, aut dubitasse (qua de re supra demonstratum est) tamque homines sanctos angelis similes futuros, iisque perfecte copulandos, cum mortale hoc induerit immortalitatem. Sextus locus a libro de *praedestinatione sanctorum* a nobis descriptus *pag. huius vol.* 114. de praemiis est, quae in *novissima resurrectione* recipient sancti. Qui quidem locus plane orthodoxus est. Quis enim catholicus agilitatem corporis, immortalitatem, splendorem, gloriam praemii loco habendam neget? Rursum quotusquisque orthodoxorum est, qui hoc *medio tempore, secundum ea, quae gesserint animae per corporis tempus, animas ipsas vel cruciari, vel requiescere neget?* Hoc autem solum, nihilque praeterea locus ille e *lib. de praed. sanctorum* continet, quem nobis adversarii opponunt. Quod autem septimo loco iactant, quale tandem est? Sermone, inquiunt, cccxxviii. Augustinus scribit, *nondum receptis fructibus suis beati sunt modo ss. martyres*. Quid hoc rei est? Iam beatas esse martyrum animas visione Dei, ex eodem Augustino ostensum hac ipsa notatione est non opinione, sed plane, ut mihi videtur, ad veritatem. Quid? si hoc eodem loco e *serm.* cccxxviii. mox Augustinus addat: *quoniam cum Christo sunt animae eorum?* Quid autem sit, *cum Christo esse* intelliges ex *ser.* xxvii. *de verbis apostoli*, ex quo locum attuli p. 135. seq. *in not.* At addit Augustinus: *quid autem paretur illis in resurrectione, quis potest verbis explicare? quod oculus non vidit, nec auris audivit, nec in cor hominis ascendit, quae praeparavit Deus diligentibus se.* Id quidem addi ab Augustino, assentior; verum adiumento idipsum adversariis esse, nullo modo prorsus assentior. Non enim de *essentiali* (quam dicimus, quaque in caelis potiuntur iustorum animae, ut Augustini testimoniis demonstratum hac ipsa notatione est) beatitate ibidem Augustinus agit; sed de perfecta (quae pertinet, ut inquit s. Thomas, ad bene verum esse, hoc est ad *perfectionem maiorem*) deque numeris, ut aiunt omnibus absoluta. Completam autem illam negat fore; nisi post resurrectionem. Tunc enim, ut recte est a s. Thoma *loco pag. huius vol.* 135. *indicato* animadversum;„ quan„ to anima perfectior erit in sua natura, tanto per„ fectiorem habebit suam operationem, in qua feli„ citas consistit; unde Augustinus cum quaesisset, utrum „ spiritibus defunctorum possit summa illa beatitudo „ praeberi, respondit, quod non sic possunt videre „ incommutabilem substantiam, ut sancti angeli vi„ dent, sive alia latentiore causa, sive ideo, quia est „ in eis naturalis quidem appetitus corpus admini„ strandi „. De quo quidem *appetitu* vide, quae scribit Augustinus c. xx. *lib.* xii. *de civitate Dei pag.* 258. *tom.* iii. Atque hoc pacto explicanda sunt, quae ex *sermone* cclxxx. descripsimus *pag.* 114. *huius vol.* Alio-

Digitized by Google

ligebat illud, *ut non quis, sed quid diceret, cogitemus.* Pergit: *utinam fili, sicut et alias meminimus nos scripsisse, vellet audire, quae in nostris sermonibus diximus, regia celsitudo; ut praediximus, unum verbum de capite nostro non protulisse reperiet, sed quae vel Christus, vel apostoli, vel sancti patres, et doctores ecclesiae protulerunt.* Sic dubitantis specie, quam sequebatur doctrinam regiis auribus instillabat.

Summam defensor pontifici maximi conflare conatur iniuriam. Scilicet huc eius omnis sermo recidit: mentitum fuisse Iohannem regi. Eum namque specie fictae simulationis dubitasse, re autem vera haereticam *doctrinam fuisse sequutum.* Qua in re defensor non historici, qui res gestas narret; neque disputatoris praesertim christiani, qui ex actis, concessis, dictisve rebus quidquam concludendo statuat; sed coniecturis functus est munere, qui se divinando assequi posse iactet, quae in animo lateant. Nam Iohannem eam fuisse doctrinam sequutum, quibusnam eius

qui secum ipse Augustinus pugnaret, qui (ut multis ostendimus) saepe statuit, ea beatitudine gaudere nunc sanctorum animas corpore solutas, quae in aspectu consistit Dei. Doctorem autem summum, qualis Augustinus fuit, secum ipsum pugnasse quis credat? Postremus est locus acceptus ex enarratione in *psal.* 43. ut *pag.* 114. *in not. huius vol.* demonstratum est, quo esse loco Augustinus videtur statuere; *visionem facie ad faciem in resurrectione servari.* Verum ille aut de perfecta operatione animi in videndo Deo agit, ut aliqui arbitrantur; aut (quod quidem magis credo consonum huic loco esse) de tota civitate Dei disserit, quae coepta est quidem, sed differtur complenda post huius saeculi finem, ut idem scribit tract. cxxiv. in Iohannem num. 5. *pag.* 594. *tom.* III. *part.* II. Intelligi igitur hoc modo locus ille Augustini debet: animas quidem piorum, quae solutae iam corpore sunt, videre Deum, easque in angelorum societate (*confer quae scripsi in not. pag.* 134. *seqq. huius vol.*), sed ad exitum usque huius saeculi futuros peregrinos in terra, qui constituant hanc partem civitatis Dei et hos item esse visuros Deum. Sed his, qui futuri extremo tempore sunt, visionem servari in resurrectione, hoc est in mundi fine; nam eos *mundi* finis inveniet. Tunc autem nullum sanctorum fore, qui Deum non sit visurus, et tunc esse cessaturam pro viris interpellationem beatorum in patria degentium, (vide *pag.* 141. *hui. vol. in not.*) complendumque numerum intuentium beata, aeque sempiterna visione Deum. Ac de Augustini quidem dogmate, quod attinet ad visionem intuitivam Dei animabus piorum, statim ac plene purgatae fuerint, concedendam satis dictum est. Quamquam fateor, occurrere interdum quaedam in eius s. doctoris libris, quae etsi reipsa non efficiant, animabus piorum, quae corpore solutae pleneque purgatae sint, differendam esse ad saeculi huius finem *visionem intuitivam* Dei; sunt tamen plena spinarum, et difficultatis, conturbareque quandoque videantur eos, qui minus sint in iisdem libris versati, quia ita esse, ut fert doctrina ecclesiae, minime suspicentur. Quo magis novorum illorum scriptorum, quos *in not. pag.* 117. *seqq.* huiusce voluminis confutavimus, rationem miror, qui, Augustini sententia, etiam ipsos patrum veteris testamenti ante Christi servatoris mortem, defendunt, intuitos fuisse Deum. Nam qui demum hoc venire cuiquam in mentem potest, cum id nusquam scriptum, aut indicatum ab Augustino sit, cumque ille persaepe ita fuerit loquutus, ut etiam iis, quae post Christi mortem, in sinu Abrahae quiescunt, intuitivam Dei visionem negasse videatur; quae res profecto effecit, ut a viris quibusdam doctis in *dilatorum visionis* eiusdem Dei numerum referretur? Quo quidem ab errore eum labore, ac studio, collatisque inter se pluribus illius locis vindicare possumus, secus vero, vix possumus. Ac inauditum, mihi crede, est, tantum praeiudicatam opinionem valere posse, ut quisquam te ab errore, in quem visus sis incidisse, vindicaturus, id tibi tribuat, quod non modo non dixeris usquam, sed ne suspicatus quidem fuisse videare.

litteris defensor efficiet? An iis quibus idem pontifex testatur, numquam se quidquam affirmasse, sed disputando quaesisse, quid ea de controversia esset constituendum? Non equidem censeo. Quibus igitur? Nullis. Etenim ne verbulum quidem ex ulla epistola, sermoneve ullo Iohannis afferre potest, quo eum saltem propensiorem fuisse ostendat in damnatam postmodum a Benedicto XII. et ab synodo florentina photianorum quorundam sententiam. Quare si defensor ne verbulo quidem Iohannis nititur, id erit reliqui, ut se non historicum, neque disputatorem egisse confiteatur, sed coniectorem Iohanni infestum, atque inimicum, qui omnia rapere studeat in peiorem partem. Quid autem illud est, quod defensor addit, *pertinere ad se Iohannem etiam* putasse *τὸ non quis, sed quid diceret?* An id volet, non plus tribuisse pontificiae auctoritati Iohannem, quam privato cuique, qui ne doctor quidem theologus sit, tribuatur?

Ita quidem ille videtur velle, alioqui numquam haec usurpasset: *itaque et ad se quoque pertinere intelligebat illud, ut non quis, sed quid diceret cogitemus.* Verum qua id confidentia dicere defensor potuit, cum Iohannes pontificiam auctoritatem falli nesciam esse, publice semper testatus sit? Quod quidem cum ex aliis, quae pontifex idem scripsit, tum ex *cap.* v. *de verborum significatione* plane perspicitur, quo loco pontificem maximum, qua pontifex est, labi in definiendis de religione, ac moribus controversiis posse negat, obiectoque sibi Innocentii V. pont. max. loco *de altissima paupertate* « dicimus, *inquit*, quod » hoc dixerit non ut papa, sed ut frater Petrus de Tarantasia » in quadam postilla sua: quare dicta praemissorum summorum » pontificum esse ei merito praeferenda » (1). Quod addit defensor, censurae ab doctoribus parisiensibus scriptae exemplum ad pontificem fuisse missum ab rege, nihil est caussae, quamobrem esse negandum putem. Id vero, Iohannem ab errantibus stetisse, numquam efficiet.

At rex misit id exemplum ad papam, *mandans sibi a latere, quatenus sententiam magistrorum de Parisiis, qui melius sciunt, quid debet teneri, et credi in fide, quam iuristae cleri-*

(1) Extrav. tit. xiv.

ci, qui parum, aut nihil sciunt de theologia, approbaret, et quod sustinentes in contrarium corrigeret (1). Eleganter!

Sed quaero primum ex defensore cniusnam scriptoris haec verba sint? *Continuatoris*, inquit, *Nangii*. At ego tacentibus Iohanne XXII. regeque ipso, ex quorum litteris quidquam tale ne coniectnra quidem concludi argumentando potest, *continuatorem Nangii*, huiusque similes historicos, qui ventos omnes, rumusculosqne vulgi colligere consueverint, nihil moror. Secundo autem loco ostendi equidem mihi volo, quid haec ad rem, caussamque conferant? *Facinus audax*, inquit defensor irridens, *ut galli romanum pontificem fidem ipsam docerent*! Enim vero facinus audax aggressns, defensor, es, qui id tribuere regi non vereare, qnod ab eo nusquam scriptum, dictumve reperiatnr. Fac enim vera continuator Nangii praedicet; an quidquam is effert, ex quo intelligi possit, petiisse ab Iohaune regem, ut fidem ab gallis sese doceri pateretur? Quid? Peterene a pontifice, ut sententiam *adprobet* doctorum parisiensinm, idem erit ac petere *doceri* pontificem ab gallis fidem? An non potius praeclarum id est indicinm agnitae ab rege in pontifice potestatis diiudicandarum, definiendarnmque controversiarum de religione? Quid enim? Approbari ne a pontifice petiisset suorum theologorum sententiam, si inesse pontifici non pntasset illius statuendae, definiendaeque auctoritatem? Sed insistet, opinor, opponetque defensor, rationem afferri ab rege, quamobrem approbandam potius putet esse doctorum parisiensium, quam aliorum sententiam. Ridiculum! Quasi vero qui rogat, ut sententia adprobetur sua, rationem afferre debeat omnino nullam, quare hanc esse adprobandam arbitretur. At rex in controversiis de religione theologos potius, quam peritos iuris audiri a pontifice oportere monet. Quis negat? An adeo reconditum id erat, remotumque ab intelligentia, sensuque communi, ut monitore pontifex egeret? Quid enim tam clarum, tamque perspicuum, quam ut theologos de religione, ita peritos iuris de ecclesiastico, civilive iure esse consulendos? Num, tu defensor, de pictnra diiudicaturo prospicies, si monueris, ut ne fabri ferrarii, sed pictoris consilio utatur? Quo

(1) *Continuator Nangii ad an.* 1333. *pag.* 97. *apud Acherium tom.* III. *Spicilegii edit. paris. an.* 1723.

magis stuporem continuatoris Nangii miror, qui persuadere suis lectoribus conetur, pontificem ab iurisperitis potius, quam a theologis eam quaestionem agitari, expendique curasse. Qui enim hoc venire in mentem prudenti, sanoque poterat, cum perspicue palam esset ex litteris a Iohanne ad regem anno 1333. xvi. kalendas decembris datis, *multos tam cardinales*, *quam alios coram* Iohanne ipso, *et alibi in suis sermonibus pro*, *et contra de ista materia esse loquutos*, *et ne dum in sermonibus*, *immo publice praelatis*, *et magistris in theologia praesentibus*, *fuisse in curia pluries quaestionem eiusmodi*, *ut sic plenius posset inveniri veritas*, *disputatam ?*

At nihil impedit, inquies, quin rex theologorum parisiensium placita iis, quae non solum a theologis pontificiis, sed etiam a pontifice traderentur, praeferenda esse iudicaret. Nam animadversum ab adnotatore defensoris est, *regem* ipsum *ministro generali minorum sic respondisse* : « Tu es haereticus. Nisi sen» tentiam revocaris, ego te uti patarenum mori faciam. Et si » pontifex ipse hanc opinionem tueri volet, equidem eum ut » haereticum condemnabo ». Addit autem mox adnotator : *porro patareni ii erant*, *qui tunc in vulgus multa impia manichaeorum dogmata spargebant.* Erudite id quidem, atque opportune! Quasi vero ad hanc de Iohanne XXII. quaestionem illustrandam permagni intersit, qui fuerint patareni nosse. Recte ne vero, an secus de patarenis adnotator scripserit, non quaeram; ne quo illum accuso, eodem ipse ἀκαιρίας condemner nomine. Ex eo autem quaeram, quo auctore proferat, quae tam acriter dicta scribit in ministrum generalem franciscanorum ? Fleurio, inquit, *histor. ecclesiasticae lib.* xciv. *num.* 35. Equidem scriptoris tam recentis, nec praeiudicatis opinionibus liberi, nisi indicet, quo vetere, gravique teste nitatur, auctoritate non moveor. Sed is Iohannem Villanium sequitur, historicum et diligentem, et aequalem illorum temporum. Recte sane. Scilicet Fleurius gallus de rebus in Gallia gestis agens, scriptores gallos eius aetatis quidquam tale ne suspicatos quidem negligens, ut pontifici maximo invidiam conflet, Iohannis Villanii et itali, et vix quidquam praeter res patriae accurate persequentis appellat fidem. Atque si haec dicta ab rege fuissent, quis credat gallos, qui tam acri-

ter pro vera sententia pugnabant, fuisse commissuros, ut quae apud eos acta essent, non ipsi scriberent, sed ad exteros perferri curarent litterarum mandanda monumentis?

Quid? Si multa Villanius narret quasi ab rege ad Iohannem scripta (1), quae cum responsis Iohannis, cumque actis doctorum parisiensium componi nullo modo posse videantur? Qua ex re intelligitur, non publicis eum monumentis usum, sed ductum fama fuisse, rumoribusque vulgi cum hisce de rebus scriberet. Falsum praeterea est, quod adiungit defensor, cessisse theologis gallis Iohannem. Nam etiam post, quam is pontifex de doctorum parisiensium sententia cognovit, desistendum ab incoepto non putavit. Itaque in eam rem diligenter inquirere perrexit (2), cumque demum quid statuto esset opus cognosset, orthodoxumque dogma christianis ad credendum proponere instituisset, extremo fere vitae tempore, accitis cardinalibus, exposuit, quam ipse doctrinam veram esse arbitraretur, quaeque eadem atque illa est, quam deinceps Benedictus XII. Iohannis successor, patresque synodi florentinae adversus photianos definierunt. Leve praeterea est, quod defensor animadvertit, revocatum ab Iohanne fuisse, reiectumque quidquid secus atque orthodoxa religio postulat, dixisset, praedicasset, scripsisset: adeoque compertum ei cognitumque fuisse, labi pontificem, implicarique errore posse.

Noverat enim Iohannes pontificem labi ut privatum doctorem posse, ut pontificem autem nullo modo posse. Quare in extrav. *de verborum significatione* (3) Innocentii V. pont. max. descripta sententia, quae est de *alta, altiore, altissimaque paupertate*, dicimus, *inquit, quod hoc dixerit non ut papa, sed ut frater Petrus de Tarantasia in quadam postilla sua*; *quare dicta praedictorum summorum pontificum sunt ei merito praeferenda.*

Quamquam Iohannes lapsum errore se umquam fuisse non fateatur. Conditione enim *sî* est usus. Nempe pro *non dicto* habere se, si quid praedicasset, scripsissetque, quod cum scriptura,

(1) *Lib.* x. *hist. cap.* CCXXVIII. *pag.* 740. *scriptor. rer. italicor. tomo* XIII. *edit. Muratorii an.* 1728.

(2) Vide Bened. XII. locum apud Raynal. ad annum 1335. n. XXII. Quid? Si rem ipsam post etiam expendendam censuit idem Benedictus? Vide huius epist. ad Philippum regem, apud eumdem Raynald. ad an. 1336. num. 4.

(3) *Tit.* XIV. *cap.* V. *Quia quorumdam.*

traditioneve pugnaret, adhibita conditione *si*, dixit; affirmate vero non dixit.

At *determinationi* ecclesiae scripta, dictaque sua Iohannes *subicit*. Qui autem dicta, scriptaque sua *subicit* auctoritati ecclesiae, quo demum modo falli se non posse existimabit? Rursum *subiecisset* ne dicta, scriptaque sua *determinationi* ecclesiae is, qui se putasset, ecclesia esse superiorem? *Subicere* namque scripta sua *determinationi ecclesiae* quid est, nisi *recognoscere retractanda, atque examinanda ea omnia rursus esse, si ita sit visum ecclesiae*? Sed quaero ex defensore, quae dicta, praedicata, scriptaque sua Iohannes *subiecerit determinationi ecclesiae*? Ea ne, quae ut pontifex definisset? Minime vero. Nihil enim hac de controversia definierat. Quaenam igitur? An ea, quae ut privatus doctor commentatus fuerat, quaeque alicubi dixerat? Haec vero quid impediebat, quo minus *subiceret determinationi* ecclesiae? Non enim is erat Iohannes, neque quisquam nostrum is est, qui quae a pontifice privatim dicuntur, aut scribuntur, *subici determinationi* ecclesiae non oportere, arbitretur. Qua ex responsione intelligitur, quam sint inanes defensoris ex hisce Iohannis verbis ductae animadversiones. Non enim Iohannes privata dicta, scriptaque sua totidem definitionum loco habuit, ut ea *retractari non posse* arbitraretur.

Quaero rursum ex defensore, quid Iohannes significarit ecclesiae nomine? Universum ne qua late patet coetum orthodoxorum? Id vero defensor suo arbitratu fortasse dicet, ratione certe, fideque bona numquam dicet. Nihil enim tale ex Iohannis verbis, exque illius constitutionibus, decretisve licet concludere. Ego vero, quin ecclesiae nomine ecclesiae primatem, caput, magistrum, atque doctorem Iohannes indicarit, nihil esse caussae video, cur negem. Nam in *extravaganti*, ex qua modo descripsi de Innocentio V. locum, tantum romano pontifici, qua pontifici, tribuit auctoritatis, ut quod ab eo de religione, ac moribus definitum sit, id sine haereseos nota negari, vel in controversiam revocari non posse confiteatur. Quin etiam *extravagantium constitutionum titulo eodem cap.* IV., *Cum inter nonnullos*, quaestionem, quae orta inter scholasticos quosdam erat de Christo, deque apostolis quidquam ne in speciali, aut in communi

non habuissent, diremturus « nos, inquit, huic concertationi fi- » nem imponere cupientes, assertionem huiusmodi pertinacem » (cum scripturae sacrae, quae in plerisque locis ipsos nonnulla » habuisse asserit, contradicat expresse, ipsamque scripturam sa- » cram, per quam fidei orthodoxae probantur articuli, quoad » praemissa fermentum aperte supponat continere mendacii)... » deinceps erroneam fore censendam, et haereticam de fratrum » nostrorum consilio hoc perpetuo declaramus edicto etc. ». Finem autem imponi controversiae de religione ab se posse, quo demum modo putasset is, qui suam in diiudicandis, definiendisque eiusmodi rebus, auctoritatem errori obnoxiam esse existimasset, sibique persuasisset, id iuri soli ecclesiae *universali* competere?

Verum pergit defensor, ac Iohannem ipsas epistolas decretales suas ecclesiae *determinationi subiecisse* pugnat. Sed nae tu vehementer, defensor, erras. Nam suspicari qui possumus, *subiecisse* eum *determinationi* ecclesiae, quod iam *determinatum* sic esse dixisset, ut de eo orthodoxis hominibus fas non esset ambigere? Sed age, ostendito, quo documento utare. Nullum est, dices, in promptu; nam si esset, afferres. Quid ergo? Credi ne tibi, critice, putas, nullo documento utenti posse? Utor, inquies, coniectura. Abi dierectus. A me ne impetrare speres, ut ob inanes coniecturas detraham clarissimis, apertissimis, certissimis monumentis fidem? Sed patiar. Quamquam enim, ubi manifesta documenta suppetunt, nullus esse debeat coniecturis locus; ne quid tamen tuorum argumentorum praetermissum a me esse querare, propone istas coniecturas tuas. *Submisit*, inquis, *Iohannes determinationi* ecclesiae ea, quae *scripsit*, quaeque *praedicavit*. Est ita, ut dicis. Sed quae scripsit, ut *doctor privatus*, non ut *papa*. Fac enim bene memineris, Iohannis hoc esse distinctionis genus, ita ut tibi supra demonstravi, non meum. Perge modo. At *scripsit decretales*. Scilicet. Verum scripsit, ut pontifex, non ut doctor privatus. Quid nunc? Concludesne *submissas ab Iohanne determinationi ecclesiae*, quasi *determinatae* non fuissent, epistolas decretales suas de moribus, et religione? Nisi rideri te velis, quamlibet sis confidens, non committes, ut quidquam simile conclusisse videare. Restat, ut quae abs te deinceps animadversa sunt de Iohanne *infirmitatis humanae conscio*, et *divina iudicia re-*

formidante, seque resolvente in ecclesiae fidem; de Iohanne ipso ut *privato*, non ut *pontifice* intelligi oportere, confitearis. Plane namque Iohannes, quidquid a pontifice, ut pontifice, constituitur, id ab ecclesiae capite, qui ecclesiam exhibet, atque adeo ab ecclesia ostendit, esse constitntum.

Sed eorum aliqua, inquis, quae Iohannes morti proximns exponenda censnerat, ecclesiae iudicio permisit. Quis negat? Verum, haec, etsi recte censuerat, tamen non ut definiens pontifex exponenda censuerat. Definienda namqne ecclesiae, SUCCESSORIBUSQUE SUIS reliquit.

At quod Iohannes de *animabus separatis, statim atque sint plene purgatae, Deum intuentibus* dixerat in fidei professione, quam moriens recitaverat, hoc idem ecclesiae, successorumque iudicio ab se permitti confessus est. Si autem edita a romano pontifice fides eadem atque ecclesiae fides est, quo demum pacto eam Iohannes iudicio ecclesiae permisisset? An Iohannem de fidei professione egisse romani defendent, quam ille privatim, non quam publice, atque ex Petri cathedra edidisset? Hoc si diceremus, non inani, ut ipse soles, coniectura ducti, sed Iohannis papam, ut papam errare posse negantis auctoritate freti diceremus.

Sed enim diploma ea de re Iohannes scribi curaverat, eique titulum, ut fert pontificum consuetudo, praefigi insserat. Non equidem repugno. Quid ergo? An hoc item diploma Iohannes in omnibns ab se permitti ecclesiae iudicio dixit? Desunt, inquies, monumenta, ex quibus perspiciatur, fuisse ab eo dictum quidquam simile. Age igitur, comminiscere coniecturam aliquam. Nam coniecturis te plurimum posse intelligo. Immo vero his te vetera quaeque monumenta concutere, labefactare, evertere confidis posse. At non succurrit. Nullam enim affers. Quamquam si concessero, id quoque diploma (quod compositum quidem fuerat, sed ob instantem Iohannis mortem solemni, quo ex cathedra definiens pontifex solet, ritu proponi, obsignarique nequiverat) permissum ecclesiae, pontificumque successorum iudicio fuisse, non equidem videam, quid inde possis praesidii petere. Nisi forte velis putasse Iohannem, fore ut suis successoribus auctoritas inesset maior ea, quae ipsi tributa divinitus fuisset. Nam si, ut argumentare, maiore auctoritate praeditam esse ecclesiam Iohan-

Digitized by Google

nes existimavit, propterea quod ecclesiae iudicio permiserit dicta, atque scripta sua; maiorem item in suis successoribus auctoritatem futuram, te iudice, agnorit necesse est, cum non minus eadem permiserit iudicio suorum successorum. Censuisse autem Iohannem fore, ut successores sui plus, quam ipse consequutus esset, auctoritatis obtinerent, sanus qui mente sit, numquam, nisi fortasse ridendo, dicet.

Quid igitur? inquis, Benedicto ne XII. romani assentiemini, *grossatum* (1) ab Iohanne illud diploma, non *bullatum* fuisse aienti? Cur non? An ei pontifici negem fidem, tibi, defensor, ut imprudens assentiar? Tamen ne, inquis, ad has ineptias quaestio devolvetur? Bona verba quaeso. Ineptias? An tu litteras caussa non definiendi dogmatis, sed testificandi, quae sua olim fuisset, atque tunc etiam esset sententia (2), scriptas, non tamen subscriptione firmatas, non obsignatas, informes denique publicorum monumentorum habebis loco, quibus omnino fides

(1) Confer Benedicti XII. litteras *apud Raynaldum ad an.* 1334. n. xxxiv., quo loco scriptum a Benedicto legas hoc modo: Iohannes „ quamdam litteram grossatam sub eius nomine legi fecit; at n. xxxvii. Verum licet idem praedecessor noster super huiusmodi contentis in dicta littera grossata voluerit, et mandaverit fieri publica instrumenta, ipsamque litteram bullae suae munimine roborari, quia tamen superveniente obitu eius, huiusmodi littera bullata non extitit, nos volentes, quod huiusmodi eiusdem praedecessoris declaratio, et omnia alia supradicta ad communem fidelium notitiam deducantur, super contentis in dicta littera, et aliis suprascriptis de praefatorum cardinalium fratrum nostrorum consilio, praesentes litteras bulla nostra muniri fieri mandavimus in testimonium praemissorum „. Idem pontifex Benedictus in eo libro, quem de sanctorum animabus Deum videntibus, orthodoxi dogmatis confirmandi caussa, perscripsit; et ex quo perplura accepit Raynaldus *ad an.* 1335. n. xxii. *seq.* „ Declaravit (Iohannes) circa finem vitae suae, *inquit*, et etiam circa hoc fieri litteras sua bulla bullatas, declarando, quod ipse fideliter crediderat, et credebat, quod sanctorum animae a peccatis, et poenis peccatorum purgatae ante generalem resurrectionem, et iudicium, Dei essentiam facialiter videbant, secundum quod ipsarum status patiebatur. Quod dico, ne quis existimet eum asseruisse, et tenuisse contrarium illius, quod nunc, postquam fui, licet indignus, assumtus ad apostolatum, per me extitit de consilio cardinalium [illegible] „

(2) Verba sunt Iohannis apud Raynaldum ad an. 1334. n. xxxvii. „ Ne super iis, quae de animabus purgatis, separatis a corporibus, an citra resumtionem corporum, divinam essentiam, illa visione scilicet, quam vocat apostolus *facialem*, videant, tam per nos, quam per nonnullos alios in praesentia nostra recitando, et allegando sacram scripturam, ac originalia, et dicta sanctorum, vel alias ratiocinando saepius dicta sunt, aliter quam per nos dicta, et intellecta fuerunt, et intelliguntur, seu dicantur, auribus fidelium valeant inculcari, ecce quod nostram intentionem, quam cum sancta ecclesia catholica circa haec habemus, et habuimus, serie praesentium, ut sequitur, declaramus. Fatemur siquidem, et credimus, quod animae purgatae separatae a corporibus sunt in caelo, caelorum regno, et paradiso, et cum Christo in consortio angelorum congregatae, et vident Deum, ac divinam essentiam facie ad faciem clare, in quantum status, et conditio compatitur animae separatae. Si vero alia, vel aliter circa materiam huiusmodi per nos dicta, praedicata, vel scripta fuerunt, quoquo modo illa diximus, praedicavimus, seu scripsimus recitando dicta sacrae scripturae, et sanctorum, et conferendo, et non determinando, nec etiam tenendo, et sic et non aliter illa volumus esse dicta, praedicata, seu scripta... Insuper si qua alia sermocinando, conferendo, dogmatizando, docendo, seu aliter quovis modo diximus, praedicavimus, vel scripsimus circa praemissa, vel alia, quae fidem concernunt catholicam, sacram scripturam, vel bonos mores, ea in quantum sunt consona fidei catholicae, determinationi

Digitized by Google

publica, auctoritasque habenda sit? Quid autem abhorreat, nisi hoc non abhorreat a communi sensu? Iam vero quod publici monumenti loco habendum non est, hoccine tu auctoritate publica propositum populo christiano dices? Quot canones ab synodis oecumenicis, quot decreta condita fuisse ex historia intelligimus, quae (quoniam suppressa ab earumdem synodorum patribus, nec cum canonibus suis, decretisque ceteris publicata, christianisque proinde proposita non fuerunt) vi canonum, decretorumque synodalium, auctoritateque carent? Synodis ne tu illis *infallibilem* adimes auctoritatem in diiudicandis controversiis de religione, si decreta illa etsi scripta, non tamen rite christianis proposita, ac publicata, in examen a posteriore quapiam synodo revocentur, ac publicentur? Quod si non audes dicere, neque vercre, ne si non dicas, ineptus esse videare; quid est, quod Benedictum XII. pontificem maximum ineptiae, nugacitatisque arguas, propterea quod compositas, seu *grossatas* quidem ab Iohanne de sententia, quam semper veram putasset, litteras; non tamen obsignatas fuisse affirmavit, ideoque ut rite constaret quid Iohannes idem sensisset, *bullari* ab se (hoc est a Benedicto ipso) easdem litteras oportuisse (1)? Atque si hunc sustuleris distinguendarum informium, privatarumque litterarum a formatis, publicisque modum; pervertes, mihi crede, omnem rei ecclesiasticae, civilisque publicae rationem. Nam quae subscripta, formata, obsignata, riteque proposita non sunt, ea quidem certe ex quocumque tandem profecta sint, vim in regno publicam, auctoritatemque non obtinent. Ac de coniecturis tuis hactenus. Tute autem videris, quam moderate de litteris Benedicti, quas dogmaticas esse confitere, loquutus sis. Atque hoc tibi persuadeas vehementer velim, litteras pontificis maximi ineptiae a nullo umquam, qui bene in sedem apostolicam animatus esset, notatas legi.

Redeo ad Benedictum. Editum ab hoc, scribis, fuisse anno 1334. diploma, quo fidem confirmavit Iohannis, et suam.

„ ecclesiae, sacrae scripturae, ac bonis moribus approbamus: aliter autem illa habemus, et haberi volumus pro non dictis, praedicatis, et scriptis, et ea revocamus expresse: ac ea, quae de praedicta visione, et omnia alia dicta, praedicata, et scripta nostra de quacumque materia, ubicumque, et in quocumque loco, ac in quocumque statu, quem habemus, vel habuerimus hactenus, summittimus determinationi ecclesiae, et successorum nostrorum„.

(1) Vide notationem p. 153. huius vol. not. 1. et 2.

Nego enim vero. Nam caussa non determinandae, sed narrandae rei, quae gesta ab Iohanne extremo tempore vitae, fuerat, perscripta ea constitutio a Benedicto est (1), ut eamdem attente legenti patet. Quare concidit, ruitque funditus acervus ille coniecturarum, quibus defensor labefactatam ab se fuisse putavit (2) romanorum pontificum falli nesciam in definiendis controversiis de religione, ac moribus potestatem.

At Benedictus constitutionem, quam anno 1334. ediderat, *revocavit* anno 1336. *ad incudem*, *definivitque* quaestionem de clara visione Dei. Verum quae ista est inconstantia, ut quam traditam sibi Benedictum agnosse negas, eamdem traditam sibi cognosse *definiendi* potestatem, confiteare? Verum urges me. *Ergo*, inquis, *existimavit romanorum pontificum authentico diplomate declaratam fidem adhuc in quaestionem revocari posse*. Quam id sit consequens, tute videris. Mihi sic videtur: si anno 1336. Benedictus rem definivit, non igitur eam antea definierat, neque definitam ab Iohanne putaverat. Quod autem pontifex neque ab se, neque ab suis decessoribus definitum censeat, cur non expendere, finireque potest? Neque hoc tamen Benedictus fecit, quasi dubitaret, vera ne, an falsa essent, quae professione illa fidei sua Iohannes comprehenderat, sed quo ne ceteri tergiversarentur, nihilque ea de re dictum ab Iohanne, atque ab eodem ipso Benedicto defenderent. Quod si definisset etiam Benedictus anno 1334. id controversiae genus, illudque iterum in examen anno 1336. revocasset, ac rursum definisset, quid demum inde incommodi fuisset consequutum? An confessum eum fuisse, incerta esse, quae romani pontifices definierint? Nullo modo. Nam, ut est praeclare animadversum a Tertulliano (3), *salva praescriptione, ubique tamen propter instructionem, et munitionem quorumdam, dandus est etiam retractatibus locus, vel ne videatur unaquaeque perversitas non examinata, sed praeiudicata damnari*. Quamquam ne illud quidem ferendum est, tam confidenter a defensore iactari, *revocatam anno* 1336. a Benedicto ad *incudem* constitutionem fuisse, quam

(1) Vide diploma Benedicti apud Raynaldum ad an. 1334. n. XXXV. seqq.

(2) Has ego defensoris coniectationes descripsi pag. 108. seqq. huius vol.

(3) *Lib. contra Praxeam cap.* II. *pag.* 501. *edit. venetae an.* 1744.

an. 1334. is idem pontifex edidisset. Ubinam enim Benedictus *revocatam* ad examen anno 1336. suam illam anno 1334. editam constitutionem dixit? Legito et diploma an. 1336. et epistolam, quam anno 1335. scripsit ad Philippum regem (1), sic tibi confirmo, atque recipio: nihil te in iis reperturum, ex quo quiddam tale, vi etiam extundi posse, aut elici videatur. Neque enim opus erat, cur in examen revocaretur, quum ut supra demonstratum est, nihil priore illa constitutione pontifex statuisset, sed tantum narrasset, quid Iohannes morti proximus privatim professus esset. Sed quid ego has defensoris coniectationes persequor, cum clarissima mihi in promtu sint documenta, ex quibus perspectum esse cuique, atque exploratum queat, persuasum Benedicto (2), Benedicto autem? immo vero etiam Philippo (3) regi fuisse, datam divinitus pontifici maximo, qua pontifex est, *infallibilem* potestatem esse dirimendarum, definiendarumque controversiarum de religione, ac moribus? Coniectationibus autem evertere clarissima documenta velle, non critici est (nihil enim tam adversarium, quam hoc est, criticae esse facultati potest), sed intemperantis hominis otio (4), ac litteris abutentis. Ac de Iohanne quidem XXII. sit, ut opinor, dictum satis.

(1) Apud Raynaldum ad an. 1336. n. 1. seqq.

(2) *Constitut.* 1. *an.* 1336. *hac de re edita tom.* VII. *concilior. edit. paris. Hard. an.* 1714. *pag.* 1559. Scribit autem Benedictus hoc modo: „ Deus...sacrosanctam „ romanam ecclesiam....quam et praecipuam in eccle„ siarum omnium caput erexit... sua miseratione non „ deserit, sed....pia benignitate, et continua pietate „ custodit, quatenus...in se stabilis maneat...omnesque „ fidei christianae cultores illi obediant, illi pareant, „ illi intendant, sub illius magisterio degant, sub eius „ disciplina, et correctione consistant„. His autem positis, post *definiri* ab se ait *in perpetuum valitura constitutione*: sanctorum animas solutas corpore, statim atque plene purgatae sint, intueri Deum.

(3) Nam is a Benedicto petierat, ut eam controversiam determinaret, statueretque, quid sit tenendum, ut ex litteris Benedicti ad eum an. 1335. scriptis perspicitur. Confer Raynaldum *ad an.* 1336. *n.* 1. Quemadmodum autem id a Benedicto rex petiisset, si pontificem maximum, ut pontificem falli, vel decipere posse existimasse?

(4) Iohannes Cadonicus in eo, quem anno 1763. Venetiis edidit de *divi Aurelii Augustini, quae videtur, sententia de beatitudine sanctorum patriarcharum etc. lib. cap.* 1. *pag.* 1., *retractasse* Iohannem XXII. ait, quam antea non abnuere potuisset de *dilatione visionis Dei ad extremum usque iudicii diem sententiam.* Sed quam id vere Cadonicus dicat, demonstratum hactenus tam perspicue est, ut novis argumentis non sit ad idem confirmandum opus. Quid vero caussa fuerit, cur pag. 152. huiusce voluminis dixerim, non omnia eorum, quae Iohannes morti proximus exponenda censuerat, sed *aliqua* ecclesiae iudicio permisisse, paucis accipe. Iohannes cum impendere cognosset sibi supremum diem, cardinales aliquot, praesulesque ad se vocavit, atque in hanc sententiam loquutus est: „ Ne super iis, quae de „ animabus purgatis separatis a corporibus, an citra „ resurrectionem corporum divinam essentiam, illa „ visione videlicet, quam vocat apostolus *facialem*, vi„ deant, tam per nos, quam per nonnullos alios in „ praesentia nostra recitando, et allegando sacram „ scripturam, et originalia, et dicta sanctorum, vel „ alias ratiocinando, saepius dicta sunt aliter, quam „ per nos dicta, et intellecta fuerant, et intelliguntur, „ ac dicuntur, auribus fidelium valeant inculcari; „ ecce quod nostram intentionem, quam cum sancta „ ecclesia catholica circa haec habemus, et habuimus, „ serie praesentium, ut sequitur, declaramus. Fatemur „ siquidem, et credimus quod animae purgatae sepa„ ratae a corporibus sunt in caelo, caelorum regno,

Digitized by Google

§. VIII.

Communionis cum antistite romano necessitas a patribus praedicata. Iidem dispergere eos, qui cum Petri successore non colligerent: Spiritumque sanctum penes ecclesias illas non esse statuerunt, quae essent alienae a communione Petri.

Iam hoc teneo, romanum pontificem, maiorum sententia, verum esse successorem Petri (1), haberique, et esse caput chris-

„ et paradiso, et cum Christo in consortio angelorum „ congregatae, et vident Deum, ac divinam essentiam „ facie ad faciem clare, in quantum status, et condi- „ tio compatitur animae separatae. „ Haec ab se iudicio ecclesiae permitti Iohannes non dicit, sed alia (ea quae unquam praedicavit, scripsitque, non ut papa, sed privatim, ut ostendimus) ab se eiusdem ecclesiae iudicio permitti dicit. Pergit enim, ea „ si vero, *inquit*, „ alia, vel aliter circa materiam huiusmodi per nos „ dicta, praedicata, seu scripta fuerunt, quoquo modo „ illa diximus, praedicavimus, seu scripsimus, recitan- „ do dicta sacrae scripturae, et sanctorum, et confe- „ rendo, et non determinando, nec etiam tenendo, „ et sic, et non aliter illa volumus esse dicta, praedi- „ cata seu scripta. Insuper si qua alia sermocinando, „ conferendo, dogmatisando, docendo, seu aliter quo- „ vis modo diximus, praedicavimus, vel scripsimus „ circa praemissa, vel alia, quae fidem concernunt „ catholicam, sacram scripturam, vel bonos mores, ea „ in quantum sunt consona fidei catholicae, determi- „ nationi ecclesiae, sacrae scripturae, ac bonis moribus „ approbamus: aliter autem illa habemus, et haberi „ volumus pro non dictis, praedicatis, et scriptis, et „ ea revocamus expresse: et ea quae de praedicta vi- „ sione, et omnia alia dicta, praedicata, et scripta nos- „ tra de quacumque materia, ubicumque, et in quo- „ cumque loco, ac in quocumque statu, quem habe- „ mus, vel habuerimus hactenus, committimus deter- „ minationi ecclesiae, et successorum nostrorum. „ Videat ut non dicat, submitti ab se iudicio ecclesiae ea quae initio huius professionis suae cum ecclesia catholica de *visione Dei* sentire se affirmaret? Post ubi Iohannes haec recitavit, iussit, ut diploma, quo comprehensa erant, obsignaretur, ut quae sensisset, hominibus nota, atque explorata esse possent. Atque hoc illud diploma est, quod Benedictus *grossatum*, non *bullatum* fuisse narrat, cuiusque nos pag. 152. meminimus. Sed de Iohannis XXII. hac de re dictis, scriptis, atque sententia, praeter scriptores eius aetatis, quos nominavi, ac praeter Sanderum, Duvalium, Bellarminum, Lauriam, Raynaldum, Roccabertum, Spondanum in annalibus ad an. 1333. seq., et Vaddingum annal. *minor. ad an.* 1333. seq., consuli poterunt Iosephus Augustinus Orsius S. R. E. cardinalis *de auctorit. romani pontificis lib.* III. *cap.* XXVII. *pag.* 215. tom. II. *edit. an.* 1739., Natalis Alexander dissert. XI. saec. XIV. *pagina* 169. *seq.*, quo loco vindicari ab se Iohannem, ait, a calumnia tom. VIII. edit. lucensis an. 1752. Sed nec etiam omnes commemorare, qui de Iohanne scripserunt. Sunt enim prope innumerabiles.

(1) §. I. *seq. pag.* 2. *seqq. huius vol.*



Digitized by Google

tianae rei publicae, ac radicem, fontem, matricem unitatis (1), et veritatis (2), adeo ut ab eo sit τὸ ἀσφαλὲς τῆς πίστεως repetendum: quare inconcussum manere, retractarique non posse, quod definierit (3), fasque esse nemini ante eius iudicium quidquam de religionis caussa proferre (4).

I. Vide nunc, quid sequatur. Quod a capite, a fonte, ab radice scinditur, id intereat, atque arescat necesse est. Est autem romanus episcopus caput, radix, fons christianorum, ecclesiarumque omnium. Qui igitur christiani, quaeque christianae ecclesiae a romano pontifice abscissae fuerint; arescant, oportet, atque intereant. Quod quidem cognitum etiam satis explorate maioribus nostris fuit. Itaque, ut alias saepe diximus, Irenaeus Polycarpi apostolorum discipuli auditor, communionis cum ecclesia romana necessitatem demonstrat in tertio adversus haereses libro. *Ad hanc*, inquit, *ecclesiam, propter potiorem principalitatem*, NECESSE EST *omnem convenire ecclesiam, hoc est eos, qui sunt undique fideles* (5). Non moror Petrum Allixium (6), ceterosque protestantes, qui hunc Irenaei locum calumniando conantur pervertere. Nam est horum a doctissimis viris Michaële Lequienio (7), et Renato Massuetio (8), ut alios prope innumerabiles praetermittam (9), explosa sententia. Tertullianus Irenaeo haud multo recentior non minus necessitatem communionis cum ecclesia eadem romana probat; haereticosque sui temporis extorres a consortio Christi esse ostendit, propterea quod nullum ipsis consortium cum ecclesiis apostolicis esset, cumque ea in primis, in quam Petrus una cum sanguine transfudisset fidem (10). Quin

(1) Ibid. §. 3. *pag.* 53.
(2) Ibid. §. 4. *pag.* 55.
(3) Ibid. §. 5. *pag.* 57. *seq.*
(4) Ibid. §. 6. *pag.* 61. *seqq.*
(5) *Cap.* III. n. 2. *pag.* 176. *edit. venetae an.* 1734.
(6) Vertit is latine Nectarii patriarchae hierosolymitani *adversus papae primatum* opus, ededitque Londini an. 1703. Cum autem in eum incidisset patriarchae eiusdem de Irenaei sententia locum, qui ferret, necesse esse omnem ecclesiam ad romanam convenire τάξεως καὶ ἑνώσεως νόμῳ *pag.* 117. hanc adiecit adnotationem: *propter potiorem principalitatem urbis* Romae attributam, non ecclesiae, *convenire* quemque ad *romanam ecclesiam oportere.*
(7) *In panoplia contra schisma graecorum praef.* numero 2. *seqq. pag.* 4. *seqq. edit. paris. an.* 1718. Vide, quae scripsimus *pag.* 7. *seqq. huius volum. in not.*
(8) Dissert. III. praevia in Irenaei *libros art.* IV. *num.* XXX. *seqq. pag.* CXX. *seqq. edit. paris. an.* 1710.
(9) Vide quae *scripsi p.* 7. *seq. huius vol. in not.*
(10) Praescription. *cap.* XXXII. *pag.* 213. *edit. venetae an.* 1744. „ Omnes haereses ad utramque formam „ nostris ecclesiis provocatae, probent sese quaqua pu„ tant apostolicas. Sed adeo nec sunt, nec recipiun„ tur in pacem, et communicationem ab ecclesiis quo„ quo modo apostolicis, scilicet ob diversitatem sacra„ menti nullo modo apostolicae: „ et *cap.* XXXVI. *pagina* 215. „ Habes Romam, unde nobis quoque auc„ toritas praesto est. Ita quam felix ecclesia, cui to„ tam doctrinam apostoli cum suo sanguine profu-

Digitized by Google

etiam christianis universis insitam penitus saeculo secundo, ac tertio eam fuisse sententiam, ex eo quoque intelligi sane potest, quod haereticos maiorum gentium, qui circumvenire dolis plebem, sibique devincire instituissent, ab romano episcopo in communionem recipi se curasse, idem sit auctor Tertullianus in praescriptionibus (1), inque eo, quem adversus *Praxeam* (2) perscripsit libro. Horum similia de Cerdone narrat vetustissimus auctor carminis, quod extat post opera Tertulliani. Scribit enim hoc modo (3):

» Hac cathedra Petrus, qua sederat ipse, locatum
» Maxima Roma Linum primum considere iussit.
» Post quem Cletus et ipse gregem suscepit ovilis.
» Huius Anacletus successor sorte locatus,
» Quem sequitur Clemens. Is apostolis bene notus.
» Evaristus ab hoc rexit sine crimine legem.
» Sextus Alexander sexto commendat ovile.
» Post expleta sui, qui lustri tempora tradit
» Telesphoro. Excellens hic erat, martyrque fidelis.

„ derunt. Ubi Petrus passioni dominicae adaequatur: „ ubi Paulus Iohannis exitu coronatur: ubi apostolus „ Iohannes, posteaquam in oleum igneum demersus „ nihil passus est, in insulam relegatur. Videamus „ quid didicerit, quid docuerit, cum africanis quoque „ ecclesiis contesserarit„.

(1) Ibid. *cap.* xxx. *pag.* 112. „ Ad eius doctrinam „ ecclesiam scriptum est, immo ipsa doctrina ad ecclesiam scribit: etsi angelus de caelo aliter evangelizaverit citra quam nos, anathema sit. Ubi tunc Marcion ponticus nauclerus stoicae studiosus? Ubi Valentinus platonicae sectator? Nam constat illos neque adeo olim fuisse, Antonini fere principatu, et in catholicae primo doctrinam credidisse apud ecclesiam romanensem sub episcopatu Eleutheri benedicti, donec ob inquietam semper eorum curiositatem, qua fratres quoque vitiabant, semel et iterum eiecti, Marcion quidem cum ducentis sestertiis, quae ecclesiae intulerat, novissime in perpetuum discidium relegati, venena doctrinarum suarum disseminaverunt. Postmodum idem Marcion poenitentiam confessus, cum conditioni datae sibi occurrit, ita pacem recepturus, si ceteros, quos perditioni erudisset, ecclesiae restitueret, morte praeventus est „. Confer Iosephi Augustini Orsii S. R. E. card. dissertationem historicam *de capitalium criminum absolutione cap.* iv. *digressione* i. *num.* i. *seqq. pag.* 42. *seqq. edit. mediol. an.* 1731., et *num.* 10. *pag.* 62. *seq.*, quo loco *perplexum, ut ille ait, et multis difficultatibus obsitum hunc Tertulliani locum* antiquae lectioni restituit, atque explicat. Adi etiam, si placet, Petrum Coustantium *tom.* i. *epistolar. roman. pontificum ad Hyginum* §. i. *de haereticis, qui sub Hygino Romam venerunt pag.* 62. *edit. paris. an.* 1721., et Renatum Massuetium *dissertat.* i. *praevia in Irenaei opera art.* iii. §. x. *num.* 135. *seqq. edit. paris. an.* 1710.

(2) Lib. adversus Praxeam *cap.* i. *pag.* 501. *edit. venetae an.* 1744. „ Idem (Praxeas) cum episcopum „ romanum (*cui ut catholicos montanistas simularunt*, et a *quo decepto communionem extorserant*, *quemque proinde Tertullianus montanista falso exhibet*) agnoscentem prophetias Montani, Priscae, Maximillae et ex ea agnitione pacem ecclesiis Asiae, et Phrygiae inferentem, „ falsa (*immo vera*) de ipsis prophetis, et ecclesiis „ eorum adseverando, et praecessorum eius auctoritates defendendo, coegit et litteras pacis revocare iam „ emissas, et a proposito recipiendorum charismatum „ concessare„. Consulantur Coustantius ad *Soterem* §. ii. *pag.* 79. *seq. tom.* i. *epistolar. romanorum pontif. edit. paris. an.* 1721., Tillemontius *tom.* ii. monumentorum *hist. eccl. de montanistis art.* iv. *pag.* 195. *edit. bruxell. in fol. edit. anno* 1742., Baronius *ad an.* 173. *n.* 3. et 4. praetermitto cetera, ne sim longior, quam oportest.

(3) *Lib.* iii. *p.* 635. *opp.* Tertull. *edit. venet. an.* 1744.

Digitized by Google

» Post illum socius legis, certusque magister;
» Quum vestri sceleris socius, praecursor, et auctor
» Advenit Romam Cerdo, nova vulnera gestans.
» Detectus, quoniam voces, et verba veneni
» Spargebat furtim; quapropter ab AGMINE PULSUS,
» Sacrilegum genus hoc genuit spirante dracone.
» Constabat pietate vigens ecclesia Romae
» Composita a Petro, cuius successor et ipse
» Iamque loco novo cathedram suscepit Hyginus.
» Post hunc deinde Pius, Hermas cui germine frater
» Angelicus pastor, quia tradita verba loquutus;
» Atque pio suscepit Anicetus ordine sortem,
» Sub quo Marcion hic veniens, nova pontica pestis
» Nondum secretum facinus suo corde reclusum,
» Passim vulgo loquens latebrosa perfidus arte.
» Sed postquam coepit mortis proferre sagittas,
» Abiectus merito tam saevi criminis auctor,
» A sanctis reprobus, patuit mirabile monstrum.

Praeclara item extant de hac necessitate communionis cum romano pontifice in sequentium temporum monumentis loca. Atque antistites quidem ecclesiarum statim atque id dignitati consequuti fuissent, certiorem fecisse apostolicam sedem, ut in eius communionem venirent, ex historia ecclesiastica plane constat. Quod certe tanta consensione non fecissent, id si non necessitas, sed congrua quaedam dumtaxat ratio postulasset. Nam etsi congruum esset ad ceteros etiam episcopos scribere; plerique tamen omnes episcopi satis esse arbitrabantur, ostendere ab romano se litteras accepisse pacis. Nec iniuria. Scribit enim Optatus is, qui ante extremum quartum saeculum donatistas schismaticos totis voluminibus concidit, in altero *adversus Parmenianum libro* (1): » Probavimus eam esse ecclesiam catholicam, quae est in toto » terrarum orbe diffusa. Eius iam commemoranda sunt orna» menta: et videndum ubi sint quinque dotes.... inter quas ca» thedra est prima, ubi, nisi sederit episcopus, coniungi altera

(1) *Num. 11. seqq. pag. 31. seq. edit. antuerp. opp. Optati an.* 1702.

» dos non potest, qui est angelus. Videndum est quis, et ubi » prior cathedram sederit. Si ignoras, disce: si nosti, erubesce: » ignorantia tibi adscribi non potest: restat ergo, ut noveris. » Scientem errare peccatum est; nam ignorantibus nonnumquam » solet ignosci. Igitur negare non potes, scire te in urbe Roma » Petro primo cathedram episcopalem esse collatam, in qua se- » derit omnium apostolorum caput Petrus, unde et Cephas ap- » pellatus est, in qua UNA CATHEDRA UNITAS AB OMNIBUS SERVA- » RETUR; nec ceteri apostoli singulas sibi quisque defenderent, » ut iam SCHISMATICUS, ET PECCATOR ESSET, qui contra singularem » cathedram ALTERAM collocaret. Ergo cathedram unicam, quae » est prima de dotibus, sedit prior Petrus, cui successit Li- » nus etc.... Siricius hodie qui noster est socius: cum quo no- » biscum TOTUS ORBIS COMMERCIO FORMATARUM (1) in una commu- » nionis societate concordat. Vestrae cathedrae vos originem red- » dite, qui vobis vultis sanctam ecclesiam vindicare ». Addit inde Optatus (2). » Iamne vides frater Parmeniane, iam ne sentis, » iam ne intelligis, te argumentis tuis contra te militasse? Cum » probatum est, nosse in ecclesia sancta catholica, apud quos » et symbolum Trinitatis est, et per cathedram Petri, quae nos- » tra est, per ipsam, et ceteras dotes apud nos esse ». Quibus quidem ex verbis constat, eum, qui communione romanae sedis, seu cathedrae, hoc est pontificis maximi, qui angeli habetur loco, fruatur, esse orthodoxum, atque catholicum; contra vero *schismaticum*, et *peccatorem* illum, qui non sit ei societate pacis, communionisque coniunctus. Id cum donatistae ipsi plane cognoscerent, curarunt ut Romae unus aliquis ex eorum factione esset, qui, etsi falso, tamen Petri locum tenere diceretur. Quamobrem merito eos Optatus irridet, » Sed et habere vos, *inquiens* (3), in urbe Roma partem aliquam dicitis. Ramus est » vestri erroris protentus de mendacio, non de RADICE VERITATIS. » Denique si Macrobio (*nam is erat episcopus donatistarum » Romae*) dicatur, ubi illic sedeat, numquid potest dicere in » cathedra Petri? Quam nescio si vel oculis novit, et ad cuius

(1) Cuiusmodi hae fuerint *formatae litterae* et indicasse me supra memini, et agam paullo post diligentius.

(2) Optatus *ibid. num.* II. *pag.* 38.

(3) *Ibid. cap.* IV. *pag.* 32.

» memoriam non accedit quasi schismaticus contra apostolum fa-
» ciens, qui ait, *memoriis sanctorum communicantes*. Ecce prae-
» sentes sunt ibi duorum memoriae apostolorum. Dicite si ad has
» ingredi potuit, aut obtulit illic, ubi sanctorum memorias esse
» constat. Ergo restat, ut fateatur socius vester Macrobius, se
» ibi sedere, ubi aliquando sedit Encolpius. Si et ipse interro-
» gari posset, diceret se ibi sedere, ubi ante sedit Bonifacius (1)
» ballitanus. Deinde si et ipse interrogari posset, diceret, ubi
» sedit Victor garbensis a vestris iamdudum de Africa ad pau-
» cos erraticos missus. Quid est hoc, quod pars vestra in urbe
» Roma episcopum civem habere non potuit? Quid est hoc,
» quod tot afri, et peregrini in illa civitate sibi successisse nos-
» cuntur? Non apparet dolus? Non factio, quae mater est schis-
» matis? Interea Victor garbensis, ut hinc prior mitteretur, non
» dico lapis in fontem, quia non potuit puritatem catholicae
» multitudinis perturbare, sed quia quibusdam afris urbica pla-
» cuerat commoratio, et hinc a vobis profecti videbantur, ipsi
» petierunt, ut aliquis hinc, qui illos colligeret, mitteretur. Mis-
» sus est igitur Victor. Erat ibi filius sine patre, tiro sine prin-
» cipe, discipulus sine magistro, sequens sine antecedente (2),
» inquilinus sine domo, hospes sine hospitio, pastor sine grege,
» episcopus sine populo. Non enim grex, ant populus appellandi
» fuerant pauci, qui inter quadraginta, et quod excurrit. Basi-
» licas, locum ubi se colligerent, non habebant. Sic speluncam
» quamdam foris a civitate cratibus sepsernnt, ubi ipso tempore
» conventiculum habere potuissent, unde *montenses* appellati
» sunt. Igitur quia Claudianus Luciano, Lucianus Macrobio,
» Macrobius Encolpio, Encolpius Bonifacio, Bonifacius Victo-
» ri (3) successisse videntur, si Victori diceretur, ubi sederit?
» nec ante se aliquem illic fuisse monstraret, nec cathedram ali-
» quam, nisi pestilentiae ostenderet. Pestilentia enim morbis ex-
» tinctos homines ad inferos mittit, qui inferi portas suas habe-
» re noscuntnr; contra quas portas CLAVES salutares ACCEPISSE le-

(1) In notitia episcopatuum Africae dicitur *allitanus*, et in quibusdam notitiae eiusdem codicibus *villitanus*. In collatione carthaginiensi *vallitanus*. Erat is episcopatus provinciae Numidiae.

(2) Hoc est *successor* sine *decessore*. Simile quidpiam exprobraret Novatiano s. Cyprianus *epist.* LXX. *al.* LXXXVI. *pag.* 181. *edit. oxon. an.* 1682.

(3) Hos donatistae Romam episcopos miserant, ut iis perpaucis, qui in urbe schismati Donati adhaeserant, praeessent.

» gimus Petrum principem scilicet nostrum, cui a Christo dictum » est: *tibi dabo claves etc.* Unde est ergo, quod claves regni » caelorum vobis usurpare contenditis, qui CONTRA CATHEDRAM » Petri vestris praesumptionibus, et audaciis, sacrilegio milita- » tis »? Donatistae igitur, ut quos sibi devinxerant, in officio continerent, utque ne caussa communionis romaui antistitis (quam christiani orthodoxi omnes necessariam cuique esse profitebantur, quaque donatistae ipsi exciderant) suos ab se alumnos divelli cernerent, fucum esse incautis faciendum, Romamque unum aliquem e schismate mittendum putarunt, qui episcopi romani fungi diceretur munere, cumque ipsis communicaret. Quamquam frustra hi quidem moliti id fraudis genns fuerant. Nam detecti a nostris continuo eorum fuerunt doli, demonstratumque non sedem apostolicam episcopum ipsorum Romae, sed pestilentiae cathedram occupasse. Videantur quae (1) supra ex Gregorio nazianzeno, ex Ambrosio (2), ex Hieronymo, ex Epiphanio (3), Iohanne chrysostomo (4), Cyrillo alexandrino (5), Theodorito (6), Cassiano, ex Socrate, ex Sozomeno, ceterisque scriptoribus, qui deinceps floruerunt (7), attulimus.

II. Dispergi autem ab eo, qui cum Petri successore non colligat: hoc est, errare, inque ecclesia vera Christi non esse eum, qui iunctus romano antistiti, seu capiti ecclesiae, principique, sub aspectum cadenti non sit societate doctrinae, et communionis, Irenaeus loco iam indicato docet. Nam posteaquam ad romanam sedem propter potiorem eius principalitatem, omnem ecclesiam convenire necesse esse animadvertit (in qua quidem romana sede » semper ab his, qui sunt undique, conservata est ea, quae est » ab apostolis traditio »), tum descripta successione pontificum maximorum usque ad Eleutherium, qui id aetatis Petri cathedram occupabat, *Hac ordinatione*, inquit, *et successione ea, quae est ab apostolis in ecclesia traditio, et veritatis praeconatio pervenit, usque ad nos ... Et est plenissima haec ostensio, unam et eamdem vivificatricem fidem esse, quae in ecclesia ab apos-*

(1) *Pag.* 15. *huius vol. in adnot.*
(2) Ibid. *pag.* 15. *seq. in adnot.*
(3) Ibid. *pag.* 15. *seq. in adnot.*
(4) Ibid. *pag.* 16. *in adnot.*
(5) Ibid. *pag.* 16. *seq. in adnot.*
(6) Ibid. *pag.* 16. *in adnot.*
(7) Ibid. *pag.* 17. *seqq.*

tolis usque nunc sit conservata, et tradita in veritate (1). Atque huc pertinent, quae paullo ante scripserat de snccessione episcoporum romanorum, per quam ad nos manavit orthodoxae veritatis traditio, qua errantes qnique confundi possint: « Maxi- » me, *inquit*, et antiquissimae, et omnibus cognitae a gloriosissi- » mis duobus apostolis fundatae, et constitutae ecclesiae eam, » quam habet ab apostolis traditionem, et annunciatam homi- » nibus fidem PER SUCCESSIONES EPISCOPORUM pervenientem usque » ad nos iudicantes, confundimus omnes eos, qui quoquo modo » vel per sibi placentia, vel vanam gloriam, vel per caecitatem, » et malam sententiam PRAETERQUAM OPORTET, COLLIGUNT (2) ».

Quod ipsum testimoniis veterum, quae supra descripsimus mirifice confirmari potest (3). Sed prae ceteris illustris est Hieronymi ad Damasum pontificem scribentis locus (4): « Quoniam, » inquit, vetusto oriens inter se populorum furore collisus in- » discissam Domini tunicam desuper textam minutatim per frusta » discerpit, et Christi vineam exterminant vulpes, ut inter lacus » contritos, qui aquam non habent, difficile ubi fons signatus, » et ortus conclusus sit, possit intelligi: ideo mihi cathedram » Petri, et fidem apostolico ore laudatam censui consulendam, » inde nunc meae animae postulans cibum, unde olim Christi » vestimenta suscepi. Neque vero tanta vastitas elementi liquen- » tis, et interiacens longitudo terrarum me a pretiosae margari- » tae potuit inquisitione prohibere. *Ubicumque fuerit corpus*, » *illuc congregabuntur aquilae.* Profligato a sobole mala patri- » monio, apud vos solos incorrupta patrum servatur haereditas » Quae autem cathedra sit Petri, ad quam confugit quaesitnm sententiam, mox ille tam explicat dilucide, ut interprete non sit opns. Damasnm nempe pontificem *cathedrae Petri* vocabulis indicat. « Qnamquam, *inquit*, tui me terreat magnitudo, tamen

(1) Iren. *lib.* III. *capit.* III. *num.* 3. *pagina* 176. Τῇ αὐτῇ τάξει, καὶ τῇ αὐτῇ διαδοχῇ ἥτε ἀπὸ τῶν ἀποστόλων ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ παράδοσις, καὶ τὸ τῆς ἀληθείας κήρυγμα κατήντηκεν εἰς ἡμᾶς. Verti is locus posset κατὰ λέξιν hoc modo: „ Hoc „ ordine, et hac successione usque ab apostolis in „ ecclesia conservata ad nos est traditio, et prae- „ dicatio veritatis „

(2) Ibid. *num.* 2. *pag.* 175.

(3) A *pag.* 6. *ad.* 25. *in not.*

(4) Epist. ad Damasum anno ut scribit Coustantius circiter 381. scripta, olim inter hieronymianas LVII. nunc XIV. *in edit. paris. Martianaei tom.* II. *opp. Hieronymi.* Extat etiam in collectione *epistolarum romanorum pontificum*, estque decima in serie epistolarum s. Damasi *tom.* I. *edit. paris. an.* 1721. *pag.* 546. Anno circiter 377. scriptam putat Antonius Maria Marenda vir clarissimus. *De s. Damasi opusculis, et gestis cap.* XX. *pag.* 59. *edit. romanae an.* 1754.

» invitat humanitas. A sacerdote victima salutem, a pastore praesidium ovis flagito ... Cum SUCCESSORE PISCATORIS, et discipulo crucis loquor. Ego nullum primum, nisi Christum sequens, BEATITUDINI TUAE, idest CATHEDRAE PETRI communione consocior. SUPER ILLAM PETRAM AEDIFICATAM ECCLESIAM SCIO. Quicumque extra hanc domum agnum comederit, profanus est. Si quis in hac arca non fuerit, peribit regnante diluvio. Et quia pro facinoribus meis ad eam solitudinem commigravi, quae Syriam iuncto barbariae fine determinat, nec possum sanctum Domini tot interiacentibus spatiis a sanctimonia tua expetere, ideo hic collegas tuos aegyptios confessores (1) sequor, et sub onerariis navibus parva navicula delitesco. Non novi Vitalem (2), Meletium respuo, ignoro Paulinum. QUICUMQUE TECUM NON COLLIGIT SPARGIT, HOC EST QUI CHRISTI NON EST, ANTICHRISTI EST ». Et num. IV. « Decernite, obsecro, si placet, et non timebo tres » hypostases dicere ... Sufficiat nobis dicere unam substantiam, » tres personas subsistentes, perfectas, aequales, coaeternas ». Et num. V. « Simul etiam cui apud Antiochiam debeam communi» care significes, quia campenses (3), qui cum tarsensibus (4) » haereticis copulantur, nihil aliud ambiunt, quam ut auctoritate » communionis vestrae fulti, tres hypostases cum antiquo sensu » praedicent ». Idem rursus « Ego, *inquit*, interim clamito; si » quis cathedrae Petri iungitur, meus est. Meletius, Vitalis, at» que Paulinus tibi haerere se dicunt. Possem credere, si hoc » unus assereret. Nunc vero aut duo mentiuntur, aut omnes.

(1) Cum Petro episcopo alexandrino, ut putat Coustantius *pag.* 546. adnotatione *c. tomo* I. *epistolar. romanor. pontif. edit. paris. an.* 1721. Sed a Coustantino discrepat Merenda, et quinam ii confessores fuerint demonstrat *loco modo indicato*. Ad hos in Palaestina exules scripta a Basilio anno ipso 377. epist. CCLXV. al. CCXCIII. est (*tom.* III. *opp. pag.* 408. *edit. paris. an.* 730.) hoc titulo: Εὐλογίῳ, καὶ Ἀλεξάνδρῳ, καὶ Ἁρποκρατίωνι ἐπισκόποις Αἰγύπτου ἐξορισθεῖσιν. *Eulogio, Alexandro*, et *Harpocrationi episcopis Aegypti exulibus*. Confer Epiphanium *haer.* 72. *num.* II. *pag.* 842. *tom.* I. *opp. edit. paris. an.* 1622., et vitam s. Basilii a monachis congregationis s. Mauri perscriptam *cap.* XXXVII. *num.* III. *tom.* III. *opp. basil. edit. modo indicatae*.

(2) Hunc suae sectae episcopum Antiochiae Apollinaris haeresiarca constituerat, quo tempore Meletius, et Paulinus de episcopatu urbis eiusdem contendebant. Adeundus Merenda *loco indicato* n. III. et IV. *p.* 62. *seq.*

(3) Hoc est ii, qui Meletio episcopo Antiochiae parebant. Vide Merendam *ibid. num.* III. *pag.* 63. et *Coustantium ibid. pag.* 550. *not.* e.

(4) Hoc est iis, qui Diodoro communionis societate coniuncti erant, quem a Meletio episcopum tarsensium fuisse constitutum, Theodoritus narrat *lib.* V. *historiae cap.* IV. *pag.* 175. *edit. taurin. an.* 1748. Eo autem iure tarsenses ab Hieronymo haeretici appellari potuerunt, quo Meletius ab eodem praesul est arianorum dictus. Nam Diodorus Meletii doctrinam tres hypostases confitentis sequebatur, quae Hieronymo suspecta Ariani erroris erat.

Digitized by Google

» Idcirco obtestor beatitudinem tuam ... ut qui apostolos hono- » re sequeris, sequaris et merito ... ut mihi litteris tuis, apud » quem in Syria debeam communicare, significes. Noli despicere » animam pro qua Christus mortuus est (1) ». Haec Hieronymus. Cuius quidem ex verbis plane perspicitur, *cathedrae Petri* nomine romanum pontificem intelligi oportere, esseque hunc *domum illam, extra quam nemo nisi profanus, possit consistere*; et *arcam Noemi*, in qua qui non sit, *pereat* regnante diluvio; et quocum qui *non colligat, spargat*, hoc est, *sine Christo sit, et maneat cum antichristo.* Ita quidem maioribus nostris persuasum erat, qui diu fuissent, diligenterque in sacris bibliis, ecclesiarumque doctrinis, institutisque versati. Hinc Sixtus pontifex ad Iohannem episcopum antiochenum scribens (2), « expertus es, *in-* » *quit*, negotii praesentis eventu, quid sit sentire nobiscum. Bea- » tus Petrus apostolus in successoribus suis quod accepit, hoc » tradit. Quis ab eius se velit separare doctrina, quem ipse inter » apostolos primum edocuit? Non hunc auditus per alterum, non » sermo lectus instruxit: doctus est cum aliis ore doctoris, .. » Absolutam, et simplicem fidem, quae controversiam non habe- » ret, accepit. Quam utique meditari semper, et in qua mane- » re debemus, ut sensu puro sequentes apostolos, inter aposto- » licos esse mereamur. Non parum nobis oneris, non parum la- » boris incumbit, ut ecclesiae Domini macula desit, et ruga etc. » Mitto quae sunt in hanc rem a Valentiniano III. imperatore ad Theodosium iuniorem scripta (3), quaeque ab aliis, qui post floruerunt, memoriae tradita sunt, ne sim longior, quam par sit, quamque oporteat.

III. Iam ut dispergant, qui cum pontifice romano non colligant, demonstratum est. Sequitur, ut patrum auctoritate doceam, penes societates, ecclesiasque illas Spiritum sanctum non esse, quae sint alienae a communione eiusdem pontificis successoris Petri. Ergo s. Cyprianus in eo, quem *de unitate ecclesiae* perscripsit libro (4), posteaquam Petro traditam pascendarum ovium potestatem, in eoque ut in petra aedificatam a Christo ecclesiam, di-

(1) Epistola, quae in serie litterarum Damasi est XII. tom. I. *epistolar. rom. pont. edit. paris. Constantii pag.* 550. *seq. edit. paris. an.* 1721.

(2) Vide *pag.* 16. *huius vol. not.* 2.

(3) *Ibid. pag.* 18. *seq. not.* 3.

(4) *Ibid. pag.* 107. *seq. edit. oxon. an.* 1682.

xit; tum » Exordium, *inquit*, ab unitate proficiscitur, ut ecclesia » una monstretur; quam unam ecclesiam etiam in cantico canticorum Spiritus sanctus ex persona Domini designat, et dicit: » *una est columba mea*, *perfecta mea*, *una est matri suae*, » *electa genitrici suae*. Hanc ecclesiae unitatem qui non tenet, » tenere se fidem credit? Qui ecclesiae renititur, et resistit, in » ecclesia se esse confidit? Quando et beatus apostolus Paulus » hoc idem doceat, et sacramentum unitatis ostendat dicens: » *unum corpus*, *et unus spiritus*, *una spes vocationis vestrae*, » *unus Dominus*, *una fides*, *unum baptisma*, *unus Deus*? Quam » unitatem firmiter tenere, et vindicare debemus, maxime episcopi, qui in ecclesia praesidemus, ut episcopatum quoque ipsum » unum, atque indivisum probemus...ecclesia una est, quae in » multitudinem latius incremento foecunditatis extenditur: quo » modo solis multi radii, sed lumen unum: et rami arboris multi, sed robur unum tenaci radice fundatum: et cum de fonte » rivi plurimi defluunt, numerositas licet diffusa videatur exundantis copiae largitate, unitas tamen SERVATUR IN ORIGINE. Avelle » radium solis a corpore, DIVISIONEM LUCIS unitas non capit: ab » arbore frange ramum, fractus germinare non poterit: a fonte » praecide rivum, praecisus arescet. Sic ecclesia Domini luce » perfusa per orbem totum radios suos porrigit, unum tamen lumen est, quod ubique diffunditur, nec unitas corpori separatur; ramos suos in universam terram copia ubertatis extendit; » profluentes largiter rivos latius expandit: unum tamen caput » est, et origo una, et una mater foecunditatis successibus copiosa ». Haec ille. Quod si, qui sese a Petri societate, hoc est ab ecclesiae romanae, nempe a pontificis successoris Petri communione abscindunt, sibi iure blandiri nequeunt teneri ab se fidem; neque in ecclesia sunt, neque unum spiritum habent, spemque unam nostrae vocationis; iidem certe Spiritum sanctum penes se habere non poterunt. Scio, quid opponant Fellus (1), aliique e numero protestantium. Sed eorum accusationes, quum aliis locis dispulerim, non est cur esse rursus refutandas putem. Similia sunt horum, quae ab Eulogio alexandrino libro *contra*

(1) In not. ad pag. 107. eiusdem libri a Cypriano *scripti de unitate ecclesiae*.

Severum (1) disputata sunt. Verum omnia maiorum hac de re testimonia persequi longum esset. Uno Augustini utar ex psalmo contra donatistas. Sic autem ille scribit (2).

» Scitis catholica quid sit, et quid sit praecisum a vite:
» Si qui sunt inter (3) vos cauti veniant, vivant in radice,
» Antequam nimis arescant, iam liberentur ab igne.
» Ideo non rebaptizamus, quod unum signum est in fide:
» NON QUIA VOS SANCTOS VIDEMUS, sed SOLUM FORMAM TENERE:
» Quia ipsam formam habet sarmentum, quod praecisum est de vite;
» Sed quid illi prodest forma, SI NON ERIT DE RADICE?
» Venite fratres, si vultis, ut inseramini in vite:
» Dolor est, cum vos videmus praecisos ita iacere.

Ostendit mox, quae illa sit radix, quaeque petra, quam non vincunt inferorum portae. Nam addit:

» Numerate sacerdotes vel ab ipsa Petri sede,
» Et in ordine illo patrum quis cui successit videte:
» Ipsa est petra, quam non vincunt superbae inferorum portae.

Non ergo sunt in radice, neque inserti in vite, praecisique iacent, qui *petrae*, hoc est sacerdotibus successoribus Petri non inhaerent. Qui autem non sunt in vite, nec in radice, quique iacent praecisi, qua demum ratione sibi Spiritum sanctum polliceri poterunt? Hinc Petrus de Marca parisiensis archiepiscopus in ea, quam edidit, *de discrimine clericorum*, *et laicorum ex iure divino dissertatione* (4) « defunctis apostolis, *inquit*, non » eversa est regiminis constituti forma, et nova substituta, prae» cipue cum prior illa necessaria non esset temporibus aposto» lorum, nisi quatenus intererat formam regiminis semel consti» tuere, quae in perpetuum esset observanda. Itaque in episco» pis, quos apostoli in suum locum substituerunt, debet vigere

(1) *Apud Photium in bibl. cod.* CCXXV. *pag.* 766. *edit. rothom. an.* 1653.
(2) *Tomo* IX. *opp. edit. antuerp. an.* 1700. *p.* 4. *seq.*
(3) Noc est: *inter vos donatistas schismaticos.*
(4) *Edit. paris. an.* 1661. *pag.* 112. *n.* 11.

» idem administrationis, et regiminis status. Rerum summa, et
» infallibilis potestas erat in collegio apostolorum coniuncto cum
» praeside unitatis... Porro cum Petrus fuerit constitutus a Do-
» mino petra, et caput unitatis ecclesiae, sine dubio is episco-
» pus, qui Petri locum possidebit, dignitatem quoque, et aucto-
» ritatem capitis in se suscipiet. Locus autem Petri est ecclesia
» romana, ut inter ceteros diserte docuit Cyprianus. Ex quo se-
» quitur, in episcopo romano residere primatum in ecclesiae re-
» gimine a Christo institutum. Quare poterit ille ex officio, et
» vi potestatis sibi collatae unitatem tueri erudiendo ignaros, et
» contumaces ligando, seu censuris percellendo, cuiuscumque con-
» ditionis sint, sive episcopi, sive clerici, sive laici. Unitas au-
» tem violari potest sive haeresi, sive schismate. Exercere ergo
» poterit potestatem illam in unitatis scissionibus etc. (1). Ex hac
» quam explicuimus definitione manat alia non minus certa, nem-
» pe penes illas ecclesias non esse indubitata Spiritus sancti prae-
» sidia, quae alienae sint a communione Petri. Propterea sequi-
» tur plurium ecclesiarum infaustam scissionem, quae lugendo
» schismate, vel impia haeresi corpus ecclesiae universalis divi-
» dit, non impedire, quin illae, quae supersunt coniunctae cum
» petra, corpus universum repraesentent, et absque suspicione er-
» roris fidem tueri decretis suis una cum Petri cathedra firmi-
» ter, et infallibiliter possint; cum ecclesia supra petram aedi-
» ficata, promissionibus Christi nitatur ad vincendas portas inferi».
Quod si alicubi ille nonnihil statuit, quod cum iis, quae supra demonstrata a nobis sunt, componi non possit; caveat ne a maiorum decretis, institutisque recessisse videatur.

§. IX.

Communionis retinendae caussa descripti catalogi romanorum pontificum, conservatique ab ceteris ecclesiis fuerunt. Formatarum epistolarum ratio, quae fuerit? utque indicarit, romanum antistitem centrum esse ecclesiasticae unitatis?

1. Cum reprimendarum haereseon caussa maiores nostri ad successionem pontificum romanae ecclesiae confugere solerent,

(1) Ibid. pag. 154. n. xxxviii.

iisdemque pontificibus coniuncti episcopi quique deberent esse societate communionis; factum hinc arbitror fuisse, ut catalogi romanorum ipsorum pontificum in ecclesiis diligentissime servarentur, ex quibus quis cui successisset, et ad quem communionis petendae, retinendaeque gratia scribendum esset, intelligeretur. Atque non in Italia solum sed etiam in Galliis, ceterisque Europae partibus, in Africa, in Asia scriptos, servatosque catalogos eosdem fuisse, ex Irenaei (1), ex Tertulliani (2), ex vetustissimi illius scriptoris, qui carmine Marcionem (3) exagitavit, ex Optati (4), ex Augustini (5), ex Eusebii (6), ex Epiphanii (7) libris, exque aliis antiquis monumentis constat (8). In his autem monumentis numeratur catalogus, quem liberianum vocant, propterea quod scriptus videatur fuisse, quo tempore Liberius pontificatu maximo potiebatur, cuius quidem catalogi exempla sane vetusta etiamnum extant duo, quorum alterum in Caesarea vindobonensi bibliotheca, ut est apud Lambecium *lib.* VI. *commentar. bibl. vindob.* (9), alterum in bibliotheca antuerpiensi Iesuitarum servatur, ex quo descripsit suum, ediditque Bucherius (10). Accedit catalogus alter Felicis IV. anno fere 530. cum Iustinia-

(1) Irenaeus *lib.* III. *contra haereses cap.* III. n. 2. *seq. pag.* 105. *seq. editionis supra indicatae.*

(2) Tertullianus *in lib. de praescript. cap.* XXXII. *pag.* 213. *edit. venetae an.* 1744.

(3) Vide quae scripsi *pag.* 157. *huius. vol.*

(4) Lib. II. cap. III. pag. 30. seq. *cit. edit.*

(5) *Epist.* LIII. *al.* CLV. *ad Generosum cap.* I. n. 2. *pag.* 91. *tom.* II. *opp. edit. antuerp. an.* 1700. Est autem haec Augustini sententia: „ Si ordo episcoporum sibi „ succedentium considerandus est quanto certius, et „ vere, et salubriter ab ipso Petro numeramus, cui „ totius ecclesiae figuram gerenti Dominus ait: *super* „ *hanc petram aedificabo ecclesiam meam, et portae in-* „ *ferum non vincent eam.* Petro enim successit Linus, „ Lino Clemens, Clementi Anacletus, Anacleto Eva- „ ristus.„ Ceteros porro numerat usque ad Anastasium, tumque addit: „ In hoc ordine successionis nullus do- „ natista episcopus invenitur. Sed ex transverso (do- „ natistae) ex Africa ordinatum miserunt, qui paucis „ praesidens afris in urbe Roma, montesium, vel cut- „ zupitarum vocabulum propagavit. In illum autem „ ordinem episcoporum, qui ducitur ab ipso Petro „ usque ad Anastasium, qui nunc eamdem cathedram „ sedet, etiam si quisquam traditor per illa tempora „ subrepsisset, nihil praeiudicaret ecclesiae, et inno- „ centibus christianis, quibus Dominus providens ait „ de praepositis: *Quae dicunt facite, quae autem faciunt,* „ *facere nolite; dicunt enim, et non faciunt*: ut certa sit „ spes fidelis, quae non in homine, sed in Domino „ collocata, numquam tempestate sacrilegi schismatis „ dissipetur, sicut isti (donatistae) dissipati sunt, qui „ legunt in codicibus sanctis ecclesias, quibus apostoli „ scripserunt, et nullum in eis habent episcopum„.

(6) Texit enim is episcoporum romanorum seriem, ut historiae, quam scripsit, ratio postulabat. Texere autem, qui potuisset, nisi eam in Palestina scribens in promtu habuisset? Eius seriei specimen reperies in editione valesiana *historiae eccl. Euseb.*, et in taurinensi *pag.* 786. *an.* 1746. Vide *hist. eccl. eiusdem Eusebii libro* IV. *cap.* XXII. *edit. taurin. modo indicatae p.* 155.

(7) Epiphanius haeresi XXVII., quae est carpocratianorum n. VI. *pag.* 107. *edit. paris. Petavii an.* 1622.

(8) De his quidem actum a me fuit *t.* V. *orig. et antiquit. christianarum part.* I. *in adnotationibus p.* 328. *seq.*

(9) Addit. I. *pag.* 271. *seq. edit. vindob. an.* 1670.

(10) Comment. in canonem *paschalem Victor. p.* 269. *edit. antuerp. an.* 1634. Confer Enschenium *continuat. bollandini operis tomo.* I. *act. ss. mensis aprilis pag.* 4. *seqq. edit. antuerp.*, et Franciscum Blanchinium *tom.* II. *ad Anastas. biblioth. de vit. romanor. pontif. proleg. opusc.* I. *pag.* 7. *edit. rom. anno* 1723., et dissertationem Emanuelis a Schelestrate *cap.* II. *ibid. pag.* 29. *seqq.*

Digitized by Google

nus imperium teneret, compositus, cuius item catalogi vetus exemplum extat in codice membranaceo saeculi IX., quem codicem Parisiis a Christina svecorum regina emptum, Romamque asportatum, Alexander VIII. post reginae eiusdem mortem paravit sibi, donoque bibliothecae vaticanae dedit (1). Eiusdemque aetatis est (nam scriptum fuit Caroli magni temporibus) exemplum alterum, quod codice 1868. bibliothecae colbertinae continetur, ut Franciscus Blanchinius in praefatione ad I. Anastasii de vitis pontificum volumen (2) animadvertit. Veteres praeterea catalogos duos descripsit eruditissimus Iohannes Mabillonius e membranaceis codicibus bibliothecae monasterii corbeiensis, transtulitque in tertium volumen suum veterum analectorum (3). Horum autem catalogorum alter saeculo VI. perscriptus fuisse videtur, Vigilio pontifice maximo (4); alter vero saeculo ecclesiae septimo, ut idem est auctor Mabillonius (5). Mitto de catalogis dicere, qui in farfensis monasterii, qui in veronensis capituli, qui in casanatensi, inque aliis Europae bibliothecis servantur, quorum quidem aliquos Schelestratius, Bollandiani, Iosephus Blanchinius, Iosephus Garampius, aliique vulgarunt (6). Hoc dicam unum: cerni in basilica sancti Pauli extra urbem via ostiensi imagines potificum romanorum pictas iam usque a s. Leonis magni temporibus. Conspicuam enim omnibus seriem suorum decessorum esse voluit sanctissimus pontifex, ut qui Romam venissent, quis cui successisset conspiceret, exemplumque inde sumeret catalogorum successorum Petri accurate describendorum. Eas imagines doctissimi viri hoc saeculo incidi aeri, publicarique curarunt; id quod primum a Francisco Blanchinio (7), deinde a Marangonio (8) Benedicti XIV. pont. max. hortatu perfectum est.

2. De formatis litteris insignis est Augustini locus in ea,

(1) Vide Francisci Blanchinii *ad Anast. biblioth. de vitis pontif. roman. tomum secundum* opusculo III. c. IV. *pag.* XXXVII. *edit. rom. an.* 1723.

(2) *Num.* XV. *seqq.*

(3) *Primae edit. pag.* 426. *et edit. recentior. paris. anno* 1723. *in fol. pag.* 218.

(4) Mabillon *de re diplomat. lib.* V. *tab.* VII. *n.* 2. *pag.* 356. *edit. an.* 1709.

(5) *Lib.* V. *tab.* VIII. *n.* 3. *pag.* 389.

(6) Vide *tomo* V. *ant. christ. parte* I. *pag.* 328. *seq.* et Lamb. *l.* II. *pag.* 978. *et* VIII. *pag.* 461.

(7) Anastasii *romana editione* tom. II. an. 1723. *seqq. pag.* LXXXVII. *seqq.*

(8) Chronolog. romanor. pontif. *edit. rom. anno* 1751. *de catalogo romanor. pontific.*, egerunt etiam Dodwellus, et Pearsonus homines de *secta anglorum episcopalium. Vide not.* 6. *pag.* 493. *tom.* V. *parte* I. *nostrarum originum et antiquit. christianar.*

quam anno CCCXCVII. ad *Eleusium* dedit epistola (1). Eaedem ab graecis κανονικαί, *canonicae* hoc est exactae, compositaeque ad ecclesiasticas regulas (2), et κανονικὰ γράμματα (3), seu *canonicae* litterae appellantur. *Syllabarum* etiam ipsis haeserat apud graecos nomen, ut ex illius ecclesiae monumentis intelligi plane potest (4). Cur autem ab latinis *formatarum* eisdem fuerit attributum vocabulum, non satis constat. Itaque ea de re magna scriptorum ecclesiasticorum dissensione certatur. Sunt enim qui a certis quibusdam, destinatisque verborum, notarumque formulis *formatas* fuisse dictas arbitrarentur (5). Contra alii id nomen ex eo ductum fuisse defendunt (6), quod ita compositae, obsi-

(1) *XLIV. al. CLXIII. cap.* II. *num.* 5. *pag.* 77. *tomo* II. *edit. antuerp. an.* 1700.

(2) Synodus antiochena, *an.* 341. *canone* VIII. *t.* I. *concilior. edit. Harduin. paris. ann.* 1714. *pag.* 595. Μηδὲ πρεσβυτέρους τοὺς ἐν ταῖς χώραις κανονικὰς ἐπιστολὰς διδόναι, ἢ πρὸς μόνους τοὺς γείτονας ἐπισκόπους ἐπιστολὰς ἐκπέμπειν. Τοὺς δὲ ἀνεπιλήπτους χωρεπισκόπους διδόναι εἰρηνικάς. *Nec presbyteros in agris agentes dare epistolas canonicas, nisi ad solos vicinos episcopos litteras mittere* (posse). *Irreprehensibiles autem chorepiscopos dare pacificas.*

(3) Zonaras ad XLII. *canonem concilii laodiceni apud Beveregium tomo* I. *pandectarum canon. pag.* 473. *edit. oxon. an.* 1672. Τὰς ἐπιστολὰς, inquit, τὰς εἰρηνικάς τε καὶ συστατικὰς κανονικὰ γράμματα ἐνταῦθα ὠνόμασαν· nempe ὡς κατὰ κανόνα γινόμενα. *Epistolas pacificas, et commendatitias* CANONICAS LITTERAS *hic vocarunt.* Scilicet quod *secundum canones facta sint.* Synodi autem laodicenae canone eodem comprehensa haec est sententia, *tom.* I. *concilior. edit. Hard. paris. an.* 1714. *pag.* 789. Ὅτι οὐ δεῖ ἱερατικὸν, ἢ κληρικὸν ἄνευ κανονικῶν γραμμάτων ὁδεύειν. *Quod non oportet sacerdotem, vel clericum sine canonicis litteris proficisci.* Eaedem epistolae γράμματα interdum non adiuncto vocabulo κανονικὰ appellatae sunt. Canon antiochenus XI. *pag.* 597. *tom. eiusd. collect. concilior.* sic habet:„ Si quis episcopus, vel presbyter, vel quicumque clericus, et omnis omnino, „ qui est sub ecclesiastica regula constitutus, sine sen„ tentia, καὶ γραμμάτων, *et litteris* eorum episco„ porum, qui sunt in provincia, et maxime metropo„ litani ad imperatorem perrexerit, hunc abdicari, et „ eiici non solum de communione debere, sed etiam „ propria dignitate privari etc.„

(4) Carolus Labbaeus *observat. et emendat. in synopsim basilicon ad l.* LX. *p.* 195. *edit. paris. an.* 1606., „ Vide inquit, *leg. si qua* XXIX. *cod. de episc. et cleri*„ *cis*, et observa verba haec imperatorum...*sine litte*„ *ris episcopi, citra hanc fiduciam*, graecos vertisse: „ συλλαβῶν ἐκτὸς τοῦ οἰκείου ἐπισκόπου *absque syllabis episcopi sui.* Συλλαβαὶ igitur ex hac „ lege sunt litterae episcopi, quae dantur clericis, et „ monachis de suis civitatibus ad alias urbes ecclesia„ stici negotii, vel religionis causa proficiscentibus. „ Scholiastes ad haec verba pro συλλαβῶν ἐκτὸς „ scripsit γραμμάτων ἐκτός. Glossae veteres: *Adfa*„ *tibus* συλλαβῶν, γραμμάτων. Eadem significatio„ ne Iustinianus *novell.* 86. *cap.* 3. dixit γράμματα „ τοῦ ὁσιωτάτου ἐπισκόπου. Vetus interpres ver„ tit: *litteras amabilis episcopi.* Male. Debuisset dicere: „ *litteras sanctissimi episcopi.* Et *nov.* 6. *cap.* 3. ait: „ γράμματα λάβοι τοῦ οἰκείου μητροπολίτου „ πρὸς τὴν βασιλείαν, ταῦτα δὴ κατὰ τοὺς „ θείους κανόνας συστατικὰ καλούμενα, τὰ „ μαρτυροῦντα τῷ ἀναγκαίῳ τῆς αὐτοῦ παρου„ σίας. Vetus interpres vertit: *litteras acceperit pro*„ *prii metropolitae ad imperium, et quae secundum divi*„ *nas regulas probabilia vocantur, testimonium perhiben*„ *tia necessitatis eius praesentiae.*„ Satis multa de vocabulo τῶν συλλαβῶν.

(5) Ita quidem censet Philippus Priorius in ea *dissertatione*, quam inscripsit *de litteris canonicis* §. XV. *pag.* 48. *seqq. edit. paris. an.* 1675. Eodem spectant, quae scribit Iohannes Savaro claromontensis in Sidonii Apollinaris *lib.* VI. *epist.* VIII. *pag.* 376. *not. formatam, edit. paris. an* 1599. Non discrepat Iacobus Cuiacius, in *lib.* III. *decretor. tit.* IV. *de clericis ad cap.* V. *fraternitat. tom.* III. *opp. posthum. part.* II. *pag.* 225. *edit. paris. ann.* 1658.

(6) Carolus Labbaeus loco modo indicato *pag.* 196., „ Latini recentiores, *inquit*, litteras has episcopi *formatas* dixerunt, ut *formales epistolas* Svetonius dixit „ *in Domitiano cap.* XIII. Ad exemplum enim episto„ larum formalium imperatoris has excogitatas esse,

Digitized by Google

gnataeque essent, ut publica instrumenta, edictaque principum componi, obsignarique consuerant, quae quidem instrumenta, quaeque epistolae *formales* a Svetonio dicuntur in Domitiani vita (1). Negant alii, *formatasque* non aliunde vocatas censent, quam ex eo, quod extremis iisdem epistolis litterae quaedam adscribi consuessent, quae *formae* appellarentur (2). Denique sunt qui putent, a *sigilli*, quo eiusmodi epistolae obsignabantur, *forma*, *formatas* fuisse dictas contenderent (3). Sed non tanti id controversiae genus putandum est, ut in eo evolvendo, finiendoque occupanda nobis sit opera.

Formatarum epistolarum *commendatitiae* (4) quaedam a grae-

„ opinari licet. Ut namque imperator illis edicebat, „ et publice imperabat, et publice ad aliquem scribebat, sic episcopus his publice ad coepiscopos scribit, „ et eos de necessitate profectionis, et de licentia proficiscendi clerico, vel monacho data certos facit„. Somnia. Nihil enim erat in episcoporum *formatis formalium* ab imperatoribus scriptarum simile. Placuerat haec Labbaei Cuiacio aliquando sententia; cui proinde assentiri se posse Priorius *dissertat.* sad §. xi. *pag.* 61. *negat.* Confer Cuiacium *in novell.* vi. *tom.* ii. *opp. edit. eiusdem pag.* 436.

(1) Svetonius in Domitiani *vita cap.* xiii. *p.* 1042. *edit. Pitisci anno* 1715. *tomo* ii.

(2) Confer Cangii *glossarium mediae, et infimae latinitatis ad vocem*, *formata*, *tom.* iii. *edit. novae paris.* curatae a monachis congreg. s. Mauri, *et edit. venetae anno* 1738. *pag.* 601.

(3) Sic censent Fabrotus *in notationib. ad Theod. Balsam. pag.* 1414. *tom.* ii. *biblioth. can. Iustelli edit. paris. anno* 1661. et Iacobus Sirmondus *ad Goffridum vindocinensem lib.* ii. *epist.* xxviii. *tom.* iii. *opp. p.* 718. *edit. paris. anno* 1696., et ad Sidonii Apollinaris *lib.* vi. *ep.* viii. *pag.* 1004. *seq. tom.* i. *opp. edit. eiusd.* Contra pugnat Priorius *dissert. de epist. canonicis* §. xv. *pag.* 47. *et seqq.* Sed, mea quidem sententia, nihil efficit. Nam quod scribit, non esse credibile, ut cum episcopi a metropolitis, metropolitae a patriarchis formatas peterent, a *forma sigilli formatas* dici potuerint; non equidem quorsum evadat intelligo. Nil enim obstabat, quo minus, quas etiam episcopi a metropolitis, metropolitae a patriarchis petebant, obsignatae essent. Deinde quod addit, in vetere *glossario formam, et formatam* reddi per τύπον, τύπον vero pro *epistola* usurpatum fuisse, testari Zonaram ad *canonem* 36. *constantinopolitanae synodi trullanae*, levo est. Non enim negat glossarii auctor, nec usquam Zonaras inficiatur, eas epistolas τύπους, propterea quod essent obsignatae, dici. Immo vero cum Zonaras id vocabulum aptat publicis litteris, quibus decorabantur urbes, quae episcopales, vel metropoles constituebantur, quaeque litterae sine dubio obsignatae erant, indicare videtur potius a *forma signi*, seu *sigilli* τύπον eis fuisse aptatam appellationem. Nam τύπος idem ac *forma* est, quae vox etiam in figuram signo, seu *sigillo* impressam cadit. Est vero Zonarae locus huiusmodi: τιμῶσιν αὐτὰς εἰς ἐπισκοπάς, ἢ καὶ μητροπόλεις τυχὸν, διὰ προσταγμάτων ἐγγράφων, ὃ καὶ δημοσίους τύπους ὀνόμασαν *Ipsas honorant* (urbes) *in episcopatus, atque etiam in metropoles erigentes per diplomata scripta, quae et litteras publicas nominarunt.* Ceteras Priorii coniecturas mitto. Sunt enim generis eiusdem. Hoc dico: assequi nullo modo posse me, quid causae sit, cur *formatam* maiores nostri, ex impressione signi, sacram oblationem, hoc est eucharistiam vocarint; epistolas autem *formatas* vocare ex signi impressione nequiverint. Atque eucharistiam sub panis specie, quae in Chrysostomi liturgia σφραγίς hoc est *signaculum*, seu *sigillum* dicitur, *formatam* etiam appellatam *ex ordine romano*, exque aliis monumentis, quae alio loco opportune a nobis expendentur, liquet. Quamquam non is sum, qui cum iure a Priorio Fabrotum, atque Sirmondum reprehendi negem, tum nullam esse potuisse aliam causam putem, quamobrem eiusmodi litterae *formatae* appellarentur. Quae autem vera fuerit, difficile est existimare. Sed de re incerta, atque implicata plura fortasse diximus quam necesse fuit.

(4) Συστατικῶν ἐπιστολῶν *commendatitiarum epistolarum* meminit apostolus in ii. *ad corinth. cap.* iii. v. 1. Ἀρχώμεθα, inquit, πάλιν ἑαυτοὺς συνιστάνειν; εἰ μὴ χρῄζομεν ὥς τινες συστατικῶν ἐπιστολῶν πρὸς ὑμᾶς, ἢ ἐξ ὑμῶν συστατικῶν; *Incipimus iterum nosmetipsos commendare? Aut numquid egemus, sicut quidam, epistolis commendatitiis ad vos, aut ex vobis commendatitiis?* Quo quidem ipso vocabulo in ecclesiasticis etiam monumentis recentioribus appellantur, et in canone ix. sardicensis concilii a. 347. *t.* i. *concil. edit. Hard.*

Digitized by Google

cis *συςατικαί*, aliae *pacificae* (1), a graecis *εἰρηνικαί*, aliae *communicatoriae*, a graecis *κοινωνικαί* (2), aliae *dimissoriae*, a graecis

paris. ann. 1714. inque aliis aliarum synodorum, in primisque chalcedonensis, de cuius synodi institutis erit paulo post opportunior disserendi locus. Quae vero hic συςατικαί ἐπιςολαί, eaedem in *canone* xxxii. apostolico συςατικαί, non adiuncto substantivo *epistolae*, dicuntur *pag.* 15. *tomi eiusd.* μηδένα τῶν ἐπισκόπων, ἢ πρεσβυτέρων, ἢ διακόνων ἄνευ συςατικῶν προσδέχεσθαι. καὶ ἐπιφερομένων αὐτῶν, ἀνακρινέσθωσαν. καὶ εἰ μὲν ὦσι κήρυκες τῆς εὐσεβείας, προσδεχέσθωσαν. εἰ δὲ μήγε, τὴν χρείαν αὐτοῖς ἐπιχορηγήσαντες, εἰς κοινωνίαν αὐτοὺς μὴ προσδέξησθε· πολλὰ γὰρ κατὰ συναρπαγὴν γίνεται. „ Nullus externorum „ episcoporum, vel presbyterorum, vel diaconorum si- „ ne commendatitiis recipiatur; iisque eas afferenti- „ bus, examinentur. Si minus, iis quae sunt necessa- „ ria, exhibitis, ad communionem ne admittentur: „ multa enim per subreptionem fiunt„. Quae autem hoc loco συςατικαί, *can.* xiii. συςατικὰ γράμματα dicuntur; *pag.* 11. Εἴ τις κληρικός, ἢ λαϊκός ἀφορισμένος, ἤτοι ἄδεκτος ἀπελθὼν ἐν ἑτέρᾳ πόλει, δεχθῇ ἄνευ γραμμάτων συςατικῶν, ἀφοριζέσθω, καὶ ὁ δεξάμενος, καὶ ὁ δεχθείς· εἰ δὲ ἀφωρισμένος εἴη, ἐπιτεινέσθω αὐτῷ ὁ ἀφορισμός, ὡς ψευσαμένῳ etc.„ Si quis clericus, „ vel laicus segregatus, sive non recipiendus, discedens, „ in altera urbe receptus fuerit absque litteris com- „ mendatitiis, segregetur, et qui excepit, et qui ex- „ ceptus est. Sin autem est segregatus, eius intenda- „ tur segregatio, ut mendaci etc.„

(1) Synodus antiochena *can.* vii. *pag.* 595. *tom.* i. *concilior. edit. Hard. paris. ann.* 1714. Μηδένα ἄνευ εἰρηνικῶν δέχεσθαι τῶν ξένων. *Nullum sine pacificis* (epistolis) *recipi peregrinum.* In epistola Arsenii hypsilitensis episcopi apud s. Athanasium *apolog.* 2. *de fuga sua pag.* 787. μηδὲ γράμματα εἰρηνικὰ ἀποςέλλειν, μηδὲ δέξασθαι παρ' αὐτῶν. *Neque pacificas litteras mittere, neque recipi ab ipsis.* Rursum Athanasius in epistola *ad solitarios pag.* 826. ταῦτα γράψαντες, ὑπέγραψαν καὶ τοῖς εἰρηνικοῖς. *Haec cum scripsissent, subscripserunt et pacificis.* Quae autem ab Athanasio εἰρηνικαί *pacificae*, et εἰρηνικὰ γράμματα, eaedem ab eodem τύποι εἰρηνικοί interdum appellabantur. *Athanasius epist. ad orthod. pag.* 950. τύπος εἰρηνικός, *forma pacifica.* Τῶν γραμμάτων τῶν εἰρηνικῶν meminit item Basilius *epist.* ccııı. *al.* lxxvii. *ad maritimos episcopos* nn. 4. *pag.* 301. *tom.* iii. *opp. edit. paris. ann.* 1730. Παρακαλέσατε ἡμᾶς γράμμασιν εἰρηνικοῖς, *consolamini nos pacificis litteris*, inquit. Confer, quae περὶ τῆς εἰρηνικῆς ἐπιςολῆς *de pacifica epistola* ab Ursacio, et Valente ad magnum Athanasium scripta refert Sozomenus *l.* iii. *historiae cap.* xxiv. *pag.* 119. *edit. taurin. ann.* 1747. et nomocanonem cotelerianum *num.* 485 *edit. paris. anno* 1677.

(2) De communicatoriis litteris s. Augustinus *epistola* xliii. *al.* clxii. *n.* 1. *pag.* 67. *tom.* ii. *opp. edit. antuerp. an.* 1700.„ Factum est, *inquit*, ut etiam ad „ nonnullos donatistarum primarios scriptores, non „ communicatorias litteras, quas iam olim propter „ suam perversitatem ab unitate catholica, quae toto „ orbe diffusa est, non accipiunt; sed tales privatas, „ qualibus nobis uti etiam ad paganos licet etc.„ Κοινωνικάς appellabant epistolas hasce *communicatorias* graeci. In epistola synodi antiochenae adversus Paulum samosatenum an. 269. data, apud Eusebium *libro* vii. *c.* xxx. *hist. eccl. pag.* 316. *edit. taurin. an.* 1746. haec leguntur ad episcopos orthodoxos scripta: Ἐδηλώσαμέν τε ὑμῖν (Domnum in antiochena sede locatum) ὅπως τούτου γράφητε, καὶ τὰ παρὰ τούτου κοινωνικὰ δέχησθε γράμματα. *Significavimus vobis ut ad hunc scribatis, et ab hoc communicatorias litteras recipiatis.* Apud s. Basilium *epistola* ccxxiv. *al. leg.* cccxlv. *ad Genethlium presbyterum num.* 2. *p.* 352. *tomo* iii. *operum edit. supra indic.* legitur: κανονικὰ γράμματα. Sed in codd. regiis, et in antea editis parisiensibus legebatur κοινωνικὰ γράμματα. Idem Basilius *epist.* cxc. *al.* cccxvi. *n.* 3. *pag.* 283. Σύμπιος ἡμῖν ἐπέςειλε θεραπευτικὴν ἐπιςολήν, καὶ κοινωνικήν. *Sympius ad nos misit epistolam officiosam, et communicatoriam.* Mitto ceteros, qui *communicatorias* memorant, ne longior sim, quam oportet. Iam ii, qui *communicatorias* non afferebant, impetrare non poterant, ut in communionem sacrorum reciperentur. Synesius *ep.* lxvi. *pag.* 207. *edit. paris. Petav. anno* 1640. ad Theophilum de Alexandro episcopo scribens, qui eiusmodi certe litteris carebat, οἶσθα, inquit, ὅπως ἐποίησα. ἐκκλησίᾳ μὲν οὐκ ἐδεξάμην αὐτόν, οὐδὲ τραπέζης ἱερᾶς ἐκοινώνησα, οἴκοι δὲ ἴσα καὶ τοῖς ἀναιτίοις ἐτίμησα. „ Nosti, quemadmo- „ dum egerim. Ecclesia ipsum non recepi, neque „ cra mensa ipsi communicavi: domi autem, „ ac insontibus soleo, honorem ei impendi item Palladius *in dialog. de Chrysostom* κοινωνίας, *communionis quae sunt*, μματα *et communicatorias litter* 10. *tomo* xiii. *opp. Chrysost.*

ἀπολυτικαί dicebantur (1). Ac *commendatitiae* quidem, *dimissoriaeque* dici *ecclesiasticae*, *communicatoriae*, atque *pacificae* poterant (2); quae contra *communicatoriae*, *pacificaeque* erant *di-*

ceteros, ne longus sim. Iam non omnes, quae ab episcopis dabantur, epistolae *communicatoriae* erant. Atque id quidem Augustini testimonio, quod paulo ante descripsimus, confirmari potest. Nam dabantur etiam *privatae*. *Communicatoriae* autem erant, quae ad normam ab ecclesia propositam scribebantur. Itaque Basilius *epist.* CXXIX. *al.* LIX. *pag.* 221. *edit.* *sup. indic.* *t.* III. *opp.* rogandos occidentales monens, ut ne communionis societate sine delectu sese coniungerent omnium nemini, ἵνα μὴ ἐπὶ πλεῖον, inquit, αἵρεσις ἐξάπτηται τῶν πρὸς ἀλλήλους διαστασιαζόντων, ἀντιπροβαλλομένων τὰ παρ' αὐτῶν γράμματα, παρακληθῆναι αὐτοὺς ἔδει, κεκριμένας ποιεῖσθαι, καὶ τὰς τῶν ἐντυγχανόντων αὐτοὺς κοινωνίας, καὶ τὰς ἐγγράφως γινομένας κατὰ τὸν τύπον τῆς ἐκκλησίας. „ Ut ne magis haeresis „ accendatur, dum qui inter se dissentiunt, acceptas „ ab ipsis litteras sibi mutuo obiiciunt, rogari eos „ oportet, ut cum iudicio communionem peragant et „ quas cum accedentibus ad ipsos, et quas scripto „ secundum ecclesiae formam faciunt „. *Communicatorias* porro *pacificasque* litteras *ecclesiasticarum etiam sortitas fuisse appellationem*. Canon VII. *synodi arelatensis* I. *ann.* 314. *tom.* I. *conciliorum pag.* 264. *edit. Hard. paris. ann.* 1714. sic habet: *De praesidibus, qui fideles ad praesidatum prosiliunt, placuit, ut cum promoti fuerint, litteras accipiant* ECCLESIASTICAS *communicatorias: ita tamen, ut in quibuscumque locis se gesserint, ab episcopo eiusdem loci cura de illis agatur; et cum coeperint contra disciplinam agere, tunc demum a communione excludantur. Similiter et de his, qui rempublicam agere volunt.* Neque vero latini modo, sed graeci etiam quas *communicatorias, et pacificas*, easdem ecclesiasticas litteras appellarunt, ut ex canone XI. synodi chalced. *ann.* 451. *t.* II. *concilior. edit. eiusd. pag.* 606. perspicitur.

(1) In codice canon. ecclesiae africanae *cap.* XXIII. *pag.* 875. *tom.* I. *concilior. paris. Hard.* „ Ut episcopi „ trans mare non proficiscantur, nisi consulto primae „ sedis episcopo suae cuiusque provinciae, ut ab eo „ praecipue possint sumere *formatam*: „ ἥτις λέγεται (addit graecus interpres) ἀπολυτικὴ *quae dicitur dimissoria*. Est is canon XXVIII. synodi III. carthaginiensis habitae *an.* 397. *tom. eod. concilior. pag.* 964. Rursum eod. codice *cap.* CVI. *pag.* 923. *tom. eod.* „ Placuit, ut „ quicumque ad comitatum ire voluerit, *in formata*, „ *quae ad urbis romanae ecclesiam mittitur intimetur, ut* „ *inde etiam ad comitatum formatam accipiat*. „ Graecus interpres vertit: ἐν τῇ ἀπολυτικῇ τῇ ἐπὶ τῇ ἐκκλησίᾳ Ῥώμης πεμπομένῃ καταδηλος γένηται, καὶ ἵνα ἐκεῖθεν ἔτι μὲν ἀπολυτικὴν λάβῃ ἐπὶ τὸ κομιτᾶτον. Est is canon XXXIII. synodi carthaginiensis XI. seu *afric. plenar. sub Aurelio an.* 407. *habitae*. Confer nomocanonem coteleriianum *num.* 295., Balsamonem ad *canon.* XI. *concil. chalced. apud Beveregium tom.* I. *synodici seu pandectarum canonum pag.* 125. *edit. oxon. an.* 1672., synodum trullanam canone XVII. et ad hunc Balsamonis, et Aristeni *adnotationes*, *apud eumdem Beveregium ibid. pag.* 176., et novellam IV. *Heraclii imperatoris apud Iustellum tom* II. *biblioth. iuris canonici pag.* 1374. *edit. paris, ann.* 1661. Quas ἀπολυτικὰς graeci vocant, easdem *dimissorias* latine dicere possumus; *canon* XVIII *synodi romanae an.* 853. *pag.* 67. *t.* V. *concilior. edit. Hard. ann.* 1700. „ Episcopus subiecto „ sibi sacerdoti, vel alii clerico dimissorias non faciat, „ ne ovis quasi perdita, aut errans inveniatur; sed „ per consensum anios in alterius reperiatur ovili. Et „ ne falsae ut verae credantur, et verae ut falsae suspi„ centur, universalis pontificis, aut imperialis, vel me„ tropolitani bulla eas roborari oportet „. Consule Cangium *tom.* II. *med. et infimae latinitatis* ad *v. dimissoriae litterae pag.* 1419. *edit. venetae ann.* 1737. Cur autem graecus codicis canonum ecclesiae africanae interpres *formatas* verterit ἀπολυτικάς, ac *dimissorias*, nescio. Omnes enim *dimissorias* appellare *formatas* licet, omnes autem *formatas* (latine enim id patet nomen) dicere *dimissorias* non licet. Nam commendatitias litteras, ut mox videbimus, omnes, *formatas* sunt, *dimissoriae* autem, si proprie loqui velimus, non item. *Formatas* porro litterae ab graecis, qui κατὰ λέξιν vertere vocem in suam linguam velint, τετυπωμένας dici poterunt. Atque interpres graecus canonum XXIV. codicis afric., quam ἀπολυτικὴν commentando diceret, eamdem epistolam, ut latinam vocem ad litteram verteret, τετυπωμένην dixit. Nam verba: *sumat formatam, vel commendationem* vertit λάβῃ τὴν... τετυπωμένην, ἤτοι παράθεσιν.

(2) Gabriel Albaspinaeus aurelianensis episcopus *in notis ad quosdam canones conciliorum Asiae pag.* 360. *editionis helmstadiensis ann.* 1672. *operis inscripti: De veteribus ecclesiae ritibus libri duo cum eiusdem notis in concilium eliberitanum, et quosdam alios antiquos canones etc.* „ Quod ad commendatitias, *inquit*, attinet, eae „ videntur esse, quae in commendationem laicorum, „ et clericorum ab episcopis, et metropolitanis scribe„ bantur, quorum fide, et auctoritate, quo incedendum esset, non solum in negotiis ab omnibus adiu„ vabantur, sed etiam latius excipiebantur. Non enim „ concedebantur, nisi dignioribus, et alicuius existima„ tionis; unde inter has, et communicatorias, et di-

missoriae semper, *commendatitiaeve*, dici non poterant, ut ne *commendatitiis* quidem omnibus *dimissoriarum* competebat nomen. Non enim omnes *communicatoriae* sic erant scriptae, ut

„ missorias. . . . id interesse videtur, quod illae com„ munionem, hae gratiam, et favorem conciliarent„. Quae sane distinguendarum *commendatitiarum a pacificis* ratio canone synodi chalcedonensis xi. nititur: qui canon apud *Beveregium tom.* i. συνοδικοῦ, seu *pandectarum canonum pag.* 119. *edit. oxon. an.* 1672. sic habet: Πάντας τοὺς πένητας, καὶ δεομένους ἐπικουρίας μετὰ δοκιμασίας ἐπιστολίοις ἤτοι εἰρηνικοῖς ἐκκλησιαστικοῖς μόνοις ὁδεύειν ὡρίσαμεν, καὶ μὴ συστατικοῖς, διὰ τὸ τὰς συστατικὰς ἐπιστολὰς προσήκειν τοῖς οὖσιν ἐν ὑπολήψει μόνοις παρέχεσθαι προσώποις., Omnes „ pauperes, et qui auxilio indigent cum examinatio„ ne, cum epistolis, seu pacificis solis viam ingredi „ statuimus, et non cum commendatiis. Quoniam lit„ teras commendatitias iis solis personis, quae sunt „ suspectae, praeberi oportet„. Ita graecum τοῖς οὖσιν ἐν ὑπολήψει a recentioribus interpretibus latine redditur *quae sunt suspectae.* Atque hac significatione usurpatum est a Balsamone, a Zonara, apud Beveregium *tom.* i. *synodici*, *seu pandectarum canonum pag.* 126. *edit. oxon. an.* 1672., et a graeco scholiaste Harmenopuli. *In sect.* iii. *tit.* ii. *epistom. canon. p.* 38. *edit. francof. Leunclavii an.* 1596., quo loco *commendatitiae*, inquit, *sunt, quae dantur* τοῖς ὑπὸ ἐπιτίμιον εἰς ἀθώωσιν, καὶ ἑτέρῳ αὐτοὺς ἐπισκόπῳ συνιστῶσαν πρὸς κοινωνίαν· hoc est: *iis, qui in poena sunt, ad eorum purgationem, et per quas alteri episcopo commendatur ad communionem.* Oblitus, credo erat eorum, quae scripserat *ad sect.* ii. *tit.* iii. *pag.* 19. nempe„ Commendatitiae litterae sunt, quae ab episcopo „ clericis, aut sacerdotibus dantur εἰς ἑτέραν πόλιν „ ἀπιοῦσι, καὶ συνιστῶσαι τούτους τῷ ἐκεῖ „ ἐπισκόπῳ, ὡς παντάπασιν ἀναιτίους. Scilicet: *in aliam urbem proficiscentibus, quaeque commendant eos illius loci episcopo velut omni culpa vacantes.* Nam haec cum prioribus illis pugnant. Commendatitias item reis tantummodo dari solitas fuisse ex eiusdem synodi chalcedonen. can. xi. concludit Philippus Priorius *in ea*, quam inscripsit *de litteris canonicis dissert.* §. xxi. *pag.* 68. *edit. paris. ann.* 1675. Non discrepat is a Caroli Labbaei sententia, *in synops. basil. pag.* 199. *edit. modo indic.*, Cuiacii *in novell.* vi. *pag.* 443. *tom.* ii. *opp. edit. paris. an.* 1658., Bernardini Ferrarii *de epist. ecclesiast. etc. l.* i. *c.* 9. *pag.* 62. *edit. an.* 1613. Quae quidem falsa opinio ex male canonis chalcedonensis interpretatione profecta est. Atque malam ipsam interpretationem caussam fuisse arbitror, quamobrem Matthaeus Blastares in synopsi *canonici iuris capite* ix. edito a Carolo Labbaeo *pag.* 200. *seqq. observat. emendation. in synopsin basilicon edit. paris. an.* 1606. scriberet δίδονται δὲ καὶ λαϊκοῖς ὑποβληθεῖσιν ἀφορισμῷ, καὶ πρὸς ἀλλοδαπὴν ἀπᾶραι τούτους δεήσαντας, συνιστῶσαι τῷ ταύτης ἐπισκόπῳ, ὡς τοῦ δεσμοῦ τῶν ἐπιτιμίων ἤδη λέλυνται. *Dantur quoque laicis a communione separatis ad exteros pergentibus, quibus episcopo commendantur, ut qui a poenarum vinculis soluti sint.* Mihi vero sic videtur: verba canonis chalcedonensis τοῖς οὖσιν ἐν ὑπολήψει non de *suspectis* intelligi oportere, sed omnino, quod contra est, de iis, qui in honore, atque existimatione versantur. Qua quidem in re mihi non cum Cuiacio modo convenit, quid id multo post, quam novellam vi. explicasset, animadvertit *in* iii. *lib. decretal. tit.* iv. *capit.* v. *fraternitati pag.* 225. *tomo* iii. *opp. posthum. parte* ii. *edit. an.* 1658., quo loco scribit: *chalcedonensis synodi can.* xi. *proditum esse, a commendatitiis litteris, sive* συστατικοῖς (pacifica, mo) εἰρηνικὰς *separari modico intervallo, quasi hae scilicet tantum dentur humilioribus, illae honestioribus* τοῖς οὖσιν ἐν ὑπολήψει, *qui sont en reputation*: cumque Gabriele Albaspinaeo episcopo aurelianensi *de veteribus eccl. ritib. etc. edit. helmst. an.* 1672. *not. in quosdam canones concilior. Asiae, synod. chalc. can.* xi. *pag.* 366., sed etiam cum veteribus canonum interpretibus, ut cum Dionysio Exiguo, qui extremo ipse v. saeculo, ineunteque vi. floruit, quique vertit: *commendatitias litteras honoratioribus solummodo concedi*, vel, ut in quibusdam aliis sine codicibus legitur, *qui bonae esse opinionis videntur.* Mitto isidorianam veterem versionem, in qua τὸ τοῖς οὖσιν ἐν ὑπολήψει latine sic effertur; *qui sunt honoratiores*, vel *qui in opinione sunt clariore*, vel, ut est in quibusdam codicibus, *qui in opere sunt clariores. Apud Harduin. tom.* ii. *concilior. edit. paris. an.* 1714. *pag.* 605. *et* 606. Praeterea etiam Reginonis *lib.* i. *de ecclesiasticis disciplinis cap.* cccclxxviii. *pag.* 192. *edit. Baluzii paris. anni* 1671. Iam τῆς ὑπολήψεως vocabulum *bonam existimationem* significare Aristotelis, et Polybii, et Iustiniani Augusti auctoritate ostendit *loco modo indicato* Albaspinaeus. Atque ad eam rem illustrandam plurimum quidem confert epistola Valentiniani, et Marciani Augustorum, iii. p. synod. chalced. concilii *cap.* ix. *pag.* 676. *tom.* ii. *concilior. edit. Hard.*, quo loco sic habetur: Οὐδέ ποτε δόξα τῷ θανάτῳ τῶν ἐνδόξων ἀπόλλυται, οὐδὲ συναποθνήσκουσι τοῖς τελευτᾶσιν αἱ ἀρεταί. Μᾶλλον δὲ τῶν ἀγαθῶν ἡ ΥΠΟΛΗΨΙΣ τῇ τελευτῇ, ἐπειδήπερ ἅπας ὁ κατὰ τῶν τελευτώντων ἐκποδὼν γίνεται

Digitized by Google

in (1) *commendatitiarum, dimissoriarumque* censum referri posse

φθόνος. „ Nunquam gloria morte gloriosorum dissol- „ vitur, neque commoriuntur iis morientibus eorum „ virtutes. Immo etiam bonorum existimatio morte „ eorum augetur; nam omnis adversus mortuos eva- „ nescit invidia „. Praetermitto loca veterum cetera, quibus rem confirmant Henricus Stephanus in thesauro graecae linguae ad v. ὑπόληψις, et Cangius *in glossar. med. et infimae graecitatis, ad eamdem vocem pagina* 1645. *edit. paris. an.* 1688. Clericos autem synodi potissimum *honoratiorum* indicabant nomine, eosque in primis, qui in maiore existimatione erant. Consule synodum matisconensem *an.* 581. *habitam canon.* xi. *pag.* 452. *tom.* III. *concilior. edit. paris. ann.* 1714. Quamquam eamdem vocem ad laicos ipsos dignitate, aut virtutis caussa illustres, non est cur saepe accommodatam fuisse negem. Canonis igitur xi. chalcedonensis haec est, mea quidem sententia, ratio: litteras pacificas, seu communicatorias, iis qui neque in clero essent, neque aliquo nomine in honestioribus numerarentur, quique iter instituerent, concedi oportere commendatitias vero, non oportere. Nam has personarum fuisse, ac dignitatis; cum ii, quibus hae datae fuissent, lautior ab ecclesia excipi aliquo solerent. *Pacificarum* vero, litterarum nomine canon *communicatorias*, seu *ecclesiasticas* indicat, quibus significabatur, hominem, qui eas impetravisset, dimissum ab suo episcopo in pace, communioneque ecclesiae fuisse: quare neque communione esse, neque hospitio excludendum, quo excipi *fideles* ceteri consuevissent. De dimissoriis mox agam. Interea hoc monebo: ab synodo chalcedonensi commendatitias litteras ab *irenicis*, seu *pacificis* distingui, non quo *commendatitiae omnes pacificae, communicatoriaeque* non essent, sed quo *pacificae communicatoriaeque* essent perplures, quae in *commendatitiis* numerandae non viderentur, cuiusmodi erant eae de quibus *pag.* 174. *not.* 1. *hui. vol.* demonstratum est. Atque *commendatitias* dici etiam *communicatorias* posse, ex canone XXXIII. apostolico intelligitur *pag.* 17. et 18. *t.* I. *concilior. edit. Hard. paris. an.* 1714., quo quidem canone cavetur, ne quis episcoporum, clericorum etc. ἄνευ συστατικῶν *sine commendatitiis* recipiatur, ut si iis caruerit, quae ad vitam sunt necessaria obtineat, sed εἰς κοινωνίαν *in communionem* ne admittatur. Quod si *communicatoriae* non erant, qui demum eas adferentes in *communionem* fuissent admittendi? Quid? Si canone XIII. synodi eiusdem chalcedonensis *act.* XV. *p.* 67. *tom.* II. *concilior. edit. paris. Hard. an.* 1714. statutum sit, Ξένους κληρικοὺς, καὶ ἀναγνώστας (legerem ἀγνωρίστους, vel ἀγνώστους) ἐν ἑτέρᾳ πόλει δίχα συστατικῶν γραμμάτων τοῦ ἰδίου ἐπισκόπου μηδ' ὅλως μηδαμοῦ λειτουργεῖν: *peregrinos clericos, et lectores (legerem, et ignotos) in alia urbe sine commendatitiis litteris episcopi sui nullo penitus modo ministrare*? Cur autem ἀγνωρίστους, vel ἀγνώστους *ignotos*, non ἀναγνώστας *lectores* scriptum a patribus fuisse putem, explicabo brevi. Principio facile librariorum imperitia, oscitantiave τὸ ἀγνώστους in τὸ ἀναγνώστας converti potuit. Deinde qui nexus horum verborum est? κληρικοὺς, καὶ ἀναγνώστας. *Clericos, et lectores*. An qui *lector* est, idem non est *clericus*? Est quidem certe. Cur igitur synodus *clericos*, et *lectores* diceret, quasi *lectores* numerare in *clericis* non liceret? An non haec multo magis cohaerent, *clericos*, eosque praesertim *ignotos*, qui *commendatitiis* careant, *admitti ad sacrum ministerium* non oportere? Hinc Zonaras ad canonem XIII. *apostolicum, commendatitias ignotis* ἀγνώστοις etiam dari solitas fuisse scribit. Redeo ad institutum. Itaque si *qui commendatitias* impetrassent, ad sacrum ministerium (quod *communionis* iudicium manifestum erat) admitti poterant; cur, obsecro, *commendatitiae* litterae in *communicatoriis* numerari non poterant? Erant igitur *commendatitiae* litterae etiam *communicatoriae*, et *pacificae* quoque, seu indices pacis, qua in ecclesia gaudebant ii, quibus dabantur; *dimissoriae* tamen non semper erant. Animadverte autem, quod de voce ἀγνώστους *ignotos*, in ἀναγνώστας *lectores* imperitia librariorum conversa ad *can.* XIII. *chalcedon.* dixi, id fuisse a Cuiacio multo ante me adnotatum *in lib.* III. *decret. tit.* II. *cap. fraternitati p.* 225. *tom.* III. *opp. posthumor. edit. paris. an.* 1658. Sed quod Cuiacius, et nos coniectura, quamvis satis gravi, ducti scripsimus, id sibi uti certum Suicerus sumsit *in thesauro ecclesiast. ad v.* συστατικός *pag.* 1194. *edit. amstelod. ann.* 1728, canonemque sic extulit κληρικοὺς, καὶ ἀγνώστους, *clericos, et ignotos*. Vere fortasse, sed certe confidenter. Nam etsi tibi dicere, quid de monumentis antiquis sentias, licet; textus tamen tuo arbitratu immutare, secusque exhibere ac ab ceteris omnibus exhibiti fuerint hactenus, exhiberique pergunt, non licet.

(1) *Dimissorias a commendatitiis* distinguit item Sirmondus ad *Sidonii* Apollinaris *lib.* VI. *epist.* VIII. *pagina* 1005. Huic assentitur Carolus Annibal Fabrotus in notis ad Theodori Balsamonis *constitut. ecclesiastic. collectionem lib.* III. *tit.* I. *pag.* 1415. *tom.* II. *biblioth. canonicae Iustelli edit. paris. ann.* 1661. Fabrotum sequitur Suicerus *in thesauro eccl. ad v.* ἀπολυτικός *tom.* I. *pag.* 463. *edit. sup. indic.* Ab his autem non discrepat Guilielmus Beveregius *ad can.* XI. *synodi chalced. tom.* II. *pandectar. canon. pag.* 116. 117. *edit. oxon. ann.* 1672. Atque hi fere eo nomine *dimissorias* a *commendatitiis* discernunt, quod illae ad eos clericos pertinerent, qui in aliam se dioecesim conferrent, ut in ea perpetuo manerent, eique addicerentur, cuiusmodi sunt eae, quas s. Paulinus nolanus *epist.* XIV. *al.* XXI.

Digitized by Google

viderentur (1). At quas *communicatorias*, easdem *pacificas* licebat dicere. Pacem enim ecclesiae (2) aut ereptam numquam, aut restitutam significabant iis, quibus concedebantur (3). Iam vero quibus pax ecclesiae aut numquam negata, aut si negata olim, restituta deinceps erat, iisdem existimabatur sacrorum aut concessa semper, aut restituta communio (4).

Commendatitiae autem, seu, ut graeci vocant, *συστατικαὶ* epis-

ad *Amandum tom. II. pag.* 64. *seq. edit. opp. venetae ann.* 1736., aliosque, quos post memorabimus: *commendatitiae* vero iis concessi solerent, qui ad tempus migrarent, puta si privati alicuius, vel publici negocii caussa abfuturi a propria paroecia, seu dioecesi essent. Sed quoniam in ἀπολυτικοῖς, seu *dimissoriis* saepe commendationis nihil extabat, factum inde est, ut ἀπολυτικαὶ seu *dimissoriae* ipsae *commendatitiae* etiam vocarentur; non tamen contra ita, ut iis, quae solum *commendatitiae* essent, attribueretur *dimissoriarum*, vel iis, quae solum *dimissoriae*, imponeretur *commendatitiarum* nomen. Qua de re consulitor Sirmondus *ibid.* Ac *dimissoriis* interdum haesisse, ob eam caussam, *commendatitiarum* vocabulum, ex epistolis formatis intelligitur, quas Rengembertus vercellensis ad Andream mediolanensem pro Walfredo, apud *Mabillon. musaei italici tom.* I. *pag.* 240. *edit. paris. an.* 1724., quasque ad Bernaltum argentoriensem episcopum, Wolfeon constantiensis pro Annone clerico, apud *Sirmond. loco indicato, et tom.* V. *concilior. edit. Hard. parisiens. an.* 1714. *pag.* 1405., et Ebroinus bituricensis ad Magnonem senonensem pro Dodoberto presbytero, tomo eod. *concilior. pag.* 1454., et Liutadis vinciensis ad Wenelonem rotomagensem pro Vulfado diacono *ibid. pag.* 1458., et Aeneas parisiensis ad Hincmarum remensem pro Bernone acolytho *ibid. pag.* 1459. scripsere, easque ceteris, quae describuntur *ibid. pag.* 1460. *seqq.*, et apud Reginonem *lib.* I. *de ecclesiastic. disciplinis cap.* CCCLXXVIII. *seq. pag.* 196. *seq. editionis Baluzii paris. an.* 1671., et apud Anselmum *lib.* VI. *cap.* CLXI., et Burchardum *libro* II. *cap.* CCXXVII., et Ivonem *par.* VI. *cap.* CCCCXXIV. *seqq. Commendatitiae* autem non *dimissoriae* sunt eae, quas s. Basilius pro Cyriaco presbytero ad Eusebium dedit *epist.* CCLXXI. *al.* XI. *pag.* 417. *tom.* III. *opp. edit. paris. an.* 1730. *et exemplum* συστατικῆς, quod extat in extremo graecorum Euchologio *edit. Goarii venetae an.* 1730. *pag.* 735., et formatarum *Teutgardi archiepiscopi trevirensis ad episcopos et alios universos pro Egilone presbytero ad sanctorum loca peregrinante tom.* V. *conciliorum edit. paris. Hard. an.* 1714., et Iob. cameracensis *ad omnes episcopos pro Reginone presbytero ibid. p.* 1457. etc.; *dimissoriae* denique non commendatitiae dici possunt eae, quas describit Mabillonius *tom.* I. *musaei italici p.* 241. *num.* III. *et pag.* 242. *num.* IV.

(1) Nam quae ab episcopis ad alios episcopos communionis mutuae suae aut confirmandae, aut indicandae caussa scribebantur, neque dimissoriae dici, neque commendatitiae poterant. Cuius generis eas fuisse liquet, quas patres synodi antiochenae tertio saeculo ab episcopis petierant communionis ecclesiasticae cum Domno antistite antiochenorum testes. Qua de re *p.* 174. *hui. vol. not.* 2. diximus. Eodemque pacificae litterae illae pertinent, quas Ursacius, et Valens episcopi ariani sed servientes temporibus, vafri, subdoli, cuiuslibet denique rei simulatores, et dissimulatores ad s. Athanasium alexandrinum dederunt, quaeque descriptae ab Sozomeno sunt, translataeque in extremum tertium historiae ecclesiasticae librum *pag.* 119. *edit. taurin. an.* 1747. Atque eas quidem hi scriptas ab se aiunt esse, ut Athanasius sciret, ipsos cum eo εἰρήνην ἔχειν, καὶ κοινωνίαν ἐκκλησιαστικήν *pacem habere, et communionem ecclesiasticam.* Qua ex re illud etiam existit, quas κοινωνίας *communionis*, easdem litteras εἰρήνης pacis indices fuisse. Praeterea exempla cetera, ne cui nimius fuisse in re non necessaria videar.

(2) Huiusmodi erant eae, quae a confessoribus dari consueverant, ut ex can. XXV. eliberitanae synodi an. fere 304. habitae, *tom.* I. *concilior. edit. Hard. anno* 1714. *pag.* 253., constat. Vide eiusdem synodi canon. LVIII. *pag.* 256. Confer synodi *arelat.* I. *an.* 364. *can.* VII. *t. eod. pag.* 264. Hae ipsae *pacificae* dicebantur. Consule *can.* XI. synodi chalced. quem *not.* 2. *p.* 175. *hui. vol.* descripsimus, et canon. VII. synodi antiochenae, quem attulimus *not.* 1. *pag.* 174. *hui. vol.*, Reginonem *lib.* I. *de ecclesiast. disciplinis cap.* CCCCXLV. *p.* 199. *edit. paris. anno* 1671., Burchardum *lib.* II. *cap.* CXXXVII. et Aristenum ad *can.* XI. synodi chalced. apud Beveregium *tom.* I. *pandectar. canonum etc. pag.* 126. *edit. oxon. an.* 1672.

(3) Huc spectant litterae, quarum meminit synodus arelatensis I. *can.* IX. *pag.* 265. *tom.* I. *concilior. edit. eiusd.* Confer etiam canonem apostolicum XII. in eumque adnotationes Balsamonis, Zonarae, et Aristeni *tomo* I. *pandect. canon. Beveregii edit.* modo *indicatae pag.* 7. *seqq.* Sed longus essem si omnium hac de re testimonia persequi diligenter vellem.

(4) Id vero est ex iis monumentis, quae modo aut descripta a nobis aut indicata sunt, consequens.

Digitized by Google

tolae, et *συςατικὰ γράμματα*, hoc est *commendatitiae litterae* concedi coeperant iam usque ab apostolorum temporibus (1). Atque has quidem episcopis, sacerdotibus, ceterisque e clero dari consnesse, auctor est Aristenus ad canonem synodi sardicensis undecimum (2). Scribit vero is Aristenus hoc modo: *commendatitiae sunt clericis datae ab episcopis, qui ipsos ordinaverunt, ad alium, et commendantes sive declarantes aut ordinis gradum, quem* (clerici ipsi) *adepti sunt, aut quod rectam profitentur fidem etc.* Huius porro generis eas litteras fuisse puto, quibus lugdunensis clerus, gallique martyres Irenaeum Romam cogitantem Eleutherio pontifici commendarunt (3). Concessas praeterea clericis fuisse, qui in invidiam criminis alicnius, aut iniuste vocati fuissent; aut si iuste, resipuissent denique, ac non indignos se praebnissent, qui episcopis aliarum urbium commendarentur: neque vero clericis solum, sed etiam laicis (4), qui vel restituti paci ecclesiae, qua olim excidissent, vel etiamsi gavisi semper pace eadem fuissent, alio tamen proficisci constituissent, eguissentque commendatione, ex Balsamonis, Zonarae, et Blastaris libris intelligi videtur posse. At hi rursum *commendatitiarum* vocabulum (latiore significatione, hoc est pro litteris universim ecclesiasticis, etiamsi *communicatoriae*, seu *pacificae* solum essent, ab auctoribus can. XII. apostolici (5) acceptum) intelligi

(1) Vide quae scripsi not. 4. *pag.* 173. *huius vol.*

(2) *Pag.* 126. *tom.* I. *pandect. canon. Beverg. edit. oxon. an.* 1672. Vide *canon.* XXXII. *al.* XXXIII. *apostolicum tom.* I. *concilior. pag.* 17. *seq. edit. paris. a.* 1714., *sardicensem* IX. *ibid. pag.* 644., *chalcedonensem* XIII. *t.* I. *pandect. canon. Beveregii pag.* 129., *synod. carthag.* III. *cap.* XXVIII. *ibid. pag.* 964., et apud Ferrandum *collect. can. cap.* CLXXIV. Sed tempus me deficeret, si omnia describere diligenter vellem. Confer Albaspinaeum *loco saepe indicato pag.* 365. *seqq.*, et Priorium *de litteris canonicis* §. XX. *pag.* 65. *seqq.*

(3) Has affert Eusebius *lib.* V. *hist. eccl. cap.* IV. Vide in eumdem Eusebii locum adnotat. 6. *Henrici Valesii pag.* 184. *edit. taurin. an.* 1746., et Renati *Massuetii in Irenaei libros dissert.* II. *num.* I. *pag.* 69. *t.* II. *opp. Irenaei eiusd. edit. ven. an.* 1734., et Constantium *tom.* I. *collect. epistolarum rom. pontif. in Eleutherio* §. I. *pag.* 87. *edit. paris. an.* 1721.

(4) Honoratioribus dari debuisse, adeoque potissimum clericis, ex synodi chalced. can. XI. demonstratum est *not.* 2. *pag.* 175. *seqq. huius vol.* Nihilominus Matthaeus Blastares *syntagm. canonum, cap.* IX. apud *Carol. Labbaeum in synopsi basilicor. pag.* 2011. *edit. paris. an.* 1609. Δίδονται, inquit, καὶ τοῖς λαϊκοῖς ὑποβληθεῖσιν ἀφορισμῷ, καὶ πρὸς ἀλλοδαπὴν ἀπάραι τούτους, δεήσαντας συνιςῶσαι τῷ ταύτης ἐπισκόπῳ, ὡς τοῦ δεσμοῦ τῶν ἐπιτιμίων ἤδη λέλυνται.„ Dentur quoque laicis a com„ munione separatis ad exteros pergentibus, quibus „ episcopo commendantur, testenturque a poenarum „ vinculis solutos esse „. Quam haec sint vera ipse viderit. At si commendatitiae laicis dabantur, non hominibus minimi pretii dabantur; sed iis, quibus singularis quidem esset adhibendus honos, adeoque cura maiore, lautiusque erant excipiendi. Qua de re consulendus rursum est Albaspinaeus eo, quem saepe indicavimus, in canonem XI. synodi chalcedonensis, loco.

(5) Iam presbyteris, ceterisque ex clero, qui pie, integreque vixissent, nec vocati a quoquam in criminis ullius suspicionem, invidiamque fuissent, dari eas ad episcopos consuesse, ex *συςατικῇ commendatitia* quoque s. Basilii pro Cyriaco presbytero ab Eusebium episcopum samosatensem *epist.* CCLXXI. *al.* 21. *tom.* III.

Digitized by Google

oportere, putarunt, pressius, converteruntqne ita, ut apud ipsos unas proprie sic appellatas, *commendatitias* litteras indicare videatur, quas (1) nonnisi honoratioribus, in primisqne *clericis* concedi solitas fuisse ostendimus. Litteris, latiore saltem illa significatione, *commendatitiis*, cum frustratus Marcion fuisset a patre, qui tunc episcopus sinopensis erat, recipi a romano clero in communionem sacrorum non potuit, Epiphanio episcopo salaminiorum teste. Narrat is, Marcionem ob vitium virgini illatum prohibitum a patre sacris, Romam ad Hyginum pontificem (cuius maximam in ecclesia auctoritatem cognorat esse) spe recuperandae pacis fuisse profectum. Eo cum pervenisset, Hyginumque accepisset supremum obiisse diem, presbyteros convenisse, rogasseque, ut ne se tamdiu in squalore, ac sordibus iacere paterentur. Negasse illos. Quaereuti autem, quamobrem supplicem, factique poenitentem repellerent, respondisse: *nobis iniussu venerandi patris tui facere istud non licet. Una siquidem fides est, et animorum una consensio, neque contra spectatissimum collegam patrem tuum moliri quidpiam possumus* (2). Quae sane omnis eo spectat responsio ut demonstret, sine *commendatitiis*, quas a patre episcopo concedi *ascetae filio* (3) oportuisset, aut saltem sine *communicatoriis*, *pacificisque* simplicibns (4)

opp. pag. 447. *edit. paris. an.* 1730. constat. Laicis item honoratioribus, qui in invidiam vocati essent, concessas fuisse, ex Basilii eiusdem *epist.* CXI. *al.* CCLXXVI. *pag.* 203. *tomo eod.* facile intelligitur. De clericis, qui aut peccassent revera, aut in peccati suspicionem incidissent, deque laicis, vide quae scribunt Balsamon ad *can.* XI. *synodi chalced.*, et Zonaras *ad eumdem canon. pag.* 125. *tom.* I. *synodici* beveregiani, *seu pandectar. canon. edit. oxon. an.* 1672., et Matthaeus *Blastares syntagm. canon. cap.* IX. *apud. Carolum Labbeum syntagm. in synopsin basilicon pag.* 201. *edit. paris. an.* 1606. Hi autem canone XII. apostolico citantur *tom.* I. *pandect. can. Beveregii edit. oxon. pag.* 70., qui canon sic habet: Εἴ τις κληρικὸς, ἢ λαϊκος ἀφωρισμένος, ἤτοι ἄδεκτος ἀπελθὼν, ἐν ἑτέρᾳ πόλει δεχθῇ ἄνευ γραμμάτων συςατικῶν, ἀφοριζέσθω καὶ ὁ δεξάμενος, καὶ ὁ δεχθείς. *Si quis clericus, vel laicus segregatus, sive non recipiendus discedens, in altera urbe receptus fuerit sine litteris commendatitiis, segregetur, et qui excepit, et qui exceptus est.* Sed quis non cernat, latiore significatione de litteris quibuslibet *communicatoriis* intelligi hic oportere τῶν συςατικῶν, seu *commendatitiarum* vocabulum?

(1) Vide notationem superiorem.

(2) Epiphanius *haeresi* XLII. *num.* II. *pag.* 303. *tomo* I. *opp. edit. paris. Petavii an.* 1622. Οὐ δυνάμεθα ἄνευ τῆς ἐπιτροπῆς τοῦ τιμίου πατρός σου τοῦτο ποιῆσαι· μία γάρ ἐςιν ἡ πίςις, καὶ μία ἡ ὁμόνοια, καὶ οὐ δυνάμεθα ἐναντιωθῆναι τῷ καλῷ συλλειτουργῷ, πατρὶ δὲ σῷ.

(3) Epiphanius *ibid. num.* 1. *pag.* 302. Castitatem initio praesetulisse Marcionem, ac solitariam fere egisse vitam, testatur. Confer Iosephi Augustini Orsii S. R. E. card. viri maximi et magistri mei *dissertat. historicam de capitalium criminum absolutione cap.* IV. *num.* III. *pag.* 37. *seqq. edit. mediol. an.* 1730. Clericum etiam Marcionem fuisse putat Petavius in *notis ad haeres.* XLII. *pag.* 77. *tom.* II. *Epiphanii.*

(4) De *formatis*, hoc est *communicatoriis*, *pacificisque* litteris, quibus Marcion munitus a patre non fuerat, actum hic a romano clero fuisse, animadvertit Franciscus Dominicus Bencinius in *dissert.* II. *de encyclicis litteris ab apostolico aevo ad concilium nicaenum generale* I. *cap.* II. §. III. *num.* IV. *pag.* 46. *edit. Augustae taurinor. an.* 1730.

Digitized by Google

litteris, recipi Marcionem a romano clero in communionem rite non potuisse. Commendatitiarum epistolarum exempla qui volet, is Venantium Fortunatum *libro* v. (1) *et* x. consulat.

Pacificas, sive εἰρηνικὰς epistolas veteres appellabant eas, quae aut lapsis post exactam poenitentiam alio proficiscentibus, aut iis, qui pacem ecclesiasticam a confessoribus ante expletam poenitentiam obtinuissent, concedebantur (2); ut ne quid ipsis maculae inesse quisquam existimaret, neve aditu, congressuque orthodoxorum prohiberentur: aut iis dabantur, qui calumnia in suspicionem erroris, aut sceleris alicuius vocati essent, quamobrem exturbandi viderentur ex piorum coetu. Huiusmodi autem fuerunt eae, quas cataphrygae a Victore pontifice nihil suspicante mali extorserant (3). Qua de re actum a Tertulliano est

(1) *Poem. lib.* xix. *et lib.* x. *poem.* xix. Videat item Desiderium cadurcensem *epist.* xvi., Ruricium *lib.* ii. *epist.* vii. viii. xi. xxiii. lii., Lupum ferrariensem *epistol.* ci. cii., cvi. cvii., Alcuinum *epist.* li. *et* lxxxii. Confer formulas veteres *cap.* xii. apud Bignonium, et apud Pithoeum in *glossar. ad Iulianum antecessorem.* Fit praeterea mentio commendatitiarum non modo in *can.* ix. concilii sardicensis, sed etiam in synodo constantinopoli habita sub Menna *an.* 536. *act.* i. *pag.* 1202. *tomo* ii. *concil. edit. Hard. paris. an.* 1714., in agathensi *an.* 506. *can.* xxxviii. *pag.* 1002. *tomo eod. concilior.* in andegav. *cap.* i., venetico *can.* v., remensi *can.* xix. francofordiensi *cap.* xxvii., turonensi *cap.* xiii., parisiensi vi. *lib.* i. *cap.* xxxiv. inque aliis monumentis, quae in glossario mediae, et infimae latinitatis ad v. *commendatitiae* afferuntur a Cangio.

(2) Huiusmodi erant, quas memorat synodus arelatensis prior *cap.* ix. *tom.* i. *conciliorum edit. paris. Hard. pag.* 266., sic autem is canon habet: *De his, qui confessorum litteras afferunt, placuit, ut sublatis eis litteris accipiant communicatorias.* Eaedem namque communicatoriae, atque pacificae erant. Nam *confessores* lapsis *pacem*, scripto libello, dari petebant. Vide s. Cypriani *epist.* xv. *ad martyras al.* xi. *p.* 33. *edit. oxon. anno* 1682. Ea res cum sine delectu fieret, maximo esse damno ecclesiae coeperat. Quocirca sanctus ille graviter queritur *epist.* xix. *al.* xiv. ad presbyteros, et diaconos *pag.* 41. *seq.*, et *epist.* xx. *al.* xv. *ad clerum roman. pag.* 43. Id abusionis genus sublaturum concilium arelatense, statuit, ut libelli illi pacis a martyribus dati supprimerentur, epistolaeque pacificae, hoc est communicatoriae iis, qui libellos a martyribus ipsis impetrassent, ab episcopo concederentur. Ita quidem magnus Baronius *ad an.* 30. *num.* xlviii. et *ad an.* 314. *num.* xxv., Ferd. Mendoza in *adn. ad illiber.* xxv. *canon. tom.* i. *concil. pag.* 973. *edit. paris. an.* 1671., et Franc. Bernard. Ferrarius *de litt. canonicis l.* i. *c.* vii. *pag.* 44. *edit. med. an.* 1613. censuerant. Contra de libellis pacis a martyribus datis intelligi canonem eumdem oportere negat Albaspinaeus ad *can.* xxv. *synodi eliberit. in opere supra indicato pag.* 306. Huic assentitur Bingamus *lib.* ii. *cap.* iv. §. v. *pag.* 107. *originum ecclesiasticarum tom.* i. *edit. halensis an.* 1724. Uterque autem de litteris eum *communicatoriis* intelligunt, quas peregrinaturi non ab episcopis, quibus unice earum concedendarum ius erat, sed a confessoribus, quorum esset illustre nomen, ob victoriam adversus religionis inimicos partam, petebant. Ego vero non video, quid impedierit, quin aliqui non petitis ab episcopo litteris communicatoriis, libellos pacis a martyribus olim impetratos circumferrent, horumque causa non hospitio solum, sed etiam sacrorum communione ubique gauderent; idque demum episcopi, qui ius suum laedi aegre ferebant, quique simplicibus imponi nolebant, ut antea synodi eliberitanae, sic postea hoc synodi arelatensis decreto sustulerint. Habet autem canon eliberitanus xxv. hoc modo, (*tom.* i. *conciliorum edit. paris. Harduini an.* 1714. *pag.* 253.): *Omnis, qui attulerit litteras confessionis sublato nomine confessoris, eo quod omnes sub hac nominis gloria passim concutiant simplices, communicatoriae ei dandae sunt litterae.*

(3) Non a Victore, sed ab Eleutherio montanistas extorsisse hasce litteras putant Valesius *in adnotat. ad cap.* iii. *lib.* v. *hist. ecclesiasticae Eusebii*, Massuetius *dissertat.* ii. *in Irenaei libros num.* viii. aliique, quos recensere longum esset. Contra Tillemontius *tomo* ii. *monum. hist. ecclesiasticae in montan. not.* 4. veretur, ne id ei de Eleutherio dicat, errasse videatur. In Victorem autem haec omnino cadere censet Constantius *in Eleutherio pag.* 87. §. ii. *num.* 2. *tom.* i. *epistolar. romanor. pontific. edit. paris. an.* 1721.

Digitized by Google

in eo, quem adversus Praxeam perscripsit, libro (1). Atque eo quidem cataphrygae iis sese litteris muniendos putaverant, quo plane scirent, tantam in ecclesia universa romani antistitis auctoritatem esse, ut negari a nemine pax usquam gentium iis posset, qui sibi Romae vel non negatam ecclesiae pacem, vel restitutam fuisse ostenderent. Nisi enim ita sese res habuisset, numquam illi suos ex media Asia pacem petitum Romam misissent. Quae quidem *pacificae* litterae *communicatoriae* etiam, hoc est κοινωνικαὶ, ut antea vidimus (2), vocabantur, concedebanturque non lapsis solum post expletam poenitentiam ad communionem acceptis, orthodoxisque ceteris in alias urbes, religionis gratia profecturis, ut ne sacrorum communione fraudarentur; sed etiam ab episcopis ad alios episcopos, in primisque ad pontificem mittebantur vel ineundae, vel declarandae, vel confirmandae communionis suae, societatisque mutuae caussa (3). Cuius sane generis eas fuisse putandum est, quibus se iunctos apostolicae sedi societate communionis esse, Optatus (4), et Augustinus adversus donatistas disputantes gloriabantur (5).

(1) Tertullianus *lib.* adversus Praxeam *cap.* I. *pagina* 501. *edit. opp. venetae an.* 1744. de Praxea ipso disserens „ idem, *inquit*, tunc episcopum romanum „ agnoscentem iam prophetias Montani, Priscae, Ma„ ximillae, et ex agnitione pacem ecclesiis Asiae, et „ Phrygiae inferentem, falsa de ipsis prophetis, et ec„ clesiis eorum adseverando, et praecessorum eius auc„ toritates defendendo, coegit et LITTERAS PACIS revo„ care iam emissas etc. „ Confer Baronium ad a. CLXXIII. num. III. et IV., Tillemontium *loco indic.*, Philippum Priorium *de litteris canonicis* §. XXII. *pagina* 70. *edit. anni* 1675., et Franciscum Dominicum Bencinium *dissert.* II. *de litteris encyclicis* IV. §. IV. *num.* V. *pag.* 146. *edit. taurin. an.* 1730. Sed is in indicando pontifice turpiter labitur. Anicetum enim putat fuisse, quem modo *praecessorem*, modo *successorem* fuisse Soteris scribit, quae plenae sunt confusionis, et anachronismorum. Soterem autem Aniceto successisse, quis nesciat?

(2) Not. I. *pag.* 176. *huius vol.*

(3) Vide not. I. *pag.* 174. *huius vol.*

(4) *Optatus pag.* 159. *segg. huius vol.*

(5) Epist. XLIII. *al.* CLXII. *pag.* 59. *tom.* II. *edit. antuerp. an.* 1700. „ Factum est ut ad nonnullos do„ natistarum primarios scriberemus, non communica„ torias litteras, quas iam olim propter suam perver„ sitatem ab unitate catholica, quae toto orbe diffusa „ est, non accipiunt; sed tales privatas, qualibus no„ bis uti etiam ad paganos licet „. Hinc liquet, privatas epistolas a *communicatoriis* indiciis mutuae communionis episcoporum fuisse distinctas. Easdem *epistolas* LXIV. *cap.* IV. *num.* 3. *pag.* 77. Augustinus *formatas* vocat. De hisce litteris ad romanum episcopum scribi solitis idem agit lib. III. *contra Cresconium cap.* XXXIV. *p.* 309. *t.* IX. *opp. edit. an.* 1700., quo loco refellens donatistam „ Carthaginis, *inquit*, episcopo, romano praeter„ misso, numquam orientalis ecclesia scribebat „. Quae sane verba explicans Albaspinaeus episcopus aurelianensis in *adnot.* ad Optati II. *librum cap.* III. *pag.* 32. *edit. operum Optati antuerp. an.* 1702. *not.* 39. „ Illud litte„ rarum commercium, *inquit*, poterat frequentari in„ ter ceteros episcopos. Nam carthaginiensis episcopus „ poterat formatam dirigere, et scribere ad Caesareae „ episcopum, sed praetermisso episcopo romano, non „ poterat: hoc est ab episcopo romano debuerat di„ scere, antequam scriberet, qui esset legitimus Cae„ sareae episcopus, et tum demum ad eum scribere. „ Deinde non erat necesse, ut episcopi mutuas sibi „ litteras scriberent, ut communio inter eos celebra„ retur. Nam cum omnes cum summo pontifice com„ municarent, per illam communionem omnes etiam „ inter se communicabant „. Formatarum autem (quas aut scribebant, aut scribere in toto posse ad pontificem norant episcopi) praesidio coniunctos se sedi Petri, hoc est centro unitatis, *in qua semper apostolicae cathedrae viguit principatus* (*August. epist.* XLIII. *al.* CLXII. *cap.* III. *num.* VII. *pag.* 69. *tom.* II. *opp. edit. eiusd.*)

Dimissorias, seu ἀπολυτικὰς epistolas clericos ab episcopis, episcopos a metropolitis, metropolitas a patriarchis, aiunt (1), petere fuisse solitos, ut cum iter aut Romam, aut Constantinopolim, aut alio instituturi essent, ostenderent dimissos sese in pace ecclesiae fuisse, nihilque propterea fuisse caussae, quamobrem sacra celebrare prohiberentur. Atque haec τῶν ἀπολυτικῶν minus propria significatio est. Proprie namque *dimissoriae* dicebantur, quae clericis concedi consueverant ad aliam ecclesiam, ut ei addicerentur, transeuntibus (2). Huiusmodi epistolarum exempla apud Sirmondum, Mabillonium, aliosque (3) veterum monumentorum collectores extant. Sed a multo pluribus scriptoribus temporum superiorum earumdem est facta mentio (4). Qua ex re intelligitur, litteras, quas Rufini aquileiensis doctrinae socii a Siricio pontifice maximo acceperant, *communicatorias* solum, aut etiam si placet, *commendatitias* fuisse; *dimissorias* certe non fuisse, si loqui accurate velimus. De quibus quidem litteris, sic est apud Hieronymum xvi. epist. ad Principiam (5): « cernentes haeretici » (hoc est ii, quibus *Origenis de principiis liber latine a Rufino redditus placuerat*) « de parva scintilla maxima incendia concitari, et suppositam dudum flammam iam ad culmina pervenisse, petunt, et impetrant (*a Siricio*) (6) ec-

adeoque ecclesiae catholicae esse gloriabantur. Huius generis fuisse litteras intelligo, quas episcopi macedoniani errorem Arii damnantes, seseque resipuisse affirmantes, nicenaeque fidei subscribentes, ad Liberium pontificem dederunt, quasque ille *initio admittere recusavit, sed ubi agnovit, veritatem ab iis, qui scripsissent, agnitam*, admisit, ut est auctor Socrates *in* iv. *hist. ecclesiasticae libro cap.* xii. *p.* 190. *edit. taurinensis a.* 1747.

(1) Zonaras ad canonem xi. chalcedonensis concilii *tom.* i. *pandectarum canonum Beveregii edit. oxon. an.* 1672. *pag.* 125. de ἀπολυτικοῖς *dimissoriis* agens, „ Cuius generis, *inquit*, eae sunt, quae episcopis a metropolitanis, quibus subiecti sunt, et metropolitanis „ a patriarchis, a quibus assignantur, dari solent, cum „ ad imperatorem necessaria de caussa mittuntur, et „ quales sunt illae, quae clericis quoque ab episcopis „ suis, in aliam urbem migrare, ecclesiaeque, quae „ ibi est, clero adscribi velint, traduntur„. Eodem fere recidunt, quae scribit Balsamon ad eumd. canon. *ibid.*

(2) Synodus trullana, quae alioquin ab ecclesia romana recepta non est, dimissoriarum tamen notionem exhibet *can.* xvii. *apud Beveregium tom. eod p.* 176. Habet enim hoc modo: „ Quoniam diversam ecclesiam „ clerici, propriis, in quibus sunt ordinati, relictis ecclesiis, ad alios episcopos se contulerunt, et sine proprii „ episcopi sententia, in alienis ecclesiis constituti sunt, „ et ex eo ipsos reddi insolentes evenit, statuimus, ut „ a praesenti mense ianuario praeteritae quartae indictionis, nullus omnino clericus in quocumque sit „ gradu, potestatem habeat sine proprii episcopi „ ἀπολυτικῆς ἐγγράφου *scripta dimissoria* in alienae ecclesiae catalogum referri. Qui enim a praesenti nunc tempore hoc non servat, sed quod in se „ est, eum, qui illi manus imposuit, dedecore afficit, „ deponatur et ipse, et qui eum praeter rationem „ suscepit „.

(3) Vide supra *pag.* 177. *seq. not.* i. *huius vol.*

(4) Confer *not.* 177. *seq. pag.* i. *huius vol.*

(5) Epist. cvi. *al.* xvi. *tom.* iv. *opp. edit. paris. Martianaei an.* 1706. *pag.* 782.

(6) Confer Baronium *ad an.* 397. *num.* xxi. *seqq.*, Tillemontium *tom.* x. *in Siricio art.* x. *monument. hist. eccl.*, Constantium *in Siric. tom.* i. *epistolar. romanor. pontificum pag.* 705. §. xii. *edit. paris. an.* 1721.

Digitized by Google

» clesiasticas epistolas, ut COMMUNICATORES ecclesiae (*ex urbe*) » DISCESSISSE viderentur ».

Scilicet noverant Rufinus, quique ei coninncti societate doctrinae erant, *communicatores ecclesiae* haberi eos oportere, qui dimissi Roma sint, in Petri cathedrae, sive in apostolicae sedis pace (1).

Atque cathedrae Petri caussa, quae centrum unitatis ecclesiasticae est, in *formatis* poni *Petri* nomen consuesse constat. Id vero factum synodi nicaenae primae non canone (2), sed peculiari quodam statuto: rationemque deinceps *canonicarum*, hoc est *formatarum* epistolarum ab Attico, qui anno 406. constantinopolitano episcopatu potitus fuit, praescriptam ferunt. Qua de re omni haec *tom.* v. *conciliorum editionis parisiensis an.* 1714. leguntur (3): *Atticus episcopus: qualiter formata epistola fiat. Graeca elementa litterarum numeros etiam exprimere, nullus qui vel tenuiter graeci sermonis notitiam habet, ignorat. Ne igitur in faciendis epistolis canonicis, quas mos latinus formatas appellat, aliqua fraus falsitatis temere praesumeretur, hoc a patribus* CCCXVIII. *Nicaeam congregatis et saluberrime inventum est, et constitutum, ut formatae epistolae hanc calculationis, seu supputationis habeant rationem, id est ut assumantur in supputationem prima graeca elementa Patris, et Filii, et Spiritus sancti, hoc est* Π. Υ. Α. *quae elementa octogenarium et quadrigentesimum et primum significant numerum. Petri quoque apostoli prima littera, idest* Π *quae numerum octoginta significat. Eius quoque, qui scribit, episcopi prima littera; cui scribitur secunda; accipientis tertia; civitatis, de qua scribitur, quarta; et indictionis, quaecumque est id temporis, idem qui fuerit numerus assumatur: atque ita his omnibus graecis litteris, quae ut diximus, numeros exprimunt, in unum ductis, unam, quaecumque collecta fuerit, summam epistola teneat. Hanc qui su-*

(1) Plena est huiusmodi exemplorum historia. Vide Hieronymi locum *pag.* 165. *seq.* *huiusce vol.* et Basilii caesariensis epistolam ad Damasum *tom.* I. *epistolar. romanor. pontificum pag.* 474. *seqq. edit. paris.* Coustantii *an.* 1721., et quae de cura obtinendarum litterarum canonicarum, seu formatarum a Flaviano antiocheno adhibita, post Sozomenum, Bonifacium I. p. m. alioque scriptores cum veteres tum recentiores animadvertit idem Coustantius *in Siricio pag.* 706. *seq.* §. XIII. et XIV.

(2) Vide Priorium *loc. indic.* §. XXIII. *pag.* 79. *seqq.* et §. XXVII. *seqq. pag.* 119. *seqq.*

(3) *Pag.* 1453. eadem formula extat apud Papiam a Carolo Labbeo loco supra indic. emendatam: apud Reginonem *l.* 6. apud Gratianum initio *distinct.* 74.; apud Priorium *ibid.* aliosque, quos numerare longum esset.

scipit, omni cum cautela requirat expresse. Addat praeterea separatim in epistola nonagenarium, et nonum numerum, qui secundum graeca elementa significat ΑΜΗΝ. Etsi autem multa impediant, quin hanc conscribendarum formatarum rationem ab Attico fuisse editam putem; antiquam tamen esse, ex earum formatarum exemplis, quae in collectionibus conciliorum (1) aliorumque veterum monumentorum (2) extant, plane perspicitur. Nomina *civitatis*, et *episcopi* plumbo incisa *formatis litteris* aliquando imprimi consuesse, synodi cabillonensis canon XLI. demonstrat (3). Synodus carthaginensis (4) non *indictionis*, ut est in ea, quae Attici dicitur, regula; sed *diei paschatis* in formatis notari solitae meminit. Ac de *formatis* quidem epistolis, quibus ecclesiae quaeque cathedrae Petri societate (5) communionis sese coniungi gloriabantur, ut palmites viti, utque radici rami, satis dictum est.

§. X.

Per Petrum, adeoque per successores Petri, *datae a Christo episcopis fuerunt caelestium honorum claves.*

Est haec Gregorii nysseni, Basilii magni fratris, sententia. Nam in eo libro, quem *adversus* illos perscripsit, *qui aegre castigationes ferunt* (6), *Nihil falsi*, inquit, *aut mendacii scriptum est in evangeliis, neque Christi praedictio exitum fallacem habet. Per Petrum episcopis dedit clavem supercaelestium honorum.* Eodemque spectat, quod Siricius pontifex maximus ad episcopos Africae an 386. hisce verbis scripsit: *Cum in unum plurimi fratres convenissemus ad sancti apostoli Petri reliquias, per quem et apostolatus, et episcopatus in Christo coepit exordium* (7).

(1) Tom. v. *pag.* 1454. *edit. paris. Hard. an.* 1714.

(2) Vide *not.* 1. *pag.* 181. *huius vol. et not.* 2. *pag.* 177. *seq.*

(3) Ann. 813. *tom.* IV. *concilior. edit. Hard. paris. an.* 1714. *pag.* 1039.

(4) Synod. carthag. *an.* 401. *can.* VII. *tom.* I. *concil. pag.* 987. *edit. eiusd.*

(5) Vide *supra pag.* 161. *huius vol.*

(6) *Pag.* 746. *tom.* II. *opp. edit. paris. an.* 1615. Οὐδὲν ψεῦδος ἐν εὐαγγελίοις γέγραπται, οὐδὲ προῤῥήσεως τοῦ Χριστοῦ ἐσφαλμένην ἔχει τὴν ἔκβασιν· διὰ Πέτρου ἔδωκε τοῖς ἐπισκόποις τὴν κλεῖδα τῶν ἐπουρανίων. Hoc restat, ut qui recens sycophanta sibi falsum Febbronii assumsit nomen, librumque edidit, quo pontificis maximi iura pervertere conatus est, Gregorium nyssenum in assentatorum curiae romanae reponat numero.

(7) *Epist.* v. *num.* 1. *tom.* 1. *collect. epistolar. rom. pont. edit. paris. an.* 1721. *pag.* 551.

Non discrepat Innocentius I. Is epistola secunda, quae est ad Victricium rotomagensem anno 404. scripta, *Incipiamus*, inquit, *adiuvante sancto apostolo Petro, per quem et apostolatus, et episcopatus in Christo coepit exordium etc.* (1). Idem rursus epistola xxx., quae est ad patres synodi milevitanae, quaeque omnium veterum, novorumque scriptorum summa consensione celebrata est, *Diligenter, et congrue*, inquit, *apostolici consulitis honoris arcana* (*honoris inquam, illius, quem praeter illa, quae sunt extrinsecus, solicitudo manet omnium ecclesiarum*) *super anxiis rebus, quae sit tenenda sententia: antiquae scilicet regulae formam sequuti, quam toto semper ab orbe mecum nostis esse servatam. Verum haec missa facio: neque enim hoc vestram credo latere prudentiam. Quid id etiam actione firmastis, nisi scientes, quod per omnes provincias de apostolico fonte petentibus responsa semper emanent* (2)? *Praesertim quoties fidei ratio ventilatur, arbitror omnes fratres, et coepiscopos nostros nonnisi ad Petrum, id est* SUI NOMINIS, ET HONORIS AUCTOREM *referre debere, veluti nunc retulit vestra dilectio, quod per totum mundum possit ecclesiis omnibus in commune prodesse* (3). Accedit Bonifacii I. auctoritas, *qui epistola ad Rufum thessalonicensem: beatus apostolus Petrus*, inquit, *cui arx sacerdotii dominica voce concessa est etc.* (4). Rursusque *epistola* quae numero est xv. (5) ad eumdem scribens, *Absit hoc*, inquit, *a Domini sacerdotibus, ut in hunc aliquis eorum cadat reatum, ut nova quidpiam usurpatione tentando, inimica sibi faciat scita maiorum* (6), *aemulum se illum specialiter habere cognoscens, apud quem Christus noster sacerdotii summam locavit. In cuius contumeliam quisquis insurgit, habitator caelestium non poterit esse regnorum. Tibi*, inquit, *dabo claves regni caelorum, in quae nullus sine gratia ianitoris intrabit. Tu es, inquit, Petrus, et super hanc petram aedificabo ecclesiam meam. Quicumque igitur cupit etiam ante Deum nostrum sacerdotii* DIGNITATE CENSERI, *quoniam ad*

(1) *Num.* v. *ibid. pag.* 767.

(2) Petrus Coustantius *monachus congreg. benedict. s. Mauri in Gallia*, not. t. ad hanc epistolam tom. *eod. epistolar. romanor. pontif. pag.* 896. „ Si cui istud, inquit, *per omnes provincias de apostolico fonte petentibus* „ *responsa semper emanare* exageratum videtur, ipsi „ recolendum est, quod Hieronymus *epist.* cx. nunc „ xcv. scripsit: *Cum in chartis ecclesiasticis iuvarem Da-* „ *masum romanae urbis episcopum*, ET ORIENTIS, OCCIDENTISQUE SYNODICIS CONSULTATIONIBUS RESPONDERE „.

(3) *Num.* ii. *ibid. pag.* 896.

(4) *Epist.* iv. *num.* i. *an.* 409. *ibid. pag.* 1019.

(5) *Num.* iv. *an.* 422. *pag.* 1041.

(6) Audiat Fabbronius, quae scita maiorum fuerint.

Deum, Petro suscipiente, pervenitur, in quo ecclesiam, sicut supra memoravimus, universalem certum est esse fundatam, debet esse mitis, et humilis corde, ne incipiat discipulus contumax illius, cuius superbiam imitatus est, poenam subire doctoris. Consentit his Xystus III. epistola ad Cyrillum alexandrinum. *Ad beatum,* inquit, *apostolum Petrum fraternitas universa convenit. Ecce auditorium congruens auditoribus, conveniens audiendis. Habuerunt coepiscopi nostri illum congratulationis testem, quem habemus* HONORIS EXORDIUM etc. (1). Eodemque revolvuntur, quae Honorius Augustus anno 411. Theodosium Iuniorem Arcadii filium docuit. *Cum favore,* inquit, *divino nostrum semper gubernetur imperium, procul dubio illius urbis ecclesia speciali nobis cultu veneranda est, ex qua et romanum principatum accepimus,* ET PRINCIPIUM SACERDOTIUM (*accepit*)*.... Maiestas tua recensitis nostrae pietatis affatibus, christianitatis memor, quam pectoribus nostris misericordia divinitatis infundit, universis remotis, quae diversorum episcoporum subreptionibus per Illyricum impetrari dicuntur, antiquum ordinem praecipiat custodiri, ne sub principibus christianis* ROMANA PERDAT ECCLESIA, *quod aliis imperatoribus non amisit* (2). Quo etiam pertinent, quae s. Leo I. ad episcopos gallos per viennensem provinciam costitutos scribit; sunt enim huiusmodi: *Huius muneris sacramentum ita Dominus ad omnium apostolorum officium pertinere voluit, ut in beatissimo Petro apostolorum omnium summo, principaliter collocarit; ut ab ipso quasi quodam capite dona sua velut in corpus omne diffunderet;* UT EXORTEM SE MYSTERII *intelligeret esse divini, qui ausus fuisset a Petri soliditate recedere* (3). Mitto, quae deinceps Leo persequitur, ne longior sim, quam initio constituerim. Auctor tamen lectori sum, ea ut consulat, si e re sua futura putaverit. Idem *sermone* III. (4), *multo,* inquit, *utilius multoque est dignius ad beatissimi Petri apostoli gloriam contemplandam aciem mentis attollere...qui ab ipso omnium charismatum fonte tam copiosis est irrigationibus inundatus, ut cum multa solus acceperit,* NI-

(1) *Epist.* V. num. III. an. 433. *ibid. p.* 1254. *seq.*

(2) *Ibid. pag.* 1029. 1030.

(3) *Tom.* II. *opp. pag.* 38. an. 445. *edit. rom. Cosiarii* an. 1755.

(4) *Tom.* I. *opp. edit. eiusd. pag.* 8. *seq.*

Digitized by Google

HIL IN QUEMQUAM SINE ILLIUS PARTICIPATIONE TRANSIERIT... *De toto mundo unus Petrus eligitur, qui et universarum gentium vocationi, et omnibus apostolis, cunctisque ecclesiae patribus praeponatur, ut quamvis in populo Dei multi sacerdotes sint, multique pastores, omnes tamen praecipue regat Petrus, quos principaliter regit et Christus. Magnum, et mirabile, dilectissimi, huic viro consortium potentiae suae tribuit divina dignatio, et si quid cum eo commune ceteris voluit esse principibus,* NUMQUAM NISI PER IPSUM DEDIT QUIDQUID ALIIS NON NEGAVIT. Atque fuit haec quidem patrum, qui deinceps floruerunt, incredibili consensione firmata sententia. Synodus remensis, quae anno 900. coacta in interfectores Fulconis archiepiscopi Remorum animadvertit, *Quia*, inquit, *tale scelus nostris temporibus perpetrare non timuerunt, quod antea, nisi forte a paganis in ecclesia non auditum, quia non est actum; in nomine Domini, et virtute sancti Spiritus, nec non* AUCTORITATE EPISCOPIS PER BEATUM PETRUM PRINCIPEM APOSTOLORUM DIVINITUS COLLATA, *ipsos a sanctae matris collegio segregamus* (1). Nec mirum videri cuiquam debet, episcopos in Gallia extremo saeculo IX., aut ineunte X. haec docuisse. Nam ut est apud Nicolaum I. pontificem maximum, qui saeculo eodem IX. gubernacula rei christianae publicae tenuit, *romana ecclesia, ex quo coepit christiana religio dilatari, quae semel in patrono, ac institutore suo suscepit, immutilata tenuit, et incorrupta per alia climata mundi docuit, nec apparuit quisquam per tot saltem saeculorum curricula, qui eius traditionibus derogaverit, aut obviare praesumserit; licet, ut praetulimus, in ecclesia crebro magni doctores effulserint, nec visa sit unquam ecclesia, ut non dicam constantinopolitanam, quae longe post instituta est, cuius haec doctrinam, vel auctoritatem secuta sit: cum ipsa potius alias ecclesias instituerit, atque his nonnullas traditiones contulerit, adeo ut, quemadmodum Bonifacius sedis apostolicae praesul testatur, institutio universalis nascentis ecclesiae de beati Petri sumserit honore principium, in quo regimen eius, et summa consistit.* (2) In vetere sacramentario

(1) *Tom.* VI. *concilior. p.* 1. *pag.* 467. *edit. paris. Hard. an.* 1714.

(2) *Epist.* LXX. *ad Hincmarum remensem, et ceteros episcopos in regno Caroli constitutos, in qua exponit causas odii et invidiae graecorum adversus ecclesiam latinam, tom.* V. *concilior. edit. paris. Hard. pag.* 311. *an.* 1714.

gallicano edito a Ioh. Mabillonio haec habentur: *Beatissimi Petri apostoli solemnissimum diem, in quo omne ius gentium, iudaeorumque sortitus est; quem diem ipsa divinitas consecravit delegando caelorum claves, vel pontificalis cathedrae contulit dignitatem, fratres charissimi exultantes in Domino* (*celebramus*) *deprecantes eius misericordiam, ut sicut beato Petro principalia munera contulit, ita et nobis peccatorum commissa concedat.* Et paullo post: *Testis est dies hodierna beati Petri cathedra episcopatus exposita, in qua fidei merito revelationis mysterium fidei filium Dei confitendo praelatus apostolus ordinatur, in cuius confessione est fundamentum ecclesiae, nec adversus hanc petram portae inferi praevalent etc.* (1).

Extremus, quo uti possum, est Optati milevitani in VII. adversus donatistas locus, qui vir cum saeculo in Africa quarto doctrinae illustri laude floreret, norat quidem certe, quae hac de re fuisset Cypriani, aliorumque, qui ante se in Africa vixissent, episcoporum, doctorumque virorum sententia. Is igitur, *bono*, inquit, *unitatis beatus Petrus, cui satis erat, si post, quod negavit, solam veniam consequeretur, et praeferri omnibus apostolis meruit, et* CLAVES REGNI CAELORUM *communicandas ceteris solus accepit.* Scio esse aliquos, qui haec patrum loca suo quidem arbitratu interpretentur, non quid veritas postulet attendentes, sed quid praeiudicata ferat opinio. Mihi autem sic videtur: maiorum sententias, non ut cuique novorum scriptorum placet, sed ut res monet, ipsaeque significent, intelligi oportere.

Iam de Petri hoc in genere auctoritate, potestateque quid veteres senserint, demoustratum est. Hanc vero in successores pontifices maximos, antistitesque romanae ecclesiae manasse, non minus coustaus fuit, neque minus firma maiorum consensio. Sed

(1) *Tom. I. musaei italici pag.* 297. *seq. edit. paris. an.* 1724. Vide quae scripsi *tom.* V. *part.* I. huius operis *pag.* 306. *et seqq.* Unum addam Gregorii nysseni locum *ex altera* laudatione sancti Stephani, qui locus demonstrat, qua fuerit in ecclesia auctoritate Petrus. Est autem huiusmodi *pag.* 343. *tom.* I. *collectaneorum veterum monumentorum ecclesiae graec. edit. Zacagni Romae an.* 1698. Μνημονεύεται Πέτρος ἡ κεφαλὴ τῶν ἀποστόλων, καὶ συνδοξάζεται μὲν αὐτῷ τὰ λοιπὰ μέλη τῆς ἐκκλησίας, ἐπιστηρίζεται δὲ ἡ ἐκκλησία τοῦ Θεοῦ· οὗτος γάρ ἐστι κατὰ τὴν δοθεῖσαν αὐτῷ παρὰ τοῦ Κυρίου δωρεὰν ἡ ἀῤῥαγὴς, καὶ ὀχυρώτατη πέτρα, ἐφ᾽ ᾗ τὴν ἐκκλησίαν ὁ Σωτὴρ ᾠκοδόμησε. *Memoratur Petrus caput apostolorum, et conglorificantur quidem ei reliqua ecclesiae membra: Dei vero ecclesia in ipso firmatur. Hic enim est, secundum donum a Domino ipsi datum, infracta, et solidissima petra, super quam Salvator aedificavit ecclesiam.*

Digitized by Google

ne multorum testimoniis lectores morer, uno ero Zosimi pontificis ex epistola ad Aurelium carthaginiensem, ceterosque episco· africanos, qui ad concilium anno 418. convenerant, contentus loco. Sic autem is locus habet (1): *Quamvis patrum traditio apostolicae sedi auctoritatem tantam tribuerit, ut de eius iudicio disceptare nullus auderet, idque per canones semper regulasque servaverit, et currens adhuc suis legibus ecclesiastica disciplina Petri nomini, a quo ipsa quoque descendit, reverentiam quam debet exolvat: tantam enim huic apostolo canonica antiquitas per sententias omnium voluit esse potentiam, ex ipsa quoque Christi Dei nostri promissione, ut et ligata solveret, et soluta vinciret,* PAR POTESTATIS DATA CONDITIO IN EOS, QUI SEDIS HAEREDITATEM, IPSO ANNUENTE, *meruissent: habet enim ipse, cum omnium ecclesiarum, tum huius maxime ubi sederat, curam, nec patitur aliquid privilegii, aut aliqua titubare aura sententiae, cui ipsa sui nominis firma, et nullis hebetata moribus constituit fundamenta, et quae sine suo periculo temere nullus incessat: cum ergo tantae auctoritatis......*

(1) *Epist. xii. num. 1. pag. 974. tom. 1. epistolar. romanor. pontificum edit. paris. Coustantii an. 1721.*

EXPLICIT TOMI SEXTI FRAGMENTUM: NAM QUAE AUCTOR AD XX. USQUE LIBRUM SCRIPSIT, NULLIBI INVENIRE LICUIT.



INDEX

RERUM

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

P

R




549726

Digitized by Google

Digitized by Google



Digitized by Google



Digitized by Google